UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

R. FRIEDLÄNDER & SOHN
BERLIN
11. Carlstrasse 11.

Gr Lit-

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediae08aris

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS

COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI

SAECVLI DECIMI

EMENDATAE

A

PHILIPPO INVERNIZIO

IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA

GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM

ADNOTATIONES

VOLVMEN VIII

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT

GVILIELMVS DINDORFIVS

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

CIDIOCCCXXI

LGr
A716I

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI
EMENDATAE
A
PHILIPPO INVERNIZIO
IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN VIII

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT
GVILIELMVS DINDORFIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXXI

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS

COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT

GVILIELMVS DINDORFIVS

VOLVMEN VI

COMMENTARII IN LYSISTRATAM
ET THESMOPHORIAZVSAS ET
INDICES IN COMMENTARIOS
INTERPRETVM

6+634

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXXI

COMMENTARII
IN ARISTOPHANIS
COMOEDIAS

GVILIELMVS DINDORFIVS

21434

COMMENTARII IN LVDISTRATAM
ET THESMOPHORIAZVSAS ET
INDICES IN COMMENTARIOS
INTERPRETVM

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

PRAEFATIO
GVILIELMI DINDORFII.

Lysistrata et Thesmophoriazusae minimam virorum doctorum curam expertae sunt. Novas ego paro harum fabularum editiones: unde factum est ut interpretum commentariis de meo non nisi pauca adiecerim. Non soleo enim δὶς καὶ τρὶς ταὐτὰ εἰσάγειν.

Manuscriptis libris Lysistratae Brunckius usus est tribus, de quibus dixit prima annotatione p. 7.: Kusterus duobus, Vaticano-Palatino et Vossiano. Vid. Commentar. vol. I. p. XIX. De codice Vossiano, cuius accuratiorem collationem ex Dobraei Appendice repetii in commentariis inde a p. 283., vide infra p. 270.

Gallica versio legitur in Brumoei Theatre des Grecs vol. XII. Specimina versionis Gallicae, quam fecit Gallus Lobineau, dedit Chardon de la Rochette in libro qui inscribitur: Mélanges de Critique et de Philologie vol. III. p. 248. — 255.

Lysistratae in vernaculum sermonem transferendae periculum subiisse industrium hominem Borheckium, relatum legere memini. Idem Pacem comici vertit: quod suo loco commemorare

neglexi. Novam Aristophanis fabularum versionem ab se factam nunc ipsum exspectare nos iubet Ioannes Henricus Vossius.

Ricardi Bentleii annotata ad hanc fabulam edita sunt in diario classico vol. XXVII. p. 137. seqq.

Scripta Thesmophoriazusarum exemplaria longe sunt rarissima. Uno codice Augustano usus est Brunckius. Vid. p. 296.

Gallica versio legitur in eodem Theatri a Brumoeo editi volumine quo Lysistrata.

De Aegidii Burdini annotationibus Graecis in hanc fabulam, Parisiis a. 1545. editis, alibi dicetur.

Bentleii annotationes insertae sunt diarii classici volumini XXVII. inde a p. 130.

Scholia Graeca in Aristophanem, quorum novam parari editionem dudum omnes exoptarunt, ut accuratius quam ab Kustero edita mox prodeant, operam dabimus. Scholia sequentur Porsoni et Dobraei Aristophanea.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS LYSISTRATAM.

Argum. p. 105. Argumentum in duobus Regiis non comparet, nec fuit in codice Urbinate, e quo Bernardus Iunta duas fabulas Aldo incognitas primus in lucem protraxit: quumque in principe illa editione deesset, caruerunt itidem eo sequentes omnes, ex Iuntina derivatae, donec Kusterus, qui primus tenuem criticae faculam comico admovit, ex alio codice illud edidit. Nos idem argumentum ad Aug. codicis fidem emendavimus. *Brunck.*

l. 3. *ὁμόσαι δὲ ἀναπ. μὴ πρ.* Male in MS. *ὁμοιῶσαι δὲ ἀναπ. μὲν πρ.* *Kuster.*

l. 6. *τὰς μὲν ἐξωπίους ἐμπριλάς.* Ultimam vocem vel consulto omisit, ut corruptam, Kusterus, vel in codice suo non reperit. Veteris lectionis vestigiis insistentes indagent alii quid olim scriptum fuerit. *Brunck.*

l. 11. *μετ' ὀλίγον, paulo post.* Sic cod. noster, Kusterus *ὀλίγων.* Idem mox male *τοξευτῶν:* cod. *τοξοτῶν.* *Brunck.*

P. 106. l. 4. *ταμιεύσονται.* Sic cod. Kusterus *ταμιεύονται,* minus bene, quum sequatur *καταπαύσουσιν,* quod verbum perperam cod. in modum subiunctivum transfert. *Brunck.*

l. 5. *οὗτος μὲν οὖν καταπλαγεὶς τοῦ θράσους.* Kusterus *τὸ θράσος,* omisso *οὖν.* *Brunck.*

l. 10. *ἐγκαρτεροῖσι δέ.* Sic bene cod. Perperam vulgo *ἐγκαρτεροῦσαι. Brunck.*

l. 12. E loci sententia facile intelligitur quid significet participium *χυτροτομοῦσα, irridens, ludibrio habens, ludificans.* Genuinum esse Graecum verbum *χυτροτομεῖν* nec affirmare nec negare ausim: quibus secus videbitur, per me licet legant *κερτομοῦσα. Brunck.*

l. 16. Post *σφίσιν* sensus supplendi gratia addendum est *οἱ Ἀθηναῖοι. Kust.* Inseruit etiam Brunckius.

l. 20. Post vocem *πρέσβεις* lacuna est in codice. *Brunck.* in cuius editione legitur *πρέσβεις . . . . . ὀργῶντας.*

l. 21. Cod. *ἀναμνήσασα παλαιὰς εἰς ἀλλήλους γενομένας διαλλάττει ἐν φανερῷ. Brunck.* Kusterus ex codice edidit *ἀναμνήσασθαι τῆς π.* sed in notis corrigendum esse monuit *ἀναμνήσασα. τῆς* ante *παλαιᾶς* uncis inclusum addidit Brunckius: sine uncis habet Kusterus.

l. 22. *γενομένας* (sic enim in Kust. ed. legitur). Deest *εὐνοίας*, vel *φιλίας*, vel simile quid. *Kuster. εὐνοίας* post *γενομένης* inseruit Brunckius.

l. 24. Cod. *ἑκάστοις.* Vulgo *ἑκάστους. Brunck.*

ibid. *ἐπὶ Καλλίου.* Conf. schol. ad v. 173. *Kust.*

l. 25. *τοῦ μετὰ Κλεόκριτον.* Sic recte cod. id est anno I. Olymp. XCII. Perperam Kusterus *Λεώκριτον. Brunck.*

P. 107. Argumenti metrici versum ultimum non aliter exhibet cod. quam vulgo legitur, id est misere depravatum. Pro suo lubitu et captu quivis eum emendet: ego vero legendum censeo:

σπονδὰς τιθέμενοι τὸν πόλεμον ἐξώρισαν.

ad corruptam lectionem propius accederet *ἐξήρασαν.* Sed quin pro sincero habeatur obstat prosodia, quum in *ἐξεράω* penultima producatur, nec *ἐξεράζω* usu comprobatum sit. *Brunck.*

ΚΑΙΝΗ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗΣ *).

(BISETI FORSAN VEL BOURDINI)

Ἡ Λυσιστράτη τὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς τῶν Βοιωτῶν καὶ τῶν Πελοποννησίων γυναῖκας εἰς ἐκκλησίαν συγκαλεῖ. καὶ πρῶτον μὲν τοῦ πολέμου τὸ μέγεθος, τὰς συμφορὰς, καὶ τοὺς κινδύνους αὐταῖς ἀποδεικνύει. ἔπειτα δὲ τὸν τρόπον δηλοῖ τοῦ καταπαῦσαι τὸν πόλεμον, καὶ εἰρήνην ποιεῖσθαι. καὶ γὰρ ὑπο τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἡ Ἑλλὰς σχεδὸν ἅπασα δεινοτάτοις πολέμοις ἐκακοῦτο. ταύτης δὲ τῆς συμβουλῆς περὶ τῆς εἰρήνης οὔσης χαλεπωτάτης, καὶ τῶν γυναικῶν πολλὰς καὶ διαφόρους γνώμας περὶ τούτου προσενεγκουσῶν, καὶ τέλους τῇ συμβουλῇ οὐκ ἐπιτιθεμένου, ἀλλὰ τοῦ χρόνου μάτην ἀναλισκομένου, τοτελευταῖον αἱ γυναῖκες κατὰ τὴν Λυσιστράτης παραίνεσιν καὶ γνώμην ἐγνώκασι τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσιν οὔποτε συγκοιμᾶσθαι πρὶν ἢ τοὺς Ἀθηναίους εἰρήνην πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ποιήσασθαι. ὅτι δὲ τοῦτο ἀδύνατον ἐδόκει, τὸ τὰς γυναῖκας οἴκοι ἀεὶ μενούσας τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσι μὴ συγκοιμᾶσθαι καὶ συνεῖναι θέλειν, ἀλλ' αὐτοὺς ἀπώσασθαι, διὰ τοῦτο τὴν ἀκρόπολιν κατέλαβον, ἐν ᾗ τῆς πόλεως ἦν τὰ χρήματα. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὴν ἀκρόπολιν μεγάλῃ δυνάμει πολιορκεῖν ἐπιχειρήσαντες, καὶ ἐκπολιορκεῖν οὐ δυνησάμενοι, τὰ μὲν διὰ τὴν ἄνελπιστον χρημάτων ἀπορίαν, τὰ δὲ διὰ τὴν ἰδίων γυναικῶν ἐπιθυμίαν καὶ ἔρωτα, ὃς αὐτοὺς ἔκαιεν, οὕτως ἀναγκασθέντες τὸν πόλεμον καταλύουσι, καὶ εἰρήνην πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ποιοῦνται.

*) Legitur in Porti et Kusteri editionibus.

ARGUMENTUM

Q. S. FLORENTIS CHRISTIANI.

Λ λίαν Λακώνων ἠδ' Ἀθηναίων πόλεις
Τ ὑφ' ὅλμον Ἄρεως δηθάκις τετριμμένας
Σ σὺν ταῖς γυναιξὶν Ἑλλάδος Λυσιστράτη
Ι ἰδοῦσα κ' οἰκτείρασα συμβουλεύεται.
Σ συνωμόσαν δ', ἀεί γ' ἀταυρώτους μενεῖν,
Τ τοὺς τ' ἄνδρας ἕξειν ἐκποδὼν ἐστυκότας,
Ρ ῥίψασπις εἰ μὴ πᾶσιν εἰρήνη φανῇ.
Α ἀκρόπολιν οὕτως εἶλον ἠδὲ χρήματα
Τ τἀ πάντα, καὶ γέροντας ἐχθρούς ἔπλυναν.
Η ἥσθη δ' ἄρ' εὔφρων Κυπρις ἐν διαλλαγαῖς.

ALIUD ARGUMENTUM LATINIS IAMBIS AB EODEM.

L ongo duello Graeciae quum lumina
U rbes Athenae et Sparta se colliderent
S ecessionem feminis Lysistrata
I ndicit, ut de publico deliberent.
S parso inde libant atque coniurant mero
T andem, femur se nemini applicassere,
R edire Graeci ni velint in gratiam:
A rx occupatur atque thesaurus, senes
T umultuantes cum Probulo nil agunt:
A t cum Lacone pax fit, et redit Venus.

P. 108. Inter dramatis personas ante Brunckium hae etiam legebantur:

ΔΡΑΚΗΣ.
ΣΤΡΥΜΜΟΔΩΡΟΣ.

Recte haec delevit Brunckius. Nam chori hae sunt personae: vid. v. 254. 259. Ad *Στρυμμόδωρος* Bentleius: „MS. *στρυμοδώρας:* Ach. 272. Lys. 259.“ Vesp. 233. addit editor adnotationum Bentleii.

LYSISTRATA FABULA

QUANDO ET QUO SUCCESSU ACTA FUERIT.

EX SAMVELIS PETITI MISCELL. LIB. I. CAP. XII.

Exstat fabula, productaque est anno quarto Olympiadis XCII., ut in superioribus diximus, praetore Diocle, Dionysiis Lenaeis. Id ut suspicemur faciunt poetae verba, qui in chori persona Lacedaemonios adhortatur ut pacem ineant atque foedus faciant cum Atheniensibus, antequam illos fundat et perdat Ἑρμοκοπίδης Alcibiades [v. 1093.]:

εἰ σωφρονεῖτε, θοἰμᾶτια λήψεσθ', ὅπως
τῶν Ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Alcibiadem enim intelligit, qui eo anno quarto Olymp. XCII. in gratiam cum suis Atheniensibus rediit ac feliciter adversus Lacedaemonios manu rem gessit: quo eodem anno etiam Pylus obsidebatur a Lacedaemoniis eratque septimus obsidii mensis ille, quo doctum est hoc drama [v. 104.]:

ὁ δ' ἑμός γε τελέους ἑπτὰ μῆνας ἐν Πύλῳ.

Septimus ille mensis erat belli ad Pylum: nam quum sub finem praeturae Glaucippi, τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, ut loquitur Thucydides, circa Thargelionem mensem, essent in armis Athenienses et τὴν ἔξοδον pararent ac universae circa Hellespontum copiae morarentur, Lacedaemonii infesto exercitu Pylum petunt, et tandem expugnant. Septem autem menses sunt ab hac ἐξόδῳ ad mensem Posideonem, quo celebrabantur Lenaea Liberalia, quibus commissum est hoc drama. Erat item quartus a profectione in Thraciam [v. 102.]:

ὁ γοῦν ἐμὸς ἀνὴρ πέντε μῆνας, ὦ τάλαν,
ἄπεστιν ἐπὶ Θρᾴκης.

Nam quum profectus esset τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, ut iam diximus, cum triginta navibus et magna armatorum manu Thrasybulus, Ephesum transmittit, ubi καρτερὰν συνέβη μάχην συστῆναι: postea in Thraciam missus est circa Hecatombaeo-

nem, archonte iam Diocle, ut regionis illius urbes imperio Atheniensium subiiceret. Ab Hecatombaeone autem ad Posideonem quinque menses sunt. — Haec *Petitus*.

Hanc fabulam actam fuisse anno IV. Olymp. XCII., praetore Athenis Diocle, decernit Samuel Petitus: sed infirma admodum sunt argumenta quae profert, ut stare possit sua sententia. Primum est de Hermocopidis, a quibus cavere debebant Lacones, ne virilia illis adimerentur, et putat eo, quod Alcibiades tunc in gratiam redierat cum Atheniensibus, id dici. Sed ille locus nihil ad tempus demonstrandum facit, nisi quod probat post Hermas mutilatos id dici: sed id non infert Alcibiadem iam in gratiam Atheniensium rediisse, et id tantum ridiculi caussa dixit comicus, ut *τὴν στύσιν* Laconum irrideret. Aliud item profert non maiorum virium, ex eo, quod ait mulier Atheniensis: *ὁ δ' ἐμός γε τελέους ἑπτὰ μῆνας ἐν Πύλῳ*, et inde concludit, anno, quo oppugnarunt Pylum Lacedaemonii, actam fuisse hanc fabulam. Sed id argumentum retorquetur validius contra eum. Nam si mulier queritur ob virum, qui iam septem menses aberat ad Pylum bellum gerens, et id ait Lenaeis Liberalibus hyeme, necessario sequitur Pylum adhuc fuisse in potestate Atheniensium, dum ea sic loquebatur: nam Pylo a Lacedaemoniis recepto non erat, quare ibi mansisset eius feminae vir. Alterum argumentum affert ex expeditione Thracica Thrasybuli: sed *τὸ φυλάττων Εὐκράτην* [v. 103.], de quibus verbis tacet Petitus, Thracas nondum rebellasse indicat, sed eorum rebellionem timeri, ut supra priore ad hanc fabulam nota diximus. Confer, candide lector, nostras coniecturas cum Petiti allegatis, et, ut puto, nobiscum stabis. *Palmer.*

Palmerius existimat fabulam hanc actam fuisse Olympiadis XCII. anno secundo: Sam. Petitus vero, eiusdem Olympiadis anno quarto. Sed quum utriusque argumenta, vel potius coniecturae admodum sint infirmae et incertae, praestat sequi auctorem veteris hypotheseos, fabulae huic praefixae, quam nunc primum ex cod. ms. publici iuris fecimus, qui tradit, drama hoc actum fuisse *ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος*, i. e. Olymp. XCII. anno primo. Vide etiam scholiasten veterem ad v. 1096., qui tempus didascaliae huius fabulae ab auctore dictae hypotheseos assignatum confirmat. *Kuster.*

Collata fuit haec fabula ad codices manuscriptos tres. Sunt autem:

A. *a*) Regius MMDCCXV.

B. Regius MMDCCXVII.

Aug. codex chartaceus e bibliotheca senatus Augustani, quo praeter alia continentur comici nostri Thesmophoriazusae et Lysistrata, minutissimis ductibus, sed eleganter exaratus, saeculi, ut videtur, XV. sub finem, sed ex antiquo integroque exemplari. *Brunck.*

1. *εἰς Βακχεῖον.* Ad Bacchi sacra celebranda. Habebatur autem Bacchus deus *κατωφερὴς* et libidinosus: unde facete apud comicum in Ranis dicitur nihil aliud scire, nisi *πίνειν καὶ βινεῖν.* Hoc inde est, quia a vino homines proclives sunt ad libidinem. Hinc etiam Euripides de Laio, proli procreandae operam daturo, dicit in Phoenissis v. 21. *ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἰς τε Βακχεῖον πεσὼν, ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα.* *Bergl.*

ἐς Βακχεῖον. Magis Atticum est *ἐς* quam *εἰς*, quod praeferunt A. et Aug. cum Iuntina. Sed B. *ἐς*, quomodo etiam ante inspectum illum codicem scripseram. *Brunck.*

2. Scribe bis *ἢ εἰς.* Vid. Elmslei. ad Acharn. p. 166.

Πανός. Panos sacellum, quod Paneum dicebatur, in Attica situm esse, simulque aedem Coliadis, iuxta Anaphlystum, testatur Strabo lib. IX. [T. III. p. 375. ed. Tzch.]. Quare autem dicatur Venus Colias aut Genetyllis, habes supra in Nubibus [v. 55.] scholiastam ista enarrantem. Sane locus *κωλιὰς* dictus (teste Hesychio), quia humano *κώλῳ* est similis. *Fl. Chr.* Pan etiam

a) Plurimae in hoc codice sunt lectiones, quae metrici correctoris fraudem arguant. Vid. Reisig. I. p. 209.

est libidinosus, ut et Satyri similes dii omnes. De Pane vide infra ad v. 910. *Bergl.*

Κωλιάδα — Γενετυλλίδος. In Nub. 52. quum describit mulierculam lascivam, dicit eam *ὄζειν Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.* Dicitur autem *Κωλιὰς* Venus a loco Atticae, ubi ei templum, ut aiunt grammatici Graeci. *Γενετυλλὶς* autem vel Venus est ipsa, ut vult scholiastes ad Nubes l. c. *Γενετυλλὶς, ἡ τῆς γενέσεως ἔφορος Ἀφροδίτη·* vel dea Veneri affinis, ut scholiastes ad hunc in Lysistrata locum: *καὶ ἡ Γενετυλλὶς δὲ γυναικεία θεὸς περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὠνομασμένη. Bergl.* Lege *ἡ Κωλιάδος. Bentl.*

3. *οὐδ' ἂν διελθεῖν.* Florens verterat: *vix colloqui*, nempe prae strepitu tympanorum. Sed *διελθεῖν* hoc sensu potius *percurrere aliquid sermone* et *enarrare* significat, nec solet sic absolute poni. *Bergl.*

4. *οὐδεμία πάρεστιν.* In Ecclesiaz. 19. *ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν, ἃς ἥκειν ἐχρῆν. Bergl.*

5. *πλὴν ἥ γ' ἐμή.* Sic tres codd. et Iuntina, aliaeque antiquae. Perperam Kusterus *ἥ γ'* — Naturalis ordo est: *πλήν γε ἥδε ἡ ἐμὴ κωμῆτις ἐξέρχεται.* — *πλὴν* valet *ἀλλ' ὅμως*, quo significatu particulam *ἥ* non adsciscit. *Brunck.* Apud Pollucem IX. 56. scriptum est *πλὴν εἴ γε μὴ κωμήτης.*

7. *μὴ σκυθρώπαζε.* Aelianus epist. XV. *λῦσον δὲ καὶ τὴν ὀφρῦν, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τοῦτο καὶ σύννεφες χάλασον εὐθυμίᾳ. Bergl.*

8. Citat Suidas in *τοξοποιεῖν. Bentl.* *οὐ γὰρ πρέπει.* Alciphron epist. XXXIV. lib. I. *οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι τοιούτοις ὄμμασι. Bergl.*

τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. Quia sagittarii collineantes frontem et oculorum nervos contrahere solent, propterea moestos et animi dolore rugas contrahentes audaci sane metaphora et tragicum spirante dixit *τοξοποιεῖν. Fl. Chr.* Idem est, quod *σκυθρωπάζειν*, et alluditur ad vocem *Σκύθης*, quia Scythae sunt *τοξόται.* Nonnulli autem homines quum tristantur, aut severitatem quandam prae se ferunt, supercilia alte adducunt, in formam arcus aut cochleae, quemadmodum Platonis vultum descripsit Amphis comicus: *ὦ Πλάτων, ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον, ὥςπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς.* Locus exstat apud

Laertium in Platone et Suidam. Quidam vero homines tunc deprimunt supercilia: unde σκυθρωπάζειν de illis etiam dicitur, ut patet ex illo loco, quem citavi ad Plutum 756. utrisque autem frons corrugatur, quamvis alio modo. *Bergl.*

10. MS. ὑμῶν. *Bentl.*

11. ἀνδράσι νενομίσμεθα. Sic A. et Aug. Vulgo minus bene ἀνδράσιν. *Brunck.* ἀνδράσιν revocandum est: vide Reisig. I. p. 24.

15. εἰρημένον. Suidas v. εἰρημένον, et Corinthus de dial. Att. [p. 38.] εἰρημένον hic positum aiunt pro εἰρημένου: nominativum nimirum pro genitivo absoluto, qua de re diximus plura ad Plutum 277. *Kust.* Scholiastes etiam h. l. εἰρημένον, ἀντὶ τοῦ εἰρημένου. *Bergl.* Al. εἰρημένου: sed Atticus nominativus, teste Suida in εἰρημένον. *Bentl.*

16. χαλεπή τε γυναικῶν ἔξοδος. Qui olim Venerem pinxerat pede prementem testudinem, satis ostendit, emansiones et eliminationes feminis non esse honestas, imo ipsis debere esse οἶκον φίλον et ἄριστον. Legerem autem τοι pro τε. *Fl. Chr.* χαλεπή τοι γυναικῶν ἔξοδος. Iuntina, quam sequuntur editiones ceterae, cod. etiam Aug. χαλεπή τε. Posterius ex prava pronuntiatione ortum. Duo Regii [et Bentl.] τοι, quod et metro et loquendi rationi satisfacit. Antequam Regios inspexissem codices reposueram pro iure meo χαλεπὴ δ' ἡ γυναικῶν ἔξοδος, quod et Th. Burgessio *b*), qui nuperrime summo literarum bono novam procuravit Dawesii Miscellaneorum criticorum editionem, facillimum et ad vulgatum accommodatissimum videtur. Sed postquam Scaligeri [imo Fl. Christ.] emendationi duorum codicum accessit auctoritas, eam quam exhibeo lectionem, retinendam omnino censui. Non enim is ego sum, qui facile animum inducam, verborum constructionem, quae apud tragicos frequentissima nihil habet offendiculi, *cane peius et angue* a comicis vitari debuisse: qua de re infra prolixius

b) Ad Dawesium p. 485. δ' ἡ confirmat codex Vossianus. Dawesius p. 523. voluerat χαλεπὴ τῶν γυναικῶν ἡ ἔξοδος, improbante Dorvillio ad Charitonem p. 450.

agam. *Brunck.* χαλεπή τοι γυναικῶν ἔξοδος. Sic quidem scripti veteres: nec tamen ideo recipi debuit haec lectio, quam ut nunc respuam, penitius demum perspecta comici sermonis indoles suadet. Scripserat poeta noster: χαλεπὴ τοι γυναικῶν ἡ ἔξοδος.
Sic Pac. 1181. αὔριόν γ' ἔσθ' ἡ ἔξοδος.
Brunck. in Supplem. χαλεπή γ' ἡ Raperus apud Kidd. ad Dawes. p. 572.

17. ἐκυπτασε. Scholia: ἀντὶ τοῦ ἐστράγγευσεν. κυπτάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν etc. Hic ἐστράγγευσε scripsi pro ἐστράτευσε. Sic περὶ τὰς σκηνὰς κυπτάζειν in Pace 750. et κυπτάζειν περὶ τὴν θύραν in Nubibus 905. *Bergl.* Schol. ἀντὶ τοῦ ἐστράγγευσεν. κυπτάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν. κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιβολίᾳ καὶ ἐπιχαρίτως κέχρηται, καθὰ καὶ Σώφρων. πλεῖσται γυναῖκες ἐνθαδὶ κυπτάζουσιν.
Vide viros doctissimos Valckenarium ad Ammonium l. II. c. 15. [p. 131.] et Toupium ad Suidam II. 102. [T. I. p. 347.]. *Brunck.*

18. ἡ δὲ παιδίον. Clausulam hanc, integrumque versum sequentem profert Pollux VI. 55. ubi quum olim recte editum fuisset παιδίον, novissimi editores e ridicula erga suos codices superstitione, nulla metri habita ratione, reposuerunt παῖδα, sicque sibi sapere visi sunt. *Brunck.*

20. ἦν γε. Posterioris voculae, e Regio A. repositae, omissione claudicabat hic versus. Conieceram prius: ἀλλ' ἕτερα γάρτ' ἦν. A Iuntina non discrepat Aug. In B. ἦν τῶνδε προυργιαίτατα, superscripta e scholiis varia lectione:

ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτερα
αὐταῖς;

Sed vitiosa est ista lectio, quia nihil praecessit, quo referri queat τάδε. Ad προυργιαίτερα addita glossa ἀναγκαιότερα. *Brunck.* Lege γ' ἆρ' vel γ' ἦν ἂν vel ἄτερα γὰρ ἦν: MS. γράφεται· ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτατα c): sed in textu ut editum. *Bentl.* ἀλλ' ἕτερά γ' ἦν γὰρ τῶνδε προυργιαίτερα *Hermann.* de metris p. 155. — Brunckius e codice edidit:

---

c) προυργιαίτατα etiam codex Vatic. Pal. Kusteri.

ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν γε τῶνδε προυργιαίτερα — Haec lectio, ut mihi quidem videtur, non emendanda est, sed prorsus abiicienda, quum in alio codice longe melior exstet: *ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτερα αὐταῖς;* quam Brunckius si intellexisset, non dixisset vitiosam. Notandum est enim, *τάδε* ad ea pertinere, quae in sequentibus commemorantur, et significare *haec, de quibus dictura sum.* Conf. quae monui ad Sophocl. Oed. T. 101. *Erfurdt.* im *Königsb. Archiv* IV. p. 429. *ἀλλ' ἕτερά τἄρ' ἦν τῶνδε πρ. Elmsleius* ad Acharn. p. 103. *ἀλλ' ἕτερα τἄρ' ἦν τῶνδε πρ. Hermann.* Elem. doctr. metr. p. 134. *ἀλλ' οὐχ ἕτερά γ' ἦν τῶνδε προὐργιαίτερα αὐταῖς; Reisig.* I. p. 23.

22. *ξυγκαλεῖς.* Vulgo, neglecto Atticismo, *συγκαλεῖς.* In his nulla est apud me librariorum auctoritas. Quod tamen antea reposueram, confirmavit demum Regius A. *Brunck.*

23. *μῶν καὶ παχύ;* Putat alteram locutam *περὶ τοῦ πέους*, quum diceret *μέγα.* Scholia: *ὡς πρὸς τὸ αἰδοῖον.* In Pace 1349. *τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ. Bergl.* Quod dixit Lysistrata *μέγα*, accipit Calonice de virili membro. *Brunck.*

24. *νὴ τὸν Δία παχύ.* Sic A. Duo alii, ut vulgo, *καὶ νὴ Δία παχύ. Brunck.*

κᾆτα πῶς. Mirum videtur ei, si illud, quod ipsa intelligebat, est magnum et crassum, mulieres non accurrere. *Bergl.*

25. *ταχὺ γὰρ ἂν ξυνήλθομεν.* Frequentissima hic est ellipsis, quam semel observasse satis erit. Plena phrasis est: *εἰ γὰρ οὗτος ἦν ὁ τρόπος, ταχὺ ξυνήλθομεν ἄν. Si enim ad magnum et crassum penem convocatae fuissemus, cito convenissemus.* Namque, ut est in Priapeiis, Carm. VII. observante Berglero:

> Nimirum sapiunt, videntque magnam
> matronae quoque mentulam libenter.

Brunck.

26. *ἂν ἐζητημένον* [nam sic edd. ante Portum]. Uno verbo lego *ἀνεζητημένον.* Quod autem sequitur, *ἐρρῖπτασμένον*, nihil aliud est quam meditari et exercita-

tione sollerti aliquid extundere et invenire. Translationem verisimile est sumtam a cubis aut tesseris, quae iaciuntur ut recte cadant. Hoc ut suspicer, faciunt grammatici, qui hunc locum videntur innuere apud Suidam *λεξικογράφον*. Fortassis autem non male intelligimus de minutis et tenuibus partibus quae eiiciuntur et ablegantur, ut sunt prosiciae, et puto nequissimas feminas, quum dicunt *πρᾶγμα μέγα, παχὺ, λεπτὸν*, innuere partem illam qua viri sumus et *πρακτικοὶ* vel *ἀνυστικοί:* et nos idem fere usurpamus idiotismo Francico, proinde ut Graeci *χρῆμα* et Latini *res* dixerunt, ut apud Arnobium *formatas inguinibus res.* Sane si falsa est haec coniectura, vitio humanitatis ingeniosi sumus in nequitiis explicandis. Mox pro *οἴχετο* lego aut *οἴχεται*, aut *ᾤχετο*. *Fl. Chr.*

27. *πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν*, sine copula. Sic duo Regii eleganter. Languide vulgo *πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν. Brunck.* Vulgatam scripturam citat Zonaras T. I. c. 874. *πολλαῖς τ' ἀγρυπνίαισιν* Suidas v. *ἐῤῥιπτασμένον* T. I. p. 856., a Kustero indicatus.

ἐῤῥιπτασμένον. Iactatum, versatum, tractatum. *Bergl.*

28. Procul dubio in fine huius versus interrogatio statuenda est. *Doederlein.* in Actis Monac. I. 1. p. 44.

29. *ὥςθ' ὅλης*. Sic recte Aug. Mendum typographicum *ὥςτ' ὅλης* a Iuntina usque per omnes editiones propagatum fuit. In duobus Regiis minus bene *ὡς ὅλης. Brunck.*

31. *ἐπ' ὀλίγου γὰρ οἴχετο*. Mallem *ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' οἴχεται·* aut potius *ἐπ' ὀλίγῳ*, ut *ἐπὶ* eam vim habeat, quam in *ἐφ' ᾧ* sive *ἐφ' ᾧ τε.* alias et *ἐπ' ὀλίγου* recte dicitur. *οἴχεται* autem scripsi pro *οἴχετο,* quod in aliis est editt. et est corruptum. *Bergl. ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' οἴχεται.* Vulgo *γὰρ οἴχετο.* Quam ante inspectos codices admiseram lectionem partim Florentis suasu, partim emendatione mea certissima, imprudens in textu reliqui: ille enim *οἴχεται* pro vulgato *οἴχετο* legi voluit: ego autem *γὰρ* in duas divisi particulas: quae omnia etiam Berglero placuisse vidi. *γ' ἄρ'* divisim

scriptum postea reperi in Regio A. Sed codices tres mei [et MS. Voss. ap. Bentl.] in alia, eaque meliore consentiunt lectione; non *οἴχετο*, sed *εἴχετο* exhibentes, quod omnino reponi debuit. Vereor enim ut e Graecis nostris, salva linguae indole, erui possit sententia in versione expressa: *parum abest quin nulla sit.* Hoc sensu Graece non dicitur *ἐπ' ὀλίγου*, sed absolute *ὀλίγου* suppresso verbo *δεῖν*. Vid. Thesm. 955. Vesp. 829. Acharn. 548. 581. quorum locorum in nullo scribere poteris *ἐπ' ὀλίγου* pro *ὀλίγου*. Iam vero *ἔχεσθαι* saepissime nihil aliud valet quam *εἶναι*: et *εἶναι* vel *ἔχεσθαι ἐπ' ὀλίγου* eadem ratione dicitur et non valde dissimili sensu, quam *εἶναι, στῆναι, βῆναι ἐπὶ ξυροῦ*. Gallice: *Il tenoit donc a bien peu de chose. Brunck.* *οἴχεται* vel *ᾤχετο* etiam Reiskius coniecit. *ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' ἔρχεται* Wakefield. in Silva crit. I. p. 97. *ἐπ' ὀλίγῳ γὰρ οἴχετο* scholiastae adnotationi praefixum est.

55. *μήτε Πελ—* Sic bene duo Regii [et MS. Voss. ap. Bentl. in textu: sed in schol. *μηδέ.*]: perperam vulgo *μηδέ*. Huic *μήτε* respondet v. 56. *Βοιωτίους τε*. Additura mox erat Lysistrata perituros etiam esse Athenienses omnes; sed se ipsam reprimit, nec tale quid in patriae suae perniciem ominari velle ait. Nihil hic intellexit Berglerus. *Brunck.*

56. *πάντας γ'* — Eleganter insertam particulam *γε* habent duo Regii. *Brunck.*

ἄφελε τὰς ἐγχέλεις. Nam ex Boeotia afferebantur Athenas anguillae praestantes. In Pace 1004. *Bergl.*

57. Citat Suidas in *ἐπιγλωττήσομαι*. *Bentl.* *οὐκ ἐπιγλωττήσομαι d). Ominabor.* Apud Aeschylum in Prometheo 927. quum Prometheus dixisset, magnum quoddam malum imminere, chorus eum reprehendens dicit: *σὺ θὴν ἃ χρῄζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός;* ubi scholia: *τῇ γλώττῃ κατηγορεῖς, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διός, ἃ βούλει γενέσθαι αὐτῷ.* Apud eundem Aeschylum in Choeph. 1045. *μὴ δ' ἐπιγλωσσῶ.* ubi Stanleius citat He-

---

d) Hoc verbi nihil hoc loco aliud significat quam *φλυαρίαν* vel *βλασφημίαν*, et quod vernacule dicimus *languard*, *ou babillard. Fl. Chr.*

sychium: *ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.* Videtur autem in Hesychio legendum *ἐπιγλώσσα* in imperat. *Bergl.*

38. *ἄλλ' ὑπονόησον σύ μοι.* Id est *ἄλλο.* Sic Pl. 361. *σὺ μηδὲν εἰς ἐμ' ὑπονόει τοιοῦτο. Haec in melius accipe.* In codicibus quidem scriptum, ut vulgo, *ἀλλ'* pro *ἀλλὰ*, et in B. superscripta glossa e scholiis, *ὅτι ἀπολοῦνται δηλονότι.* Sed falsus est hic sensus. Nihil enim *suspicari* vel *coniicere* poterat Calonice, quae de Lysistratae consilio nondum quicquam compererat. Temere et incogitanter, textu meo forte non inspecto, Berglerum in versione secutus sum. Pro his verbis *tu ipsa coniecturam facias:* repone, *aliud te suspicari velim. μοι* possit eodem sensu positum esse, quam *εἰς ἐμὲ* in altero exemplo: sed mihi videtur abundare, quod frequens est et elegans. *Brunck.*

42. *ἐργασαίατο.* H. Grotius Excerptis p. 909. *ἐργασαίμεθα* scriptum exhibet, versusque fragmentis annumerat incertorum poetarum comicorum. Sumpsit enim ex Clementis Alexandrini Paedagogo libr. III. p. 254. 20. Pott. [a Kustero ad h. l. citato]. Sed altera scriptura confirmatur ibidem libr. II. et est antiquissima. *Reisig.* I. p. 155.

43. *ἐξηνθισμέναι* Clemens l. II.: at *ἐξανθισμέναι* l. III. *ἐξηνθισμέναι*, i. e. *τὰς τρίχας:* vid. Hesych. *ξανθίζεσθαι.* et Menander ibidem [fragm. 199.]: *νῦν δ' ἔρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γὰρ Τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν. Bentl.*

44. *κροκωτοφοροῦσαι.* Sic MS. Vatic. Pal. et Clemens Alexandrinus dicto loco [probante Elmsleio ad Acharn. p. 73.], rectius quam priores editt., quae habent *κροκωτὰ φοροῦσαι*, duabus vocibus. *Kust.* Sed alterum etiam, *κροκωτὰ φοροῦσαι*, stare potest. *Bergl. κροκωτὰ φοροῦσαι.* Sic bene Aug. cum Iuntina aliisque veteribus. Kusterus *κροκωτοφοροῦσαι*, quae scriptura binorum Regiorum [et Vossiani ap. Bentl.] est. At melior est nostra lectio, quia simplex *φοροῦσαι* sequentia etiam regit nomina *κιμβερικὰ* et *περιβαρίδας.* Postremi male Berglerus casum mutat, maleque etiam locum vertit, tanquam si *περιβαρίδες* scriptum

esset. Tres codd. perspicue *περιβαρίδας* praeferunt. *Brunck.*

45. *περιβαρίδας.* Iul. Pollux VII. [49.] ait esse ancillarum calceos. Hic calceamenta sunt ingenuarum et nobilium. Ceterum de anchusa vide Dioscoridem IV. 23. 24. et 25. ubi videbis tres anchusae species. *Fl. Chr.* Verti quasi esset *περιβαρίδες*, ut scribendum puto. *Bergl.* *περιβαρίδες* calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillae, teste Polluce VII. 92. quod paulo supra [87.] confirmat his Cephisodori versibus:

σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥςπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Quod tamen nihil aliud ostendit, quam *περιβαρίδας* calceos fuisse minus pretiosos, quibus etiam ingenuae uti poterant. *Brunck.*

κιμβερικά. Genus esse vestis a loco nomen habentis putant ex grammaticis quidam. Alii *χιτωνίσκον*, qui *στατὸς* dicitur, quae Plinio *recta* est *tunica*. *Fl. Chr.* Repete ex versu praecedente *φορεῖσαι*, ne sensus sit suspensus. *Kust.* Froben. *καὶ κιμβερινκορθοστάδια καὶ περιβαρίδας:* lege *περιβαρίδες:* et praeterea lego, *τί κιμβερίκ' ὀρθοστάδια* — i. e. *ἐργάσαιντο*. *Bentl.* In duobus Regiis *καὶ κιμμερικορθοστάδια*, sine vocum distinctione: in Aug. [et ed. Iuntina] *καὶ κιμβερινκορθοστάδια.* Scilicet haesitans librarius, nesciensque utram e duabus praeferret scripturis, ambas repraesentavit simul coniunctas. *κιμβερινὸν* pro *κιμβερικὸν* male legitur apud Suidam. *Brunck.* *κιμβερικὸν* Hesychius T. II. c. 261. ubi vid. Alberti. *κιμβερινὸν* Photius Lexic. c. 123. ubi alter codex *Κιμμερικὸν*.

46. *ἃ σώσειν προσδοκῶ.* Contrarium in Thesmoph. 86. *τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι κἀπολεῖν με προσδοκῶ*. *Bergl.*

48. Perperam hic versus vulgo versui 45. subiicitur, sede perquam aliena, quod et Kusterus *e*) anim-

e) Hic versus ob constructionis *ἀνακολουθίαν* cum praecedentibus minime cohaeret, qui proinde in MSS. Vatic. P. et Voss. rectius versui 48. subiicitur. Ibi enim ponendum eum esse et sensus et constructio suadent. *Kuster.*

advertit, addens eum in duobus codicibus a se inspectis positum esse eo loco in quem eum reposuimus. Cum illis Kusteri codicibus consentiunt bini Regii [et Suidas v. *ἐξηνθισμέναι*. *Bentl.*], ubi idem, quem exhibemus, versuum ordo. Frustra tempus et operam contrivissemus, si Kusteri exemplo bonas codicum lectiones in notis indicare contenti, priores mendas in textu reliquissemus, qua veterum auctorum edendi ratione nihil est ineptius. Est autem hic et Concion. 929. *χ᾽ ἥγχουσα* pro *καὶ ἡ ἄγχουσα*. Hesychius: *ἄγχουσα, ῥίζα, ἣ φυκοῦνται τὰ γύναια*. Etymol. *ἔγχουσα, εἶδος βοτάνης, ἣ καὶ διὰ τοῦ α λέγεται ἄγχουσα. Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ε*. Sed fallitur prava codicum deceptus scriptura, quae Thomae etiam fraudi fuit, cuius adeundus interpres. Apud Comicum, quo nemo *Ἀττικώτερος*, scriptum hoc nomen per *α* in Thesm. II. fragm. VIII. Gallis herba ista *Orcanette* vocatur. *Brunck.* *χἥγχουσα*. Pro *καὶ ἡ ἄγχουσα*. Est autem anchusa genus herbae, qua mulieres faciem pingunt. *Bergl.*

50. *αἴρεσθαι δόρυ*. Euripides in Heraclidis 314. *καὶ μήποτ᾽ εἰς γῆν ἐχθρὸν αἴρεσθαι δόρυ*. *Bergl.* Praeter apertum et obvium sensum, obscenitas etiam quaedam in his verbis latet, ab interpretibus ante non animadversa. *δόρυ* enim hic simili sensu etiam sumi potest, quo eam accepit Diogenes cynicus apud Laertium in eius vita sect. 55. in versu hoc Homerico

μή τις σοὶ εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Sed de his parcius dicendum est. *Kuster.*

52. *μήτ᾽ ἀσπίδα* et v. seq. *μήτε ξιφίδιον* dant duo Regii [et Vossian. ap. Bentl.], melius quam, ut vulgo, *μηδ᾽* et *μηδέ*. *Brunck.*

56. *ὄψει τοι*. Sic duo Regii [et Vossian. ap. Bentl.]. Vulgo *ὄψει γε*. Iidem et Aug. habent *ὦ μελέ᾽ ὄψει*. Recte in codd. scriptum *ὦ μέλ᾽* Concion. 245. quod notandum. Licet enim a *μέλεος* femininum sit *μελέα*, ut Vesp. 312. tamen vocativo *ὦ μέλε* compellantur tam feminae quam viri. *Brunck.*

αὐτὰς Ἀττικάς. Hoc, ut puto, ait, quia Athenienses sciunt quae facienda sunt, sed facere nolunt. *Fl. Chr.*

58. *τῶν παράλων.* Vide Suidam h. v., qui locum hunc comici exponit. *Kuster.* Vide ad Vespas 1218. [p. 564.]. *Bergl.*

60. *ἐπὶ τῶν κελήτων.* Praeter alia significata species est parvi navigii celox vel *κέλης*, actuarius scilicet faselus, dictus ab equo, cui vir invehitur singularis, ut apud Pindarum saepe habes vincere *κέλητι.* Unde *κελητίζειν* quod etiam ante Homeri tempora in usu fuit. Paulo post lego *ἀτὰρ αἴδε,* non *αὐτάρ. Fl. Chr.* Est genus navigii *κέλης* et equus singularis, unde *κελητίζειν*, *equum agitare*, quod in obscenis etiam est: et latet hic obscenitas ista, ut recte vidit scholiastes. Vide ad Vespas 500. [p. 417.]. *Bergl.* Iocus est ex ambiguo. *κέλης* significat parvum navigium, qualia conscendisse oportebat Salaminias mulieres, quae Athenas deferendae erant: tum notat equum desultorium, et inde, ut ait noster, *Ἀφροδίτης τρόπον*, quo sibi morigerari noluisse meretricem facete queritur servus in Vespis v. 500. Huius schematis meminit Horatius Serm. II. 7. [49. ubi v. Heindorf.]

Quaecunque excepit turgentis verbera caudae,
clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.

At illud graphice describit Apuleius loco quem emendatum protulit elegantissimus Ruhnkenius ad Iulium Rufinianum p. 260. *Inscenso grabatulo, super me coxim residens, ac crebra subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulae Veneris fructu me satiavit. Brunck.* MS. *ὄρθιαι. Bentl.*

61. *καλογιζόμην ἐγώ.* Sic bene duo Regii [et Vossian. ap. Bentl.]. Vulgo *ἐγών*, quod minime Atticum est. Post hunc versum usque ad 152. lacuna est in duobus Regiis [et Vossian. ap. Bentl.]. In A. versus 152. *ἔφησθα* subiectus est versui 61. sine ullo defectus indicio. In B. vacuum relictum spatium duarum semipaginarum. *Brunck.*

64. *τἀκάτιον ἤρετο.* Et sensus et metri gratia scribendum est, *τοὐκάτειον* i. e. *τὸ Ἑκάτειον*, ut vel patet ex Suida v. *Ἑκάτειον*, qui ad locum hunc comici respiciens ait: *Θεαγένους Ἑκάτειον· οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών.* Theagenes nimirum ut superstitiosus a comico hic notatur, quod identidem Hecates simu-

lacrum consulere soleret. Falluntur ergo maxime interpretes, Florens Christianus et Bisetus, qui τἀκάτιον hic *acatium* sive *lembum* significare putarunt. Sed de hoc sphalmate eruditos etiam ante nos monuit vir praestantissimus Rich. Bentleius ad fragment. Callimach. CCXXVII. Obiter hic addo, doctissimum Iungermannum ad Polluc. VII. 93. existimare, Pollucem ad hunc locum comici respexisse, dum ἀκάτια genus calceamenti apud Aristophanem, non addito tamen fabulae nomine, significare affirmat. Sed et huic viro docto mendum ante dictum errandi occasionem praebuit. *Kust.*

Bisetus legerat *ἀνῄρετο*, quod commode supplet versum, in quo alias una syllaba deest. Ut autem v. 60. vox κέλης erat ambigua, ita et hic ἀκάτιον, quae et lembum significat et poculi genus quoddam. Itaque quum dicit *ἀνῄρετο* sive *ἦρετο*, loquitur tanquam de *poculo*: ut Antiphanes comicus apud Athenaeum p. 692. μεγάλην Διὸς σωτῆρος ἄκατον ἦρέ τις. Nihil autem impedit, quod apud nostrum est *ἦρετο*, hic autem *ἦρε*. utrumque enim dicitur et αἴρειν et αἴρεσθαι in eadem significatione. Epicrates comicus in fragmento Athenaei, quod insertum est lib. XI. animadvers. Casauboni: κατάβαλλε τἀκάτια, κυλίκια αἶρου τὰ μείζω. De isto autem poculo Athenaeus ibi dicit: ἄκατος, ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. Lepide itaque comicus noster, quum de acato navigio tantum loqui videretur, intelligit simul acatum poculum; nempe ut notet bibacitatem mulierum, quod saepe facit, et in hac ipsa comoedia. Sic, ni fallor, non absurde locum hunc explicasse videri possum; sed cave statuas aliquid parte altera inaudita. Kusterus ad hunc locum. „Et sensus — soleret." Sic ille. Necesse autem est, hac stante emendatione, legi non *ἦρετο* ab *αἴρομαι*. sed *ἦρετο* ab *ἔρομαι*, et praeterea non *τουὐκάτειον* sed *θουὐκάτειον*, aut *θουὐκάταιον*. Licet itaque satis multa hoc pacto mutentur, tamen adhuc amplecterer hanc emendationem propter auctoritatem Suidae, nisi absurdum videretur, Theagenem tanta fuisse stoliditate, ut tanquam oraculum statuam interrogaret, quoties exiret, quae responsa dare non poterat: nec prophetas habebat, ut oraculum Apol-

linis et alia. Non debent autem et Suidae verba tanquam oracula accipi, quem constat non pauca absurda habere. *Bergl.*

τἀκάτιον ἀνῄρετο. Aug. et veteres editiones *ἤρετο*: recentiores *ἦρετο*: depravata lectione: deest enim syllaba ad integritatem versus. Biseti emendationem recepi utpote facillimam: praeterea adblandiebatur mihi iocus ex ambigua significatione nominis *ἀκάτιον cymbam*, navigii genus, et *cymbium*, poculum notantis. Verbum *ἀναίρεσθαι* non minus quam *ἀνάγεσθαι* et *ἀπαίρειν*, nauticum esse possit. Quia supra v. 60. lusit in ambiguo comicus, cui vix alius magis placuit iocus, hic eadem ratione temulentiam mulierum perstringere mihi videbatur. Sed re attentius considerata iam nunc intelligo nihil istiusmodi hunc locum admittere. Nullus enim in ambiguitate nominis *ἀκάτιον* lepor est, nisi illud nomen utroque sensu accipi queat, unique sententiae tam apte conveniat atque alteri, uti observare est in illis supra, *ἐπὶ τῶν πελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι*. Sine celocibus Salaminiae mulieres Athenas venire non poterant. Primaria illa significatio est, unde bona oritur sententia, in qua acquiescit mens auditoris, tametsi statim non percipiat latentem alterum sensum, nec equum illum suspicetur, de quo Ovidius,

Thebaïs Hectoreo nupta resedit equo.

At hic nec poetae nec spectatorum ulli venire quicquam in mentem de navigio potuit. Queritur Lysistrata nullam sibi praesto esse ex Acharnis mulierem, unde, tanquam e propiore loco, primas adventuras esse sperabat. Erant autem Acharnae *χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, τῶν δήμων καλουμένων*, mediterraneae, ab urbe distantes LX. stadiis. (Thucyd. p. 111.) Cui Athenis Acharnas, vel Acharnis Athenas iter faciendum erat, ne, si vellet quidem, navigio uti poterat, quum nulla alia nisi terrestris esset via. Quis itaque credat tam ineptum responsum poetam Calonicae tribuisse? *At venient profecto: nam Theagenis uxor tanquam horsum tendens cymbam in altum edidit.* Amplectenda est igitur primarii in arte critica viri Ric. Bentleii emendatio proposita ad Callimachi fragm. 227. et

Kustero merito probata, tam ad hunc locum, quam ad Suidam in *Ἑκάτειον*:

ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θουκάτειον ἤρετο.

Typothetae *f*) tribuendus error *τουκάτειον*, cuius suspicio in Bentleium non cadit. Hanc lectionem, quam in textu legi vellem, in versione secutus sum, repudiata priori interpretatione, quam supra exhibui. *Brunck.*

In homonyma significatione *rerum navalium* et *poculorum* lusit Epicrates comicus in Athenaei fragmento quod retulit Casaubonus, Animadv. IX. 4. p. 782. F.: *κατάβαλλε τἀκάτια, κυλίκια αἴρου τὰ μείζω* — quae non item expedita sunt, ut proxima, adhibita Valckenario Diatrib. in Euripid. Fragm. p. 255. Et in Aristophanis Lysistr. 64.: — *ἦ γοῦν Θεαγένους ὡς δεῦρ' ἰοῦσα τἀκάτιον ἤρετο*, *Theagenis quidem uxor, tamquam huc abiens, acatium tollebat*, acumen sententiae constabit, sive *ἀκάτιον* sumatur pro *velo* aut *malo navis*, sive pro *cymba* aut *poculo*: modo versui succurratur legendo vel *ἐπήρετο*, vel cum Biseto *ἀνήρετο*: et praeferam vulgatam illi alteri lectioni, ut frigidae, e Suida in *Ἑκάτειον*, susceptae a Bentleio, et probatae Brunckio, — *ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θουκάτειον ἤρετο*. *Attamen Theagenis uxor, tamquam horsum venire cupiens, Hecatae simulacrum consuluit.* Et si usquam a tantorum iudicio virorum dissentire licet, hoc mihi in loco dissentienti veniam haberi velim. *Wyttenbach.* ad Plutarchum T. VI. p. 177.

68. *Ἀνάγυρος.* Proverbium est, non indictum Erasmo, *κινήσω τὸν ἀνάγυρον.* Hesychius *ἀναγυράσιον* scribit, non *ἀνάγυρον*, si non sunt mendosi codices, et meminit proverbii Stephanus in ethnicis suis, quod dictum putant in eos, qui sibi malum, ut ait Plautus, arcessunt iumento suo. Scribitur *ἀνάγυρον* herbam esse vel florem *ἀλεξίκακον*, *θριμὺν* et *δυςώδη*, et crescere apud cognominem populum tribus Erechtheidos. Alii *ὀνόγυρον* vocant. Apud Suidam habes *κίνησον τὸν ὀνό-*

f) Non est typothetae error: nam Bentleius ipse *τουκάτειον* in margine exemplaris sui scripsit.

γυρον, facitque speciem λυγώδους φυτοῦ, et significare ait μάστιγα κίνησον. *Fl Chr.* Anagyrus est pagus Atticus et herba quaedam foetida: unde proverbium κινεῖς ἀνάγυρον, de quo vide Erasmum. *Bergl.* Alludit ad notum proverbium, de quo consulendi paroemiographi et Meursius de Pop. Att. in Ἀνάγυρος. *Brunck.* Pro malo omine accipit Calonice, quod, quae advenit prima, ex Anagyrunte est, quia paroemia ista in eos utebantur, qui sibimet ipsi malorum auctores essent. vid. Erasm. adag. chil. 1. c. 1., 65. *Hotib.*

69. Ceterae a diversis locis singulatim adventant mulieres, quibus Lysistrata consilium suum aperit. Ac tandem post longam deliberationem, iurisiurandi formula concepta, ac verbis praeeunte ipsa Lysistrata, omnes iurant sese facturas quidquid praescripserit. *Fl. Chr.*

74. ὀλίγου γ' οὕνεκα. Male vulgo εἵνεκα, qua forma nusquam usi sunt Attici poetae. Vide infra ad v. 491. 501. Ran. 189. Pl. 529. ne plures locos indicem, ubi ad codicum fidem reposita fuit forma genuina Attica. *Brunck.* Iohn Seager in classical Iournal III. p. 497. scribi mavult ἀλλ' ἐπαναμείνωμεν ὀλίγον γ', οὕνεκα τάς τ' ἐκ *B.* — ἐλθεῖν. Hoc idem esse quod οὕνεκα τοῦ τάς τ' ἐκ *B.* — ἐλθεῖν.

79. Edd. ante Brunckium et codex Ravennas ὦ γλυκυτάτη. Bentleius: „dele τοῦ, vel potius ὦ." Utramque coniecturam proposuit etiam Bisetus. Errarunt.

80. Citat Suidas in σφριγᾶν. *Bentl.*

81. κἂν ταῦρον ἄγχοις. Ad Milonem fortissimum ex Crotone athletam haec spectare videntur, qui tauros et strangulabat et vorabat, quae animalia viribus, non celeritate pollent. Suspicor autem hoc fuisse proverbium, etsi indictum paroemiographis, quod quidem sciam. Hinc autem scire liquet, quod apud Xenophontem in Republ. Lacedaemoniorum [l. 4.] scriptum est, etiam puellis et virginibus sua fuisse gymnasia separata et ludos palaestrae. Itaque masculum inde colorem contrahebant virgines, ut videre est in Pallados lutris apud Callimachum. εὐχροεῖν et σφριγᾶν verba propria athletis bene habitis. Aeschy-

lus in Prometheo vincto [588.] posteriore usus est, *σφριγῶντα θυμὸν ἰσχαίνῃ βίᾳ*, i. e. *adolescentem* et *virescentem*. Ceterum legerem *οἷον τὸ κάλλος, γλυκυτάτη*, etc., vel *ὦ γλυκυτάτη φαίνεται*. *Fl. Chr.*

ναὶ σιώ. Feminarum proprium est *g*) iurare *μὰ τὼ θεώ*, qui sunt Dioscuri. Sic et apud Latinos non temere reperias *Ecastor* iurari, nisi a mulieribus, ut apud Terentium [Andr. III. 2, 6.] illa: *Perecastor, scitus puer natus est Pamphilo.* Nam *Aedepol* et *Pol* etiam a viris video usurpari. Hoc autem loco *οἵω* videtur per parenthesin dictum pro *οἶμαι*, ut inferius [998.] praeco Lacedaemonius ait, *ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἵω Λαμπιτώ*. quae verba corrupta habes apud Suidam. Putabam aliquando *οἰὼ* intelligendum *μόνω*. *Fl. Chr.* *ναὶ τὼ σιώ*. [Sic, cum articulo.] Pro *νὴ τὼ θεώ*. Loquitur autem Lampito Dorice et in sequentibus. Ceterum quum Lacones et Lacaenae iurant *ναὶ τὼ σιώ*, intelliguntur Castor et Pollux. Vide ad Acharnens. 905. [p. 238.]. *Bergl.* Reisigius in syntagmate critico p. 18. corrigit:

μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὼ σιὼ
γυμνάδδομαί γα —.

Articulum enim non recte abesse.

82. *γυμνάδδομαί γε κ. τ. λ.* Pro *γυμνάζομαί γε, καὶ πρὸς πυγὴν ἄλλομαι*. Exercebantur autem in palaestris puellae Laconicae non minus atque adolescentes.

---

g) *ναὶ σιώ*. Ad haec verba Christianus ait feminarum proprium fuisse iurare *μὰ τὼ θεώ*, qui sint Dioscuri; quod usquequaque verum esse dubito, et apud Athenienses credo verum fuisse, et id intelligi posse videtur ex Concionantibus. Sed per *τὼ θεὼ* intelligi Dioscuros, Athenis forte non est verum, ubi *Δημήτηρ καὶ Κόρη* eximie colebantur in Thesmophoriis et mysteriis. Itaque inclinat animus, ut credam Athenienses mulieres, quando iurabant *μὰ τὼ θεώ*, intellexisse Cereris et Proserpinae numina. Spartae vero *ναὶ τὼ σιὼ* iurabant tam viri quam feminae, et ibi Dioscuri, credo, intelligebantur, quorum numina a Lacedaemoniis multum cultum merebantur. Viros Laconas ea iurandi formula usos fuisse evincit locus Xenophontis lib. IV. [4, 10.], ubi Pausimachus Laco sic loquens inducitur: *ναὶ τὼ σιώ, Ἀργεῖοι*, etc. *Palmer.*

Pythagoreus quidam, cui nomen creditur esse Mimas: *αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως καὶ ἀχίτωνας παρέρπεν, καλὸν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν.* Loquitur autem Dorice. Ovid. epist. Paridis ad Helenam: *more tuae gentis nitida dum nuda palaestra ludis, et es nudis femina mixta viris.* Quae loca citavit Barnesius ad Euripidis Andromach. 595. *Bergl. γυμνάδδομαί γε* — Vulgo *γε*. Alterum ex usu dialecti reponi debuit, ut infra 105. 170. et alibi. *καὶ ποτὶ πυγὰν ἄλλομαι.* De hac Laconica saltatione sic Pollux IV. 102. *καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κούραις. ἔδει δὲ ἄλλεσθαι καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς, καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. ὅθεν ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα· Χίλια πόκα βιβᾶντι· πλεῖστα δ' ἃ τῶν πήποκα.* Sic Laconica scribenda esse existimo. E Pollucis autem verbis manifesto apparet, quam recte, licet frustra, monuerit Florens *πυγὰν*, non, ut vulgo, *πυγᾶν*, scribi oportere. *Brunck. γυμνάδδομαί τε* ex Eustathio ad Homer. p. 1570. praefert Porsonus in censura Arist. Brunck. p. 573. ed. Schaef. non probat Reisig. I. p. 253.

ποτὶ πυγᾶν ἄλλομαι h). Lego *πυγὰν*, pro *πυγὴν*, ut habet Suidas [*πυγὰν* Gry. *Bentl.*]. Hoc autem dicit, quia in exercitatione solebant saltare, et pedes saltantis attingere uropygium. Hoc genus saltationis vel *ἐμμελείας* dicebatur apud Laconas *βίβασις*, ubi ita saltabatur, ut calce nates ferirentur. Proverbium est, *ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷν καὶ τριῶν ἀλωπέκων*, huc nihil pertinens, sed *ὀφθαλμιῶντας* tantum innuens. Recte autem principem matronam Laconicam vocat Lampito. Plato enim in Alcibiade I. [p. 124. A. HSt.] ait Lampido, eamque facit filiam Leotychidae, Archidami uxorem, Agidis matrem. *Fl. Chr.* Intelligendus est hic locus de saltatione Laconica, *βίβασις* dicta, de qua agit Pollux IV. c. 15. Vide etiam Meurs. Miscell. Lacon. lib. II. c. 2. et Suid. v. *πυγή*. Ceterum Flor. Christian. pro *πυγᾶν* hic legendum esse *πυγὰν* recte monuit. *Kust.*

ἄλλομαι ex edit. Iuntina Reisig. I. p. 253.

85. Froben. [et Iuntina et cod. Ravenn.] *τῶν τιτθίων:* dele *τῶν* [ita Kuster.] vel lege *τῶν τιτθῶν. Bentl.*

84. *ἄπερ ἱερεῖον. Velut hostiam.* Nam sacrificaturi et litaturi victimam contrectabant, explorantes num pinguis esset et nitida. Meminit Suidas voce *ψηλαφᾶν*, et *ἤπερ* legit, non *ἅπερ:* sed *ἅπερ* melius, quia Spartana loquitur. Puto autem delendam vocem *τῶν*, et legendum *ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τιτθίων ἔχεις.* Nisi mavis *τῶν τιτθῶν*, ut *τιτθὴ* et *τιτθίον* eadem sint. *Fl. Chr.* *ἄπερ.* Scribendum *ἅπερ*, aut *ἅπερ*, aut *ἅπερ i*) pro *ἤπερ* i. e. *ὥςπερ.* Suidas hunc locum citans legit *ἤπερ* in communi dialecto, sed potius ita scribendum ut dixi. Vide ad Acharn. v. 907. [p. 238.]. *Bergl.* Vide infra ad v. 1315.

ὑποψαλάσσετε. Pro *ὑποψηλαφᾶτε. Bergl.* Citat hunc locum Suidas v. *ψαλάσσετε. Kuster.*

86. *πρέσβειρα.* In Acharn. 885. Boeotius Dorice loquens etiam utitur hac voce. De *ναὶ τὼ σιὼ* paulo ante. *Bergl.*

87. *ἵκει ποθ' ὑμέ.* Pro *ἥκει*, sive *ἵκεται*, aut *ἀφίκεται πρὸς ὑμᾶς. Bergl.*

νὴ Δί', ὦ Βοιωτία, καλὸν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. Vim non habet Bocotia invocata. Legendum arbitror *ὡς Βοιωτία*, ut quae Bocotia sit, quia Bocotia *εὐπεδιὰς*, ut bene monet scholiasta. *πεδίον, λειμῶνα, κῆπον, σῦκον. Hotib.*

88. *καλὸν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον.* Eam rem circumlocutus Plautus vocavit *septum:* auctor obsceni carminis *hortum:* utrumque *ἀντὶ τοῦ ἐφηβαίου.* Ludit autem in voce *βληχώ*, quod etiam *γληχὼ* vocatur, quasi desiderium dicas, et *pubem* omnino per pulegium designat, quo abundabant praecipue Boeoti, hortorum cultui vacantes. *Fl. Chr.* Scholia: *λέγεται γὰρ ἡ Βοιωτία εὐπεδιὰς εἶναι.* Sed intelligit hortum muliebrem, *τὸ αἰδοῖον*, ut recte vidit Florens. *Bergl.*

καὶ νὴ Δία. Haec vulgo Lacaenae tribuuntur. Di-

---

i) Sic Porsonus in Adversar. p. 296. (262. Lips.)

cterium Atticae mulieri magis convenire mihi videtur; ideo τὰν in τὴν mutavi. [Sic etiam Bentl.] Si quis ne quidem in personarum distinctione ab editionibus discedere vellet, maiori mutatione sic oporteret Lampitonem loqui:

καὶ, ναὶ σιὼ,
κομψότατα τὰν γλαχὼ γα παρατετιλμένα.

Notum est Laconas, aliosque Dorice loquentes, *pulegium*, quod Atticis βλήχων appellatur, γλάχωνα nominare. Vide Acharn. 861. 869. 874. Ceterum in Aug. personarum nomina adscripta non sunt: interlocutorum mutatio transversa tantum lineola indicata. *Brunck.* τὰν γληχὼ Koenius ad Gregor. Corinth. p. 41.

89. τὰν βληχώ. Hic etiam τὸ αἰδοῖον, ut et scholiastes. Est autem alias βληχὼ pulegium, cuius ferax Boeotia. Hinc et in Acharn. Boeotius pulegium venale fert Athenas v. 861. 869. *Bergl.* Quid sit βληχὼ, pulegium, hoc loco, si nescis, docebit te Florens Christianus, qui et recte annotat, ea planta Boeotios abundasse, hortorum cultui vacantes. Pilos aut adurere τῷ λύχνῳ aut etiam evellere sibi solebant, si qui elegantiae studerent, tum feminae, tum viri. cf. infra 151., 825 seqq., Acharn. 31., quanquam ibi scholiasta cogitat τῶν μυκτήρων τρίχας, ἢ τῶν μασχαλῶν. Huc pertinet ὁ λειμὼν παρεσκευασμένος Eurip. Cyclop. 170. Pro poena est τὸ ἀποψιλοῦν τὸν χοῖρον Thesm. 544. *Hotib.*

παρατετιλμένη. Solebant id facere. Infra v. 151. γυμναὶ, δέλτα παρατετιλμέναι. et in Ranis 513. ἠβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι. *Bergl.*

90. χαῖα μέν. Hic τὸ χαῖον generosum, nobile, et bonum valet, ut et usurpat Theocritus in VIII. idyllio. Videtur autem antiqua nobilitas fuisse ab Athenis, quia αὐτόχθονες (propterea ait τἀντευθενὶ) et a Corintho, ut idem Theocritus in Ἀδωνιαζούσαις ait Κορίνθιαι ἦμες ἄνωθεν. *Fl. Chr.* Scholia: χαῖα μέν· ἀγαθὴ μέν. Bisetus citat Aeschylum in Supplic., ubi v. 865. βαθυχαῖος, ad quam vocem scholia: ἢ μεγάλως εὐγενής. χαιοὶ γὰρ οἱ εὐγενεῖς. Comicus hic in Lysistr. 1162. οὔπω γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν. *Bergl.*

χαΐα μὲν, ναὶ σιώ. Male vulgo ναὶ τὼ σιώ. Vox χαΐα trisyllaba est, et pedem creticum facit, ut versu etiam seq. Apud Theocritum Idyll. VII. δισυλλαβῶς effertur. Quae vero mox subiicit Lysistrata e Bergleri versione haud facile intelligas: *Bonam profecto apparet esse hinc ex istis indiciis.* Sensus est: δήλη ἐστὶν οὖσα χαΐα κατά γε τὰ αὐτὰ ταῖς ἐντευθενί, vel οἵα ἐστι τὰ ἐντευθενί. Hanc ad sententiam versionem reformavi. *Brunck.* Recte codex Ravennas et Bentleius χαΐα, ναὶ τὼ σιώ. Vide supra ad v. 81.

91. *k*) Κορινθία δ' αὖ. Quasi dicat, *est quidem bella, sed non casta:* quia Corinthi meretrices plurimae. *Bergl.*

92. Lege οὖσ' ἐνταυθαγὶ κἀντευθενί. *Bentl.*

93. ξυναλίαζε. Dorice pro ξυνηλίαζε, ut patet ex voce Ἡλιαία, *comitium:* unde et alibi apud comicum ἡλιάσασθαι. *Bergl.*

ξυναλίαζε. Duplex est in hoc verbo menda. Scribe συναλίαξε. Atticum ξὺν pro σὺν Dorica dialectus non admittit: tum ratio temporum *aoristum* flagitat, non *imperfectum.* Perspicue in Aug. quem etiamnum ad

---

k) χαΐα, νὴ τὸν Δία,
δήλη 'στὶν οὖσα ταυταγὶ τἀντευθενί.

These last words are translated by Brunck „*bona edepol videtur, ut illic esse solent.*" and he adds in his note, „Sensus — *ἐντευθενί.*" Notwithstanding my deference for the opinions of so great a critic as Brunck, I shall venture to propose another interpretation; because it is much less strained than his, and agrees better with the remarks made by Lysistrata from v. 79. to v. 92. ταῦτα in ταυταγὶ, and τὰ in τἀντευθενί, agree with μέρη, or some similar noun, understood, which is governed by κατὰ also unterstood; the sentence is pronounced δεικτικῶς, Lysistrata, with those words ταυταγὶ τἀντευθενὶ, pointing at some part of the Corinthian woman's person. I suppose χαιὸς is applicable to bodily as well as to moral excellence: and id must be observed, that ἐντευθενὶ has not always a signification of motion: not, for instance, in Aristophanes, Vespae 991. αὕτη 'ντευθενί. Budaeus, moreover, has translated ἐντεῦθεν „*hic.*" *Iohn Seager* in classical Iournal III. p. 497.

manum habeo, scriptum ξυναλίαξε *l*), quod, ob eam quam dixi causam, scilicet minutissimis calami ductibus exaratum esse illum codicem, me fugerat, quum cum primum, nubilo forte die, aut vesperi ad lumen, excussi. *Brunck.*

94. μυσιδδέτω *m*). Editio Farrei melius μύσιδδέ τω, quod est pro μύθιζέ τῳ i. e. λέγε τινί. *dic alicui.* Aut potius τω est alia enclitica particula in dialecto Laconica, respondens particulae τοι, ut μύσιδδέ τω sit pro μύθιζέ τοι i. e. λέγε τοίννν. *dic igitur.* Nisi omnino τοι legendum pro τω. *Bergl.*

ἦδ' ἐγώ. Perperam vulgo ἄδ' — μύσιδδέ τοι [Sic Bentleius, Reiskius et Valckenar. in epist. ad Roeverum p. LXXII.]. Male vulgo μυσιδδέτω. μύσιδδε, vel si mavis [cum Valckenario] μούσιδδε, Laconicum est pro μύθιζε. Hesychius: μουσίδδει, λαλεῖ, ὁμιλεῖ. Praeter illa, quae ad hanc glossam notavit interpres, vide Valckenarium nostrum ad Theocriti selecta Idyllia p. 279. [T. II. p. 105. ed. Heindorf.]. Quod autem vir ille doctissimus Toupio [ad Theocrit. I, 148. p. 367. ed. Heindorf.] obsecutus censet τὺ scribendum pro τοι in eo consentientem me sibi non habet. τοι hic consequentiam infert, et valet *ideo, ergo*, cuiusmodi aliquid nexus sermonis et sententia omnino flagitant. Vide versionem. *Brunck.* μύσιδδε γῶν Eldik. in Suspicion. Specim. p. 19. (p. 193. in Schaeferi thesauro critico). μυσιδδέτω ὅ τι λῇ — Wakefield. ad Euripidis Ion. 770. in delectu tragoediar. T. II. p. 76.

95. ὅτι λῇς πόθ' ἁμέ. Pro ὅτι scribendum ὅ τι. λῇς autem significat θέλεις, ut in Acharn. 772. πόθ' vero est ambiguum: aut enim pro ποτὲ, ut sit ὅ τι λῇς ποτε ἁμέ· *quidnam tandem nos velis*: aut pro πρὸς, ut sit, μύθιζε τοίννν πρὸς ἡμᾶς. *Bergl.*

ὅ,τι λῇς πόθ' ἁμέ [ut legitur in ed. Iuntina] corrigendum monuit Scaliger in eam sententiam, ut ποτ' ἄμε suaderet, fortassis ex *Vet.*: immo ποτ' ἁμὲ: te-

l) Sic etiam Valckenarius in epistola ad Roever. p. LXVII.

m) Puto legendum μυσίδδεο, pro μυθίζου, nisi mavis μύσιδδε τὸ ὅτι λῇς, pro μύθιζε ὅτι ποτὲ ἡμᾶς βούλει. *Fl. Chr.*

nuis immutatae auctores litterae grammatici Brunckii similes exstiterunt. *Reisig.* in Syntagm. critico p. 14. „G. ποτ' ἀμέ. vid. 10." *Bentl.* ποθ' ἅμε Valckenarius ad Herodotum VIII. 94. p. 168. ed. Schweighaeuser.

97. *πρὶν λέγειν δ'* ed. Brubachiana et Elmsleius ad Acharn. p. 61. Vulgatam scripturam defendit Reisig. in diariis Ienensibus a. 1817. fol. 224. p. 402.

100. *εὖ γὰρ οἶδ'*. In Aug. ante haec verba transversa lineola minio primum adpicta fuit, indicium mutatae personae, quam, deprehenso errore, lituris postea librarius induxit. Versu autem seq. scriptum *πάσαισιν ὑμῖν*. Recte omnia. Sic locus hic constitui debet, deleta Myrrhinae persona:

τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων,
ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
πάσαισιν ὑμῖν ἐστὶν ἀποδημῶν ἀνήρ.

Tum versus 102. 103. Calonicae tribuendi, v. 104. Lysistratae. Non aliter ista personis dividi posse inde manifestum est, quod ipsius dramatis series et oeconomia non sinant versum 104. Myrrhinae tribui, quae maritum suum Cinesiam domi reliquerat, in scenam mox proditurum, eaque dicturum quae ostendant eum peregre non abfuisse. *Brunck.* Dele *MY.* [sic etiam Tyrwhittus.] — 102. *MY. ὅ γ'.* — 104. *KA. ὁ δ' ἐμός* —. *Bentl.*

102. Simile quid habes apud Theocritum in idyllio feminarum Adonidis festum celebrantium. *Fl. Chr.*

ἐμὸς ἀνὴρ — Εὐκράτην. Thucydides VIII. post cladem Atheniensium ad Syracusas ait: *οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἕτοιμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίστασθαι.* Ideo dicit Lysistrate virum suum *φυλάττειν Εὐκράτην*, quod proverbialiter dicebatur de iis, qui servabant rem, quae omnibus modis evadere tentabat, et tandem evasura erat, de Chalcidensibus Thraciae intelligens, qui post illam cladem erecto erant ad rebellandum animo, ideoque eos observabant Athenienses, et decreverant, *τὰ τῶν ξυμμάχων εἰς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι.* *Palmer.*

105. Citat Suidas v. *ἄπεστιν*. *Kust.* *Εὐκράτην n*). Hic dux aliquis fuit Atheniensis, et notatur tanquam muneribus corrumpi solitus, et proditor, et peregrinus. *Scholia.* In Equit etiam v. 254. est eius mentio Eucratis. *Bergl.*

104. *ὁ δ' ἐμός.* Inde colligo, Pylum adhuc fuisse in Atheniensium potestate. Ergo ante Dioclem archontem et annum 23. belli haec fabula prodiit: nam eo anno et archonte Pylum receperunt Lacedaemonii, teste Diodoro l. XIII. [c. 64.]. *Palmer.*

105 *ὁ δ' ἐμός — πόκα.* Pro *ὁ δ' ἐμός γε κἂν ἐκ τῆς ταγῆς ἔλθῃ ποτέ.* *Bergl.*

ἐκ τᾶς ταγᾶς. Scholia: *ἐκ τῆς τάξεως.* Forte etiam *ἐκ τῆς παρατάξεως, ἀπὸ τῆς στρατιᾶς.* Apud Aeschylum significat *ducatum* in Agamemnone v. 111. *σύμφρονα ταγάν, concordem ducatum.* Loquitur autem de Agamemnone et Menelao ducibus Graecorum ad Troiam. Hinc *ταγός*, dux, imperator, in Equit. 159. ubi vide notam. *Bergl.* *ταγᾶς*, priori correpta, quod notandum. Inde *ταγοῦχος* eadem prosodia. Aeschylus Eumen. 296.

θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ.

sed *ταγὸς* priorem producit. Qua de re vide ad Eq. 159. *Brunck.*

106. Vide Suidam v. *ἀλλ' ἐμός γε*, et v. *πόρπαξ*. *Kust.* *πορπακισάμενος o*). Ex scholiis: *ἀντὶ τοῦ ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα, ἅμα τῷ παρεῖναι ἄπεισιν.* Est autem a *πόρπαξ*, quod manubrium clypei significat, ut in Equit. 844. et per synecdochen accipitur pro ipso clypeo, ibid. 1366. et in Pace 661. *Bergl.*

φροῦδος ἀμπτάμενος. Euripides in Andromacha 1219. *ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα.* Est autem pro *ἀναπτάμενος.* *ἔβα* autem pro *ἔβη*. *Bergl.*

---

n) Hic Eucrates dictus est *στύππαξ*, quem exagitat etiam Aristophanes in Equit. *Fl. Chr.*

o) *πορπατισάμενος.* [Nam sic ed. Iuntina.] Pro *πορπακισάμενος*, ut in Pace *μισοπορπακιστάτη*. *φεψάλυξ* autem est scintilla et *ζωπύρημα*, et sic Milesii exagitantur tanquam moechi. *Fl. Chr.* Gry. et schol. *πορπακι—. Bentl.*

108. Ex hoc versu manifestum est Milesiorum defectionem praecessisse huius fabulae *διδασκαλίαν*, qui quidem initio anni 20., suadente Alcibiade, defecerunt, ut Thucydides l. VIII. [c. 17.]. Ideo ex superiori nota [ad v. 104.] concludimus, ante annum 25. prodiisse hoc drama: ex hac vero, post vigesimum. *Palmer.*

109. *ὄλισβον.* Scorteum erat veretrum, quo Milesiae utebantur mulieres tribades et turpificae, interdum etiam viduae. Sunt qui pessaria vocent, non ego, qui sciam ista non ad libidinem, sed medelam fuisse in usu. Octodactylum autem quod vocat, puto esse sesquipedale, etsi sciam, quid sit pes antiquus, quid palmus, quid digitus: nam *δάκτυλον* hic pro pollice quem vocamus in architectonica accipio. Alludit tamen ad intestinum illud, quod dodecadactylum dicitur, et quod *πυλωροῦ* et *ἐκφύσεως* nomine meruit apud medicos. *Fl. Chr.* Cratinus: *μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρήσονται.* apud Suidam et Hesychium in *μισητή*. Notat autem scholiastes comici nostri ad Milesias mulieres respici tanquam olisbo utentes. *Bergl.*

ὀκτωδάκτυλον. Non memini aliter legere in Aug. cod. At veram scripturam esse credo *ὀκταδάκτυλον*. *Brunck.* in Supplem. *ὀκταδάκτυλον* etiam Bentleius scribi vult. *ὀκτωδάκτυλον* tuentur Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 256. et Lobeckius ad Phrynichum p. 415.

110. *σκυτίνη πικουρία p*). Alludit procul dubio ad *συκίνην ἐπικουρίαν*, cuius meminit Erasmus in adagio *Ficulnus* [c. 245.]: sed legit in hoc loco *συκίνη*, non *σκυτίνη*. Rectum tamen est *σκυτίνη*. Nam quia pessuli illi sive olisbi erant ex corio vel aluta, propterea *σκυτίνη* dixit per parodiam ad *συκίνη*. Itaque moni-

---

p) Scholia: Alludit ad proverbium *συκίνη ἐπικουρία*, i. e. *ficulneum auxilium*, quod de infirmis dicitur. Mutavit autem *συκίνην* in *σκυτίνην*, i. e. coriaceum, quia coriacei sunt olisbi. Sunt autem veretra coriacea, quibus utuntur viduae mulieres. Sed apud Hesychium et *σκυτίνη ἐπικουρία* proverbium est. Vid. Erasmum in proverb. *coriaceum auxilium*. *Bergl.*

tor Erasmus, quique illi hac in parte astipulantur monendi mihi sunt cum hoc interdicto, *μὴ κακουργεῖν τὴν κριτικήν*. Quod tamen cum bona ipsorum venia dictum velim: nam et Erasmi memoriam colo, et eius ingenium magni facio. Sed imposuit illi Veneta editio huius fabulae, quae hic habuit *συκίνη*. Sane *φαλλὸς*, unde *follis*, veretrum erat, gestatum in pompa Liberi, quod primum ex ficu fiebat, deinde ex aluta rubra, et tunc dictum *πολέων*, unde polimenta, testiculi porcini, ut docuit Scaliger ad Varronem [ad p. 42.], Scaliger inquam, alter Varro. *Fl. Chr.* Conf. Schweighaeus. Animadv. ad Athenaeum T. VI. p. 527.

115. *εἴ με χρὴ, ἤ*. Lege *εἴ με χρείη*, i. e. *etiamsi me oporteat*. *χρείη* enim hic idem significat quod *δέῃ*. Suidas: *χρείη· δέῃ*. Forte ad locum hunc respexit. Apud eundem Suidam v. *ἔγκυκλον* legitur *χρεῖ᾽ ἤ*. *Kust.*

εἴ με χρείη q). In Iuntina, unde in reliquas migravit, *εἴ με χρή, ἤ* — Nec aliter in Aug. scriptum, nisi quod inter duas voculas distinctio abest. Librariorum hoc *σφάλμα* frequentissimum esse, et ubique corrigendum *χρείη* norunt iam tirones. Videndus Dawesius ad hunc locum in Miscell. Crit. [p. 524.]. Quod autem apud Suidam in editione principe legitur *χρείη, δέῃ*, ex errore itidem librarii est, qui scribere debuit *δέοι*. Grammaticus paulo infra in *χρή: χρείη δὲ, τὸ δέοι. Πλάτων Εὐθύφρονι· πευσόμενοι τοῦ ἐξηγητοῦ τί χρείη ποιεῖν. Brunck.*

Wir verstehen die Stello so: *ἐγὼ δέ γ᾽ ἄν, (ἐθέλοιμι καταλῦσαι τὸν πόλεμον) κἂν εἴ με χρείη καταθεῖσαν (ἀποτιθεῖσαν, ἀποδύσασαν) τοὔγκυκλον τουτὶ ἐκπιεῖν (τοῦτο) αὐθημέρον. ich würde es thun, und sollte ich auch diess Gewand hier ablegen, und es noch heute hinunterschlucken. Censor* edit. Brunckianae in Bibliotheca Gotting. vet. litt. et art. I. p. 145.

---

q) „Probante Piersono ad Moerin p. 415. R. *Porson.* apud P. P. D. leg. *ἐγὼ μὲν ἄν, κἂν εἴ μ᾽ ἐχρῆν*, vel *με χρεῖ᾽ ἤ* [sic]· Suidas in *ἔγκυκλον* sic: *ἔγωγ᾽ ἂν εἴ μοι χρεῖ᾽ ἤ τοὔγ*. R. *Bentl. ἂν κἂν εἴ με χρεῖ᾽ ἤ*. Suid. MS. R. *Porson.* apud P. P. D. *ἔγωγ᾽ ἄν κἂν* lunt. „constructio est, *εἰ χρείη με καταθεῖσαν τουτὶ τοὔγκυκλον ἐκπιεῖν.*“ *Raper.*“ Haec ex Kiddii nota ad Dawes. Misc. p. 573.

τοὔγκυκλον. Pro τὸ ἔγκυκλον, quod est vestimentum muliebre. *Bergl.*

114. τουτὶ καταθεῖσαν. Lego καταθεῖσ' ἄν. Quod autem vocat τὸ ἔγκυκλον, Pylus est, ut et postea sub finem comoediae satis declarat, sic dicta propter ambitum murorum, per metaphoram τῶν περιβολαίων, id est ἣν ἔχομεν καὶ περιβαλλόμεθα. Neque de nihilo addit ἐκπιεῖν, quasi τὸ ἔγκυκλον sit poculum rotundum, quod exhaurire ipse velit ea lege, ut bellum desinat. Est etiam teste Polluce ἔγκυκλον vestis muliebris. *Fl. Chr* ἐκτεῖν, *in mulctam dare, verbühren. Reisk.*

115. Fortasse legendum:

ἐγὼ δὲ δὴ κἂν ὥςπερεὶ ψῆτταν δοκῶ
δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρατεμοῦσα θἥμισυ.

Ubi notanda crasis δοῦναι ἂν, ut οἰκεῖσθαι ἂν in Eq. 1175. *Elmsleius* ad Sophoclis Oedip. tyr. 1227. p. 105.

ὥςπερ ἢ r) ψῆτταν. Lege ὥςπερ εἰ, deinde δοῦναι ἐμαυτῆς παρταμοῦσα θ' ἥμισυ, i. e. *etiamsi contingat scindi dimidium mei.* Nam θ' ἥμισυ est τὸ ἥμισυ, ut θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. Videndum autem, num rhombi mentionem fecerit propter sagas mulieres, quae eo utuntur in maleficis cantationibus, unde Martialis: *secto luna vapulat rhombo.* Nam psetta vel passer fere idem cum rhombo. De ea sic apud Suidam: piscis est latus, nonnulli buglossum vocant, qui videtur quibusdam constare ex duabus pellibus, mediumque habere divisum ut vespae. Sane ψῆτταν vocari a Romanis rhombum testatur Athenaeus, ubi videbis ψήττας et βουγλώσσους differre. *Fl. Chr.* Vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 278.

Scribe ὡςπερεὶ ψῆτταν, ut apud Suidam v. ψῆττα. *Kust.* ὡςπερεί. Aug. ὡςπερ ἢ — Iuntina ὥςπερ ἤ. Recte in duabus editionibus Venetis minoribus repositum ὡςπερεὶ e Suida in ψῆττα, qui v. seq. habet δοῦναι ἐμαυτῆς, omisso ἄν, quod et abesse mallem. —

r) Legendum omnino ὡςπερεί, ut est in edit. Farrei et apud Suidam v. ψῆττα, quem locum Kusterus indicavit, qui etiam ita legendum censet, uti et Florens. *Bergl.* Gry. ὡςπερεὶ, et Suid. in ψῆττά. *Bentl.*

παρταμοῦσα. Nescio an melius scriberetur παραταμοῦσα, ut infra 152.

ἔφησθα σαυτῆς κἂν παρατεμεῖν θἤμισυ.

Sane ubi syncope versum non iuvat, credibile est ab ea abstinuisse poetas Atticos. Vide ad Nub. 754. et quae notavi ad Euripidis Phoen. 1420. *Brunck.*

116. Gry. et Suid. omittunt ἄν: an δαίειν ἐμαυτόν [—ήν]? *Bentl.* δοῦναί μ', ἐμαυτῆς Reisig. I. p. 59., qui etiam παρταμοῦσα contra Brunckium defendit. — Scholiastes ad h. l.: παρταμοῦσα θ'] γράφε, παρταμοῦσα δ' ἥμισυ.

117. ἐγὼ δὲ etc. Pro ἐγὼ δὲ καί κε (i. e. καὶ ἄν, unde κἂν) πρὸς τὸ Ταΰγετον ἔλθοιμι. *Bergl.*

Hic locus ita fortasse scribendus est: ἐγὼ δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετόν κ' ἄνω ἔλσοιμ', ὅπᾳ —. Elmsleius ad Euripidis Heraclid. 710. p. 102.

118. ὅσα. [Sic Froben., Portus, Kusterus.] Legendum ὅπα, ut est in editione Farrei [et Iuntina], sive ὅπᾳ, quod communi dialecto ὅπῃ. *Bergl.* Gry. ὁπᾶ — *Bentl.*

Hic et seq. v. quae vulgo Calonicae partes tribuuntur, eas in Myrrhinam transtuli, quae prima patefactum Lysistratae consilium reiecit v. 129. Facetum est eam omnium cupidissimam fuisse rei cognoscendae. Eo etiam ducit personarum distinctio in Reg. codd. quae infra observabitur. *Brunck.*

124. ἡμίν ἐστι. Sic partim ob metrum, partim ob euphoniam scribendum. Male vulgo ἡμῖν ἐστιν. *Brunck.* Lege ἐστὶν ἡμιν. *Bentl.*

126. Vide Suid. in μυᾶτε: qui habet μου μυᾶτε et mox κατείβετε. *Bentl.*

128. Aug. et Iuntina bis in hoc versu, et supra 122. πόησετ'. Aug. v. seq. ποήσαιμ', ex inepta librariorum circa metrum sollicitudine, qui ne sibimet ipsi quidem in ea scriptura constant; nec magis cum codicibus concordant impressi libri. ποεῖν forma est Atticis incognita, quibus diphthongus οι multis in vocibus corripitur, ut οἴει infra 247. ποιητὴς 568.

ποῖον Eq. 32. οἷοι 736. τοιοῦτος passim, ut αι in δείλαιος Pl. 850. Scholion Ms. ad Plutum 14. τοῦ δὲ ποιεῖν ἡ παραλήγουσα κοινὴ, καὶ οὐ χρὴ ποεῖν γράφειν. Recte monenti veteri magistro nos ubique morem gessimus, et inauditum Atticis illud ποεῖν, in editionibus tam frequenter obvium, e textu nostro prorsus eiecimus: quod semel monuisse satis esto. *Brunck.*

129. ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω. Augustus Caesar in illo Fescenninae licentiae epigrammate et Romanae simplicitatis, ut ait Martialis, in hanc sententiam dixit: *quid quod mihi vita carior est mentula? Signa canant.* Mavult enim Marte decertare quam Fulviae libidini obtemperare. Hic Myrrhina contra bellum mavult quam Venerem quietam. *Fl. Chr.* In Equitibus 669. οὐ δεόμεθα σπονδῶν, ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω. *Bergl.* ὁ πόλεμος ἑρπέτω. *Bella pergant protinus*, ut recte vertit Florens. Suidas ἑρπέτω legisse videtur, et si ad hunc locum respexit, pessime eum interpretatus est s). *Brunck.*

130. οὐδ' ἔγωγ' ἄρ' — Male vulgo ἐγὼ γάρ. *Brunck.*

135. ἄλλ', ἄλλ' — id est ἄλλο, ἄλλο — vividius quam ut vulgo ἀλλὰ ἄλλο. κἂν με χρῇ. Male vulgo χρή. Impersonalis huius verbi indicativus est χρῆ, optativus χρείη, subiunctivus χρῇ. Suidas supra laudatus ad v. 113. χρῆ ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ. χρῇ δὲ περισπωμένως, τὸ ὑποτακτικόν, σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. *Brunck.*

136. τί δαὶ σύ; Sic tres codd. [et Bentl. et Reisk.] quod, iis etiam nolentibus, reponi debuisset. Nam vulgatum δὲ in metrum peccat. κἀγὼ βούλομαι. Non ita credo scripsisse comicum. Rariori verbo Laconico substituerunt librarii glossam. Legebatur olim procul dubio: κἀγὼ δήλομαι διὰ τῶ πυρός. Verbum δήλεσθαι illustrat Valckenarius in Theocriteis [ad Adoniaz.] p. 258. ad Brasidae epistolam patria brevitate scriptam ad Ephoros: ἅσσ' ἂν δηλῶμαι πραξῶ ποττὸν πόλεμον, ἢ τεθναξοῦμαι. *Brunck.* Verba κἀγὼ βούλομαι

s) Suid. in ἑρπέτω explicat χαιρέτω· οὐδεμίαν φροντίδα τοῦ πολέμου ποιούμεθα. Respicit ad hunc locum. Vide Eqq. 670. *Bentl.*

διὰ τοῦ πυρός Myrrhinae tuibuit Wakefield. in Silva critica III. p. 49. Sic etiam Bentleius.

137. *ὦ παγκατάπυγον.* Vulgo divisum *πᾶν κατάπυγον.* Eadem est compositionis ratio quam in *παγκατάρατος* v. 588. *παμβδελυρὸς* et *πυμμυσαρὸς* 969. *παγγλυκερὸς* 970. *παμμίαρος* Ran. 466. *παμπόνηρος* 106. infinitisque huius generis aliis. Idem etiam Reiskio placuisse video. *Brunck.*

138. Locum hunc exponit Suidas v. *οὐκ ἐτῶς Kust. οὐκ ἔτος ἀφ' ἡμῶν.* [Sic Froben., Portus.] Muta accentum et lege *ἐτὸς*, quod est pro *ἐτώσιον*, ut dicat, non frustra contra nos loquuntur tragici, innuens Euripidem *μισογύναικα.* Legendum autem paulo ante *τί δαὶ*, non *τί δὲ*, ut metro consulas. *Fl. Chr.*

139. *πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.* Inter proverbia hanc sententiam Euripideam recenset Suidas, et valere vult in eos, qui rem tantum unam exercent, neque aliud quicquam cogitare aut meditari norunt. Hic vero nihil aliud intelligit per hanc metaphoram quam *τὸ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν.* Neptunus enim, qui se iunxit cum Tyro, procreavit Nelea et Peliam. Tamen ego arbitror per Neptunum designari naturam in femina humidissimam, per scapham autem veneream libidinem, quae, ut dixit Augusti filia, tollit vectorem, etiam quum navis est plena. *Fl. Chr.* Scholia: *εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει, ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφη.* In isto loco scripi *ἐκθεῖσαν* pro *ἐκθεῖνει·* mallem praeterea *σκάφην.* Sunt autem filii Tyronis sive Tyrus Neleus et Pelias, quos susceperat ex coitu Neptuni. Hinc Suidas in *οὐκ ἐτὸς* locum ita exponit: *οὐδὲν ἐσμὲν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν. nihil enim sumus, nisi tantum ad coeundum et pariendum aptae.* Sed haec Suidae verba vix possunt commode exprimi Latinis. Quare Kusterus in sua editione Suidae scribit malle se *ἴσμεν* legere, i. e. *scimus.* Sed forte non est necesse, nam et comicus ita loquitur in Avibus 19. *τὼ δ' οὐκ ἄρ' ἦστην οὐδὲν ἄλλο πλὴν δάκνειν.* Ceterum recte sensit scholiastes ad tragoediam hic respici: praecedit enim *ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι. Bergl.*

141. Vulgo profligato metro legitur:

μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι. Aug. *τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτι.* Regii, *τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι.* Genuinam ex indole linguae restituimus lectionem, *τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔι ἄν. Brunck.* [*πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ'* MS. Voss. ap. Bentl.] Scripsit Aristophanes, opinor: *τὸ πρᾶγμα σωσόμεσθ' ἔτι.*, quemadmodum Ecclesiaz. v. 209.,

ἢν οὖν ἐμοὶ πείθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι.

Reisig. I. p. 248.

142. *χαλεπὰ μὲν ναὶ τὼ σιώ.* Pro *χαλεπὸν μὲν νὴ τὼ θεώ. Bergl.*

145. *ὑπνῶν τ'*) etc. Pro *ὑπνοῦν ἄνευ ψωλῆς μόνας.* Ceterum in hanc sententiam Aeschylus in Agamemn. 870. *τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα ἦσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν. Bergl. γυναῖκας ἔσθ' ὑπνῶν.* Sic recte Dawesius. Perperam vulgo transpositis vocibus, *γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ'* — Vide ad Plutum 166. In indice Thesauri H. Stephani legitur: *ψωλὴ affertur pro mentula, sed ἀμαρτύρως.* En tibi testem idoneum. Vide infra 979. et Av. 560. *Brunck.* Vulgatam verborum collocationem *ὑπνῶν ἐστ'* — defendit Reisig. I. p. 102. In ore Lacaenae nihil offensionis habet haec productio.

144. *ν*). Vulgo absque ullo sensu sic legitur hic versus:

ὅμως γέ μ' ἂν δεῖ· τὰς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Nil discrepant codd. nisi quod omnes *μὰν* habent, quae quidem facilis erat emendatio, nec cuiquam in eo aqua haesit. Reliqua tentavit, sed infeliciter, Dawesius: non melius coniectura cessit Gisb. Koenio, quem vide ad Corinthum p. 110. [236.]. Elegantissimum est et procul dubio verum, quod excogitavit Io. Toupius ad Suid. II. 164. [I. 426.] quod nisi recepisse-

---

τ) Vid. Buttmanni gr. Gr. T. I. p. 506.

ν) *ὅμως γέ μ' ἂν δεῖ.* Lego *ὅμως γε μὰν* pro *μὴν*. Paulo post lege per interrogationem (*ὃ μὴ γένοιτο*) *μᾶλλον ἄν.* Male autem in Veneta editione habes *ὅμοι γένοιτο. Fl. Chr.* Lege — — *μὰν δεῖ.* Lacaena enim hic loquitur, quibus *μὰν* dicebatur pro *μήν. Kust.* Eadem monet *Bergl.*

mus, comico nostro fecissemus iniuriam. Id tantum me fugit γα e dialecti usu pro γε reponi debere. εὖ autem me invito aut imprudente excusum fuit pro αὖ, quae est codd. lectio et editionum omnium x). Integer versus sic scribendus:

ὅμως γα μὰν δεῖ· δεῖ γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Brunck. Scaliger γα μὰν δεῖ τᾶς: MS. γε μάν. *Bentl.* Tyrwhittus ad Toupium T. IV. p. 420. corrigit:

ὅμως γε μάν· δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

probante Elmsleio ad Acharn. p. 251. qui ὅμως γα μάν· scriptum citat.

τὰς γὰρ εἰράνας. Leg. τᾶς pro τῆς γὰρ εἰρήνης. et subaudiendum ἕνεκα et ἀπὸ κοινοῦ, δεῖ, ut sit: τῆς γὰρ εἰρήνης ἕνεκα μάλα αὖ δεῖ ξυμψηφίσασθαί σοι. Aut subaudiendum ἐρῶ, vel simile, ut sit: τῆς γὰρ εἰρήνης μάλ' αὖ ἐρῶ. *Bergl.*

146. Hic et infra saepius, ubi Myrrhinae partes tribuimus, quae vulgo sunt Calonicae, auctoritatem sequimur binorum Reg. codd. *Brunck.* MS. *MT.* εἰ δ' — δή σν [sic]. *Bentl.*

147. MS. τουτονί. *Bentl.*

149. γ) εἰ γὰρ καθοίμεθ' — Vulgo καθήμεθ' contra syntaxin, siquidem sequentia verba, ab eadem particula εἰ pendentia, sunt in optativo. Legitur quidem in puerilibus linguae institutionibus verbum κάθημαι optativo et subiunctivo carere. Sed ab his magistellis dissentit comicus noster. Vid. Ran. 910. et 1046. Quando in protasi verbum in imperfecto ponitur vel aoristo indicativo cum particula εἰ, alterum verbum in apodosi ponitur etiam in indicativo cum particula ἄν, et vice versa. Conc. 407.

ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον.

Ran. 1196. Philemon in Floril. Grotii p. 127.

εἰ μὴ τότ' ἐπόνουν, νῦν ἂν οὐκ εὐφραινόμην.

Confer quae notavi ad Euripidis Hippol. 705. Sic

---

x) εὖ *felicem lapsum typothetae* dicit Schaefer. ad Bosii Ellipses p. 224.

γ) ἔνδον ἐντετριμμέναι. Id est σμηχθεῖσαι, detersae et lotae, nisi mavis referre ad tritum ψιμυθίον. *Fl. Chr.*

etiam solutae orationis scriptores: Andocides contra Alcibiadem in fine: *καίτοι εἰ τῶν πρωτευόντων ἕκαστος τὰ αὐτὰ ἐποίησεν, ὀλίγους ἂν πολεμίους εἴχετε, καὶ πολλοὺς συμμάχους ἐκέκτησθε.* Itaque *καθήμεθ'* in imperfecto hic legi non potest, nisi soloece. *Brunck.* At *δέλτα* dici sine articulo vix poterat. Quare adducor, ut non solum *καθήμεθα* veram lectionem putem, sed etiam *πάριμεν*, et *τὸ δέλτα* scribendum censeam. *Hermannus* ad Vigerum p. 813.

150. Meminit huius loci Harpocration v. *ἀμοργός*. *Kust.* *κἀν*, id est *καὶ ἐν*. Male editio Burmanni *κἂν*, quod valet *καὶ ἄν*. *τοῖς ἀμοργίνοις*, e lino vel bysso, qui optimus in insula Amorgo, e Sporadibus una, proveniebat. Inde *ἀμοργὸς* pro quolibet bysso vel lino. *Brunck.*

χιτωνίοισι τοῖς ἀμοργίνοις. Ex his patet vestem amorginam fuisse pellucidam, ut vestes sericae, quando nudas se dicunt feminae, quae amorginis tunicis male coopertae sunt. *Palmer.* Vel a materia, vel a colore, vel a loco. Vide lexicographos Graecos. *Bergl.* Vid. Boeckh. Staatshaush. der Athener T. I. p. 115.

151. Vide Suidam v. *δέλτα*, ubi locus hic citatur. *Kust.* *δέλτα*. Quid sit *δέλτα*, neque ipsae nesciunt Vestales: nam *περίφρασις* est *τοῦ γυναικείου αἰδοίου*, cui barbam vellere solent et volsellis utuntur non solum ad compescendam superciliorum luxuriem. Verbum autem *στύειν* omnino venereum est et tentiginosum, quo multus utitur Aristophanes, sed saepe accidit, ut pro *ἑστυκὼς* legatur *ἑστηκὼς*, male, quamvis etiam sit stator libidinosus. Proverbiale dictum est *οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἑστυκὼς ἀνήρ.* Quam sententiam sapiens Hebraeus videtur innuisse quum scripsit: adulteros propter cordis inopiam perdere animam suam. Lege autem *ἀπεχοίμεθα*, non *ἀπεχόμεθα*. *Fl. Chr.*

παρατετιλμέναι. Supra v. 89. De isto autem *delta* scholiastes: *τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον· τοιοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα.* *Bergl.*

152. z) Citatur hic versus a Suida v. *πλεκοῦν*. Ce-

---

z) *στύοιέν τ' ἂν ἄνδρες.* *Reisk.*

terum pro *πλεκοῦν* etiam dicebatur *σπλεκοῦν*, ut notat Suidas dicto loco. Vide etiam Plut. 1085. *διεσπλεκωμένη. Kust.*

στύοιντ' ἂν ἄνδρες. Dubium non est, quin hic scripsisset Dawesius *ἄνδρες*, pro *οἱ ἄνδρες*, quod nos *ὦνδρες* scribimus. Sed quanam vi articulum intrusisset in praecedentem versum, ubi nomini *δέλτα* non minus necessario adiungi deberet, si comicis non licuisset substantivum sine articulo efferre? *στύειν* et *στύεσθαι* verba sunt comico nostro valde frequentata: Latinis *arrigere;* ut in isto Martialis disticho:

Mentula tam magna est, tantus tibi, Papile, nasus,
ut possis, quoties arrigis, olfacere.

In nominibus quibusdam propriis, quorum significatio cum hoc verbo nihil habet commune, iocum quaesiverunt faceti nebulones, *Ἀστυάνακτα* vel *Ἀστυάγην* appellantes eum cui stare mentula desiit. Strato Epigr. X.

ἀλλ' ἐμὲ μηκέτ' ἔχοιτε φίλοι φίλον, ἀλλ' ἀπὸ πύργου
βάλλετ', ἐπεὶ λίην Ἀστυάναξ γέγονα.

Fronto in Epigr. quod infra explicabo:

καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην.

Brunck. στύοιντ' ἂν ἄνδρες. Hic rursus nugas egisse me video. Omnino scribendum *στύοιντ' ἂν ὦνδρες.* Hanc aliasque similes crases negligere solemnis est librariorum mos. Ubi *ὦγὼν* ponendum erat, vel *ὡὐτὸς*, vel *ὦνὴρ*, illi *ἀγὼν*, *αὐτὸς*, *ἀνὴρ* frequentant. Peccato in ultima voce vereor ne saepius, quam oportuerat, pepercerim: quod, vineta ipse mea caedens, ingenue profitebor. *οἱ α* in *ῳ* coalescunt. Strattis apud Athenaeum p. 323. B.

τίς δ' ἐστὶν ἡ σφύραινα; φησὶν ἄτερος,
κέστραν μὲν ὔμμες ὦττικοὶ κικλήσκετε.

Quod autem apud comicum exempla occurrant oppido pauca omissi in similibus articuli, id metri necessitate semper contigisse deprehendas, ut in super. v. *δέλτα παρατετιλμέναι.* Regulariter enim scribere debuit *τὸ δέλτα*, ut supra *τὴν βληχώ*, et Thesm. 538. 540. Conc. 724. *τὸν χοῖρον.* Eadem necessitate Conc. 624. *ῥύπημα* sine articulo legitur. *Brunck.* in Supplem. Legendum hic, 157, et ubicunque non de singulis, sed de universo populo, agitur, *ἄνδρες* vel *ὦνδρες*, i.

e. *οἱ ἄνδρες.* Sic 168.: *καὶ τὼς μὲν ἁμῶν ἄιδρας ἄμες πείσομες. Hotib.*

πλεκοῦν. Editio Farrei *σπεκλοῦν.* ut in Pluto 1085. ubi *διεσπεκλωμένη. Bergl.* Scal. *σπεκλοῦν.* Hesych. *σπλεκοῦν.* Suid. *πλεκοῦν καὶ τὸ αὐτὸ πεκλοῦν καὶ σπεκλοῦν. Bentl.*

155. *ὅ γ' ὢν* etc. Pro *ὅ γ' οὖν Μενέλαος τῆς Ἑλένης τὰ μῆλά πως* (aut *που*) *γυμνῆς. οἴω* autem pro *οἶμαι*, et *παρέλκει.* Papillas autem vocat *μᾶλα*, ut in Acharn. 1298. *κυδώνια.* Quod ad historiam attinet, vide not. seq. *Bergl. ὁ γῶν.* Sic Aug. Vulgo divisim *ὅ γ' ὢν α*). — *τὰ μᾶλά πα.* Sic duo Regii. In Aug. ut in Iuntina et aliis veteribus *πο.* Doricum est *πα*, quod e Theocrito satis notum. *Brunck.* Frob. *πο:* Gry. *που* et Suid. in *μῆλα.* MS. *πᾶ. Bentl.*

156. *παρεϊδών.* Sic Aug. et B. cum veteribus editionibus: recentiorum *παρενιδὼν* est in A. Respicit ad Euripidis Andromacham, ubi Peleus v. 628. sic Menelao exprobrat:

οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών·
ἀλλ' ὡς ἐρείδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος,
φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,
ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ.

Brunck. Frob. *παρεϋιδὼν:* al. *παρενιδὼν* ut Suid. Gry. *παρεϊδών. Bentl.*

ἐξέβαλ', οἴω, τὸ ξίφος. Etiam ut supra *οἴω* per parenthesin lego pro *οἶμαι.* Apud Andromacham Euripidis sic Peleus Menelaum propter hanc ignaviam increpat, *ἀλλ' — ἐδέξω*, neque dubito quin eo respexerit Aristophanes. *Fl. Chr.* Scholiastes in Vespas 712. ad *τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν* scribit: *ὥςπερ ὁ Μενέλαος. τοῦτον γὰρ φασὶν ὁρμήσαντα ἐπὶ τὴν Ἑλένην ἀποβαλεῖν τὸ ξίφος. ἡ δὲ ἱστορία παρ' Ἰβύκῳ καὶ Εὐριπίδῃ.* Hic in Lysistrata scholiastes citat etiam locum Euripidis, qui habetur in Andromacha v. 629. ubi Peleus Menelaum obiurgans dicit: *οὐκ — ἐδέξω.* Locum hunc et Florens citavit. *Bergl.*

α) Vid. Schaefer. ad Dionys. de composit. verb. p. 271. Lobeck. ad Phrynich. p. 555.

157. MS. Vat. P. abhinc usque ad v. 162. pro *Κα*· (i. e. *Καλονίκη*) semper ponit personam *Μυ*· (i. e. *Μυρρίνη*). Ad sensum tamen nihil refert, utri personae ista tribuantur. Ceterum ut versus hic sit *ἀρτίπους*, pro *ἀφιῶσ'* legendum est *ἀφιῶσιν*. *Kust.* *τί δ', ἢν ἀφίωσ' ἄνδρες ἡμᾶς, ὦ μέλε;* Sic libri omnes scripti et ante Kusterum impressi. At ille: *Ut versus hic sit ἀρτίπους, pro ἀφίωσ' legendum est ἀφίωσιν.* Quod non monuisse contentus, prava emendatione bonum versum corrupit. Ignorabat, ut qui prosodiae non tam peritus esset, quam poetae editorem oportebat, verbum *ἵημι* cum suis compositis omnibus primam producere. Vide Nub. 397. 1214. 1426. 1494. Eq. 450. 456. 522. 756. Centena e comico nostro proferri possent exempla, ne tragicos memorem. Cratinus apud Stobaeum p. 425. Floril. Grotii:

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά.

Sic legendus iste senarius: male vulgo *ἀνοίγει*. *Brunck.*

158. *Φερεκράτους, κύνα δέρειν.* Schema aiunt libidinosum, *εἰς τὸ αἰδοῖον*, et dictum proverbium in eos, qui praeter mala quibus infestantur, novorum accessione torquentur. Est sane teste Hesychio etiam *κύων* pars illa, qua viri sumus. Puto autem per haec Lysistratam innuere *ὀλίσβους*, de quibus antea dictum, et ficta illa veretra vel tribadum nequitias: ait enim postea *ταῦτα τὰ μεμιμημένα*. *Fl. Chr.* Scholia: *ἐὰν ἡμᾶς παρίδωσιν οἱ ἄνδρες, τότε πάλιν ἔξεσται ὀλίσβοις χρήσασθαι, καὶ ἀποδέρειν τὰ ἀποδεδαρμένα σκύτη. Φερεκράτης δὲ ἐν δράματι εἶπε τοῦτο· ἔνθεν τάσσεται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλα πασχόντων ἐφ' οἷς πεπόνθασι.* Vide Erasmi adagia. Ceterum in his scholiis *ἄλλα* scripsi pro vulgato *ἄλλως*. *Bergl.*

κύνα δέρειν δεδαρμένην. Quod eo sensu dixerat Pherecrates, quo postea *ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων* in proverbium abiit, id aliorsum trahit faceta mulier. Penem coriaceum intelligit, cuius mentio supra v. 109. quique inter instrumenta muliebris mundi recensetur in Thesmophor. II. *Brunck.*

159. Calonicae: 160. Myrrhinae tribuit *Bentl.*

160. *ἐὰν δὲ λαβόντες ἐς —.* Sic concinne duo Re-

gii. Vulgo ἐὰν λαβόντες δ' ἐς —. *Brunck.* Vulgata scriptura in libro Ravennate esse videtur, praefertque eam Elmsleius ad Acharn. p. 61.

161. ἀντέχου. ἀντέχομαι, *retineo*, quasi contra teneo, adhaereo. ἀντέχου τῶν θυρῶν, hoc est, ita adhaere foribus, ut ab eis te avelli non sinas. *Fl. Chr.* Vide Meibom. in praefat. *b*) ad scriptores musicos, ubi locum hunc explicat. *Kuster.*

162. *c*) τύπτωσι. Sic duo Regii [et Bentl.]. Vulgo τύπτωσιν. παρέχειν verbum est palaestrae Veneriae. Vide Stratonis Epigr. XLII. Sic Latinis *praebere*. Ovidius de A. A. II. 685.

Odi quae praebet, quia sit praebere necesse,
siccaque de lana cogitat ipsa sua.

Brunck.

παρέχειν χρὴ κακῶς. Mirum est, interpretes non vidisse, versui huic aliquid deesse, qui ut sit integer et numeris omnibus absolutus, legi debet, ut recte legitur in MS. Voss. et Vatic. Pal.,

— — — παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς.

Kuster. παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς. Quum ante abesset κακὰ, ex Mss. Voss. et Vatic. Palat. ita reposuit Kusterus, nec tamen istam lectionem aut similibus scriptorum locis declarare cogitavit, aut, si cogitasset, operam non fuisset lusurus. Nam sive κακὰ rem illam accipias, de qua nunc sermo est, dulcis Veneris fructus, ut ille ait, dici non debuit κακὸν, sive adiectivum intelligas tanquam pro adverbio positum, offendet additum ipsum κακῶς. Legendum: παρέχειν χρὴ κακὰ (i. e. κακῶς) κακοῖς· κακοῖς, ἀνδράσι κακοῖς, ἐὰν τύπτωσιν ἡμᾶς. Sic componi haud ineleganter solent eiusdem originis adiectiva et adverbia. Euripides Med. 1386. κατθανεῖ κακὸς κακῶς. Tr. 446. κακὸς κακῶς ταφήσει, et ibid. 1055. κακῶς κακὴ θανεῖται. vide etiam ad 256, item Acharn. 253, Concion. 761, et ibi Brunc-

---

b) P. 6. a fine. Meibomii verba haec sunt: ἀντέχου σὺ τῶν θυρῶν verto, *tu sta pro foribus*. Minus bene interpres, *ad fores obnitere*.

c) κακάς. *Reisk.*

kium. *Hotib.* Wakefieldus in Silva critica II. p. 52. corrigit παρέχειν κακοῖς κακῶς. Ahlwardtus in diariis Ienensibus a. 1810. fol. 124. p. 590. παρέχειν χρεὼν κακῶς. Conf. v. 227.

165. Citat Suid. in ἀπεροῦσιν. *Bentl.* ἀπεροῦσιν. Id est ἀπαγορεύσουσι et παύσονται τοῦ πολέμου. Paulo post εἴ τοι δοκεῖ ταῦτα σφῷν, dele prius ταῦτα [quod habet ed. Iuntina], ut recte deest in Veneta editione. *Fl. Chr.*

οὐδέποτε γὰρ εὐφρανθήσεται corrigendum censet Elmsleius ad Acharn. p. 61.

166. ξυμφέρῃ. Sic duo Regii. Ovidius ibidem:

Quod iuvet, ex aequo femina virque ferant:

odi concubitus, qui non utrumque resolvunt. *Brunck.*

167. Versui huic in MS. Vatic. Pal. rectius praefigitur persona Λα. i. e. Λαμπιτώ: quippe cui, ut Lacaenae, versus hic et quatuor sequentes optime conveniunt. Ceterum ne quid in versu hoc redundet, post δοκεῖ delendum est ταῦτα [vid. ad v. 165.]. *Kust.* In tribus codicibus hic versus eidem personae tributus ac sequentes: praefixum est ei in duobus Regiis nomen Λαμπ. Hanc distinctionem primo admiseram, scribendo χ' ἁμῖν συνδοκεῖ. Sed vulgatum postea praetuli, quia necesse videtur, ut una etiam ex Atticis mulieribus Lysistratae consilium approbet. *Brunck.*

εἴ τοι δοκεῖ σφῷν etc. In Avibus 1629. εἴ τινι δοκεῖ σφῷν ταῦτα κἀμοὶ συνδοκεῖ. Quem locum citavit et Bisetus. *Bergl.* Interpunge post σφῷν: ταῦτα ad alterum membrum refer. *Reisig.* I. p. 153. Sic codex Ravennas.

168. καὶ τὼς etc. Pro καὶ τοὺς μὲν ἡμῶν ἄνδρας ἡμεῖς πείσομεν. *Bergl.* Recte ed. Iuntina ἁμῶν. Vide infra ad 1500. ἁμὲς πείσ. MS. Voss. apud Bentl.

169. πάντας. Editio Farrei πάντα per α longum pro πάντᾳ i. e. πάντῃ, ut et Florens legerat, ut patet ex eius versione, ubi reddit per *ubique*, ut et ego verti. Occurrit et infra v. 180. *Bergl.* παντᾶ δικαίως. Vulgo πάντας relatum ad ἄνδρας, satis inficete. Aug.

et B. *πάντα*. A. *πάντως* e glossemate. E dialecti usu scribendum *παντᾶ*, quod apud Theocritum saepius occurrit. *Brunck.*

170. *τὸν τῶν Ἀσαναίων γα μάν*. Pro *τὸν τῶν Ἀθηναίων γε μὴν*. *Bergl.* MS. *γε μάν*. *Bentl.*

ῥυγχάχετον. Lege *ῥυγάχετον*, vel potius *ῥυάχετον* cum Hesychio et Veneta editione, i. e. *θόρυβον* et *συρφετὸν*, quasi *ῥέοντα ὀχετόν*. *Fl. Chr.* Vide nos ad Suidam v. *ῥυγάχετον*. *Kust.* Scribitur diversimode haec vox. Editio Farrei *ῥυάχετον*, ut etiam Hesychius: at Suidas *ῥυχάχετον*. Scholiastes autem ad praesentem locum notat variantem lectionem *ῥυάγχετον*, et exponit, ut alii, per *θόρυβον* et *συρφετόν*. Itaque *ὁ Ἀσαναίων ῥυάχετος* est *ὁ Ἀθηναίων συρφετός*. Sic autem vocat plebem Atheniensem in Vespis 664. *Bergl. ῥυάχετον*. Regii [et Suidas] *ῥυχάχετον*. Aug. ut vulgo *ῥυγχάχετον*. Scripturam Hesychio probatam recepi. *ῥυάχετον, θόρυβον, ἢ τὸν ῥέοντα ὀχετόν*: quam ad glossam vide interpretes. *Brunck.*

171. *πλαδδικῶ*. Lego *πλαδδιεῖν*, quod est *πλησιάζειν*. Sunt tamen qui *πολεμεῖν* aut *παραφρονεῖν* intelligant, et Hesychius exponit *ματαΐζειν* et *σοβαρεύεσθαι*. Qui, inquit, aliter possumus facere ne Athenienses nos rursum turbatum veniant. *Fl. Chr.* Suidas v. *ῥυχάχετον* habet *πλαδδιεῖν*, quod praeferendum est. *Kust.* Editio Farrei *πλαδδιῶ*. Sed legendum omnino videtur *πλαδδιεῖν*, ut est apud Suidam in *ῥυχάχετον*, quem locum indicavit Kusterus. Florens etiam viderat ita legendum esse. Exponunt autem per *παραφρονεῖν* scholiastes et Suidas. Occurrit et infra v. 991. *πᾷ* vero pro *πῇ* i. e. *πῶς*. *Bergl.* Gry. *πλαδδιεῖν*: sed vid. 989. *Bentl. πᾶ καί τις ἂν πείσειεν αὖ μὴ πλαδδιῆν*; Sic duo Regii: nisi quod in altero *πλαδδιῆν*, subscripto *ι*, quod in Doricis melius omittitur. Suidas in *ῥυχάχετον* [et *πλαδδιεῖν*] habet *πλαδδιεῖν*, unde genuinam lectionem, Dorica restituta forma, indicavit et illustravit Gisb. Koen, cuius erudita nota ad Corinthum p. 104. [229.] omnino legenda. Vulgo corruptissime *μὴ πλαδδικῶ d)*. *πλαδδιῆν* significat *nugari*,

---

d) *πλαδδικῶ* illud inde natum, quod verum *πλαδδιῆν*, com-

delicias facere. Infra 990. in imperativo *μηδ' αὖ πλαδίη. Brunck.*

173. *e) οὐχ ἃς σπουδάς.* Non est quin putem haec verba aut mendosa esse, aut non suo loco posita, et fortassis *σπονδὰς* pro *σπουδὰς* legendum est. *Fl. Chr.* Editio Genevensis habet *οὐ λισπόπυγας*, ex emendatione Biseti. At veteres editiones omnes itemque MSS. praeferunt *οὐχ ἃς σπουδάς:* quae lectio licet manifesto corrupta sit, revocare tamen eam maluimus, quam coniecturam Biseti, licet ea mihi non videatur aspernanda, in textu, ut vocant, retinere, ne lectori acuto facultas de hoc loco iudicandi adimeretur. *Kust.* *οὐχ ἃς σπουδᾶς.* Ita legerat scholiastes h. l. Editio Farrei *οὐχ ὡς σπουδὰς*, unde bona, ni fallor, lectio concinnatur *οὐχ ὡς σποδᾶς.* Exponit autem scholiastes *σποδᾶς ἀντὶ τοῦ σπουδῆς.* Itaque *οὐχ ὡς σποδᾶς ἔχοντι ταὶ τριήρεες* erit: *οὐχ ὡς σπουδῆς (τι) ἔχωσιν αἱ τριήρεις. non, ut studii et accelerationis (quicquam) habeant triremes.* Quodsi *σποδὰς* legatur in accusativo, magis perspicua est oratio, et tunc non est *τι* subaudiendum. In aliis edd. est *οὐχ ἃς σπουδάς.* Ceterum quod hic Lampito vult fieri, nempe ut mulieres impediant ne viri classem instruere possint, id infra 425. factum queritur Probulus: *ὅτε γ' ὢν ἐγω πρόβουλος ἐκπορίσας ὅπως κωπῆς ἔσονται, ταὐργυρίου νυνὶ δέον, ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλεισμαι τῶν πυλῶν. Bergl.* Scal. *σπονδάς.* Al. *οὐ λισπόπυγας.* MS. Voss. *ἃς σποδᾶς.* lege *αἱ* et *ἔχωντι. Bentl.*

οὐχ ἃς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες. (*καὶ* me imprudente et invito irrepsit oscitantia typothetae, cui error eo minus condonandus est, quod plagula haec iterum excusa fuit.) *ἃς* Doricum est pro *ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ.* Vide Hesychium. Sic sine accentu scriptum

---

pendiose scriptum, perperam legeretur. Scilicet *η* habuerunt pro *κ*, (quod ob harum litterarum in antiqua scriptura similitudinem facillime fieri potuit,) lineolamque finalem, quae significat *ν*, confuderunt cum hoc signo (~), quae nota est tachygraphica litterae *ω*. *Bast.* ad Gregor. p. 229.

e) οὐκ ἀσπίδας. Reisk.

est in Aug. et in B. in hoc σποδᾶς γ' ἔχοντι: in Aug. οὐχ' ἃς σπουδὰς ἔχοντι. A. οὐχ ὡς σπουδὰς ἔχοντι. Viris doctissimis Koenio et Valckenario placuit etiam subiunctivus ἔχωντι, ideo reponendus, quia sequitur ᾖ in altero versu, ab eadem particula ἃς pendens. In ceteris interpretationem secutus sum Io. Toupii Cur. Nov. in Suidam p. 2. [T. III. p. 12.] ubi e Sophoclis Oedipo Tyr. 509. ostendit verbum ἔχειν bene cum genitivo σποδᾶς, Dorico pro σπουδῆς, construi.

καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.

Huic exemplo duo alia addo ex eodem dramate. v. 345.

καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν, ὡς ὀργῆς ἔχω.

et v. 1477. iuxta vulgatam lectionem, bonam illam quidem, sed veteribus libris non comprobatam, ut olim declarabo:

γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἧς εἶχες πάλαι.

Haec ad confirmandam nostram lectionem sufficiunt. Verumtamen debita laude non fraudanda est elegans Valckenarii coniectura in Euripidea diatribe p. 255. proposita, comici nostri ingenio quam maxime digna, quam si quis recipi debuisse contendat, ei non valde refragabor:

οὐχ ἃς *f*) πόδας γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες.

Brunck. Brunckius vertit: *Nequicquam, quamdiu in triremes conferentur studia* —. Koenius ad Gregorium p. 189. scribit: οὐχ, ἃς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεις, — *non persuadebis, quamdiu saltem triremes instruantur* —.

174. καὶ ταὐργύριον τῶβυσσον. Ex antiquis grammaticis, qui apud Suidam, hunc ex his verbis sensum elicio: quamdiu argenti copia abstrusa erit in templo deae, nunquam de pace cogitabunt. Nam in acropoli deposita erant millia talentum. Mox ait abyssum locum esse sacrum Proserpinae, ubi magna auri copia ex omni tempore asservetur. χρυσὸς, inquit, ἄβυσσος,

f) Apud Valckenarium non οὐχ ἃς, sed οὐχ ἇς scriptum est. „Conf. Toupii Addenda in Theocrit. p. 406. et Cur. Poster. in Theocrit. p. 2. et 26. Brunckius in Aristophan. Lysistr. v. 173. ex aliquot Codd. ἃς sine accentu dedit: quod non imiter." *Schaeferus* ad Gregorium Cor. p. 180.

i. e. ἀόρατος et ἄθικτος, quia in terra alte defossum. *Fl. Chr.* Vide Suidam v. ἄβυσσος et Meurs. Cecrop. c. 26. Confer etiam comicum nostrum supra in Plut. 1194. *Kust.* Pro καὶ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον. Similiter autem apud Aeschylum in Septemthebana 967. πλοῦτος ἄβυσσος, *divitiae immensae*, ubi scholia utraque: πολύ. Est autem metaphora a locis profundis. Proprie usurpavit Euripides in Phoeniss. 1599. Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χασματα. *nam debuisset Tartari in profundissimos hiatus pervenisse Cithaeron.* i. e. utinam eo descendisset. Scholia ibi: τὰ ἄβυσσα, τὰ βαθύτατα. *Bergl.*

ἢ παρὰ τᾷ σιῷ *g*). Pro ἢ παρὰ τῇ θεῷ. Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ, ὡς, ut sit, καὶ οἷς τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον ἢ παρὰ τῇ θεῷ. ut maneat intactum illud immensum argentum in arce Minervae, nec ad usus bellicos adhibeatur. Erat autem gazophylacium in ὀπισθοδόμῳ templi Minervae. Comicus in Pluto 1194. ἱδρυσόμεσθα — τὸν Πλοῦτον οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ. *Bergl.*

176. καταληψόμεθα. [Sic Reiskius.] Hanc formam metrum omnino flagitat, vulgatamque respuit καταληψόμεσθα. *Brunck.*

178. *h*) συντιθώμεθα. Sic tres codd. editionesque recentiores. Errore, ut puto, typothetae, in Iuntina excusum σκυτιθώμεθα, quod retinuerunt Cratander et Frobenius. Sed Veneti huic corruptelae mederi cupientes inepte reposuerunt σκυ-

---

g) MS. τᾷ σίῳ. *Bentl.* πὰρ τᾷ Σιῷ Koen. ad Greg. p. 189.

h) σκυτιθώμεθα. In Veneta editione melius σκυτιζώμεθα, quod tamen quid hic sibi velit nescio; nam grammatici σκυθίζειν exponunt σπαράττειν. Fortassis autem hic versus transferendus ante illum καὶ τἀργύριον. Quid si vero legamus σκύτη θώμεθα, duabus vocibus, ut sit, donec has pelles deponamus, vel potius scuta induamus, quia sequitur ἀσπίδα. Nisi σκυτιζώμεθα sit apparere, metaphora sumta a Scythis liturgis et servis apparitoribusque publicis, ut postea ἡ Σκύθαινα est ὑπηρέτις. *Fl. Chr.* Editio Farrei σκυτιζώμεθα, quod per metaphoram a sutoribus sumtam dicetur. *Bergl.*

τιζώμεθα. Notatu vix dignum hoc ideo observo, ut intelligant praeclari illi doctores, qui nihil in veteris scriptoris textu mutari sustinent, quanti pretii sint, et quali plerumque nitantur auctoritate vulgatae lectiones absurdissimae, quas ipsi absurdioribus argumentis defendunt. Vide notam infra 702. *Brunck.*

179. δοκούσαις. Sic MS. Vat. P. et Voss. At priores edd. δοκούσας, quarum lectionum utram sequaris, parum vel nihil refert. *Kuster.* δοκούσαις editio Farrei et, ut Kusterus ait, MS. Vat. nec non MS. Vossii. Aliae editiones δοκούσας, perperam: pendet enim a ταῖς πρεσβυτάταις. Occupabunt autem arcem propterea mulieres, ut aerarium custodiant, ne viri bellum instruant deprompta inde pecunia. Vide infra v. 492. *Bergl.*

δοκούσαις. Sic tres codd. Iuntina, prior Basileensis, duae Venetae, Parisina Wecheli. Parum accurate Kusterus ait in prioribus editionibus legi δοκούσας. Id quidem reperio in Frobeniana: ceterae nullius sunt momenti. Sed verum est quod addit, parum vel nihil interesse utro modo legatur. Vide quae notavimus ad Euripidis Medeam 56. Attamen, licet ad sensum nihil intersit, ea procul dubio praeferenda est lectio, quam tuentur libri scripti omnes et impressi antiquissimi. *Brunck.*

180. *i*) πάντα κ' ἔχοι, καὶ τᾶδε — Pro πάντῃ ἂν ἔχοι, καὶ τῇδε γὰρ —. Lego enim cum Biseto non τᾶδε, sed τᾶδε sive τᾷδε. Alias metrum non constat. *Bergl.*

παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾷδε — id est πάντως ἂν ἔχοι — Male vulgo contra metri praescriptum τάδε. Unus e Regiis πάντα γ' ἔχει — peius alter πάντ' ἔχει. Iam supra observavi Doricum hoc adverbium accentu circumflexo notandum esse, quo tollitur lectoris haesitatio. Perspicue in A. τᾶδε. *Brunck.* MS. γ' ἔχοι. lege πάντᾶ — καὶ τᾷδε. vid. 1012. *Bentl.*

---

i) πάντα — τάδε. Pro πάντῃ dicit πάντα Dorice et τᾶδε pro τῇδε, id est ὧδε. Paulo post lego distincte ἂν ἀφόβητως. *Fl. Chr.*

In Lysistratae versu 180.,

παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾶδε γὰρ λέγεις καλῶς.,

Brunckius, quae ipse non intelligeret verba, eorum suo arbitratu versionem finxit, *omnino fieri potest.* In suspicionem vocavit illa Gisb. Koenus *k*) ad Gregorium Corinthium, atque emendare conatus est: Schaeferus autem ad istum locum p. 214. si *παντᾶ* in *πάντ' εὖ* mutes, *nihil praeterea* videri *requirendum* ait. Atqui non est opus tanta mutatione: ego nihil nisi interpunctionem corrigo:

παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾶδε γὰρ λέγεις, καλῶς.:

omnino bene se res habebit, nam isto modo, id est, *bene, se habent ea quoque, quae abs te dicta sunt.* Afferri huc possunt ex v. 169. *παντᾶ δικαίως* et v. 1013. *κράτιστα γὰρ παντᾶ λέγεις.* Significandi enim speciem, quae est in *τᾶδε*, eandem videre licet in Euripidis Hecuba, v. 431., *χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε. Reisig.* in Syntagm. crit. p. 8. 9.

181. MS. *τάχιστ' ὦ — Bentl.*

182. *ἀναῤῥήκτως.* Lege divisim *ἂν ἀῤῥήκτως*, ut recte Fl. Chr. monuit. *Kust.* Lege *ἂν ἀῤῥήκτως* ut et alii viderunt. *Bergl.* *ἀῤῥήκτως.* Aug. *ἀῤῥήτως.* Haud infrequens in harum vocum permutatione librariorum lapsus, nobis observatus ad Apollonium I. 917. In sup. v. solius euphoniae causa praetulerim lectionem codicis B. *ὡς τάχιστ', ὦ Λαμπιτοῖ. Brunck.*

183. *πάρφαινε μάν.* Pro *παράφαινε μήν.* Hoc autem erit pro *καὶ μὴν παράφαινε. Bergl.*

ὡς ὁμιώμεθα. Dorica forma in tribus codicibus servata. Vulgo *ὁμοίωμεθα. Brunck.* MS. et schol. *ὁμιώμεθα. Bentl.*

---

k) Koenii verba haec sunt: Aristophanis versus in Lysistrata 180. non potest non gravi vitio laborare. Ibi, cum futurum dixisisset Lysistrata, ut arx a mulieribus occuparetur, Lampito respondet: *πάντα κ' ἔχοι, καὶ τάδε γ' ἀρ λέγεις καλῶς. παντᾶ* et *τᾶδε* corrigendum esse, alii perspexerunt: particulam *γὰρ* nemo suspectam habuit. Sed si iungantur *λέγεις καλῶς*, verbum *ἔχοι* omni fulcro destitutum erit, quod accedet scribendo; *παντᾶ κ' ἔχοι κα τᾶδε, τᾶ λέγεις, καλῶς, profecto ista via, qua tu dicis, bene habebit res.*

184. Servi publici Athenis, magistratuum apparitores, τοξόται, quorum frequens in his fabulis mentio, peregrini erant et barbari, plerique e Scythia, ideo peculiari nomine *Σκύθαι* etiam vocati, ut infra videbitur. Facete nunc Lysistrata famulam compellat, tanquam publicam muliebris concilii ministram, *Σκύθαιναν*. Noli enim hoc cum Kustero pro nomine proprio accipere. Sic in Conc. habemus *κηρύκαιναν*. *Brunck.*

185. *ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα.* Thucydides l. VII. non longe a fine: *καὶ τὸ ἀργύριον, ὃ εἶχεν, ἅπαν κατέθεσαν ἐσβαλόντες ἐς ἀσπίδας ὑπτίας. Bergl.*

186. *τομία.* Sacrae sunt victimae, ad quarum mactationem iusiurandum fieri solebat. Sic usus est Dionysius Halicarnasseus lib. VII. Historiarum. *Fl. Chr.*

MS. *ΜΥ. Λυσιστράτη. Bentl.* In editt. ante Brunckium haec Calonicae tribuuntur.

188. *ὥςπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ l).* MSS. Vatic. P. et Voss. *ὥςπερ φασὶν Αἰσχύλος:* recte, dummodo pro *φασὶν* legas *φησίν. Kust.* Frob. *φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ:* lege *φασιν ἑπτ' ἐν Αἰσχύλῳ* vel *οἱ 'πτ'* vel *οὑπτ':* i. e. *οἱ ἑπτά.* MS. *φάσιν Αἰσχύλος. Bentl. εἰς ἀσπίδ'.* Sic apud Xenophontem *m)* p. 164. Illud autem *ἐν Αἰσχύλῳ* est metonymia, ut in Nub. 1375. *ἐξ Εὐριπίδου.* Kusterus edidit *φησὶν Αἰσχύλος. Bergl.*

ὥςπερ, φασὶν, Αἰσχύλος ποτέ. Id est, *ὥςπερ ποτὲ ἐποίησεν Αἰσχύλος, ὥς φασιν.* Hanc lectionem, distinctione tantum iuvandam, in duobus codicibus reperit, et, si quid recte iudico, corrupit Kusterus. Eam exhibet etiam B. Veterum editionum lectionem *ὥςπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτὲ* habet Aug. Est quidem in A. quod ille volebat *φησίν:* sed e librarii emendatione putantis hoc verbum a sequenti nomine *Αἰσχύλος* pen-

---

l) Locus est in Septemthebana tragoedia: *ταυροσφαγοῦντες κ. τ. λ.* id est, ut olim vertebamus, *clypeo super nigrante mactantes bovem. Fl. Chr.*

m) Vid. Schneider. ad Anabas. p. 96.

dere. Multo melius in ore mulieris, Aeschylum dubitanter et ex aliorum sermone citantis, *φασὶν*, per parenthesin insertum. Respicit autem ad Septem ad Thebas 42.

ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
ὤρκωμότησαν —

Brunck.

189. *μηλοσφαγούσας.* Sic recte MSS. Vat. P. et Voss. At priores editiones male *μηλοσφαγούσαις.* Locum autem Aeschyli, ad quem respexit Aristophanes, iam indicavit Fl. Chr. in notis ad hunc locum, itemque Langbaenius ad Longinum XV. 11. *Kust.* Frob. *μηλοσφαγούσαις.* MS. et Gry. *—σας. Bentl. μηλοσφαγούσας.* Sic duo Regii. In Aug. et in Iuntina *μηλοσφαγούσαις. Brunck.*

191. 193. MS. bis *MT.* pro *KA.* [ut in edd. ante Brunckium est]. *Bentl. λευκὸν — ἵππον.* Scholia: Alludit ad veretrum, dicitque primo album, quia veretrum dicitur *φάλης*, et *φάλιον* significat album: deinde equum dicit, quia equus *κέλης* est, nempe solitarius. Haec acute scholiastes et non inepte, si quis cogitet, quomodo soleat comicus in verbis ludere. Sed praeterea sciendum, vocem *κέλης* et *κελητίζειν* esse in obscenis etiam et eo alludi. Vide in Vespis 498. *Bergl.*

192. *τόμιον. τόμια* dicuntur prosecta victimae, ad quae iurabant. Demosthenes in Aristocratem [p. 642.] *εἶτ' οὐδὲ κατὰ τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. Bergl.*

τόμιον ἐντεμοίμεθα. Sic bene Regii. *ἔντομα*, sicut et *τόμια* seu *τομία* (priori modo in codd. positus accentus) sunt *τὰ ἱερὰ ἃ σφάζοντες ὀμνύουσιν:* unde *ἔντομοι, ἔνορκοι.* Vide Hesychium in his vocibus. Perperam vulgo *ἐκτεμοίμεθα. ἐντέμνεσθαι* verbum est ad sacra pertinens, et hic valet *sacrificare.* Diversa significatio alterius compositi, quae huius loci non est. *λευκὸν ἵππον* opponit Aeschyli *tauro.* Sed nolit faceta

mulier hoc de quadrupede intelligi: mentulam innuit, quam mox abiuratura est. Vide scholiastem. *Brunck.*

ἐκτεμοίμεθα. De castratione praeter exspectationem pro *τεμοίμεθα.* Dicitur autem *τόμια τέμνειν* apud Aeschinem de Falsa legatione [p. 59.]. *Bergl.*

194. *ἦν βούλῃ.* Sic bene Regii. Solocce vulgo *ἢν βούλει.* Terminatio illa Attica 2. pers. formae passivae locum habet tantum in indicativo. *Brunck.*

195. *μέλαιναν.* Allusio ad *μελάνδετον σάκος* in Aeschyli loco supra adducto v. 188. *Bergl. θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑπτίαν.* Parodia est Aeschylei versus. *μέλαιναν μεγάλην κύλικα* pro *μελάνδετον σάκος:* et *ὑπτίαν,* quia sic clypei humi ponebantur: supra 185. *θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα:* et Acharn. 585. *παράθες νῦν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί. Brunck.*

ὑπτίαν. Quia dixerat *ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα* supra v. 185. *Bergl.*

196. *Θάσιον οἶνου σταμνίον.* Vid. Albertium ad Hesychium T. II. c. 1257.

197. *ὀμόσωμεν.* Sic recte emendavit Dawesius Miscellan. Crit. p. 557. mendose vulgo *ὀμόσομεν.* Quod reposuimus, perspicue scriptum reperimus in Aug. *Brunck.*

μὴ πιχεῖν ὕδωρ. Notat mulieres tanquam meretribas. Praeter exspectationem autem hoc pro *καταλύειν τὸν πόλεμον. Bergl.*

198. Male in Germanica editione hic apposita est persona Calonicae, quum loquatur Lampito et verba meram Spartam oleant ex dialecto Dorica. *Fl. Chr.* MSS. Vat. P. et Voss. rectius huic versui praefigunt personam Lampitonis. *Kust.*

φεῦ δᾶ. Euripides in Phoenissis 1304. *φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ,* ubi scholiastes [T. V. p. 269. ed. Matth.] dicit secundum quosdam has duas syllabas esse unam vocem, secundum quosdam abundare *δᾶ,* alios autem *φεῦ δᾶ* accipere pro *φεῦ δῆ,* alios pro *φεῦ γῆ,* mutato *γ* in *δ,* ut in *Δημήτηρ* et aliis quibusdam. Apud Aeschylum

in Prometheo 570. legitur ὦ δᾶ. ubi scholia: τὸ δὲ ὦ δᾶ ἀντὶ τοῦ ὦ γῆ, Δωρικῶς. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν φασι καὶ τὸν γνόφον δνόφον. Loquitur autem apud comicum Dorica femina Lampito, ut recte habet editio Farrei et, notante Kustero, MSS. Vat. et Voss. In quibusdam autem editionibus persona Calonicae est praefixa. *Bergl.* ἐπαινιῶ. Pro ἐπαινῶ. *Bergl.*

Versus 199. tribuendus est Lysistratae: versus 200. 201. alteri mulieri, vel Calonicae, vel Myrrhinae: 202. — 204. rursus Lysistratae. *Reisig.* I. p. 245. V. 199. Lysistratae tribuunt etiam Bentleius et Reiskius.

200. *n*) κεραμέων ὄσος. Est locus obscurus. MS. Voss. pro ὄσος habet ὄγλος: an sensu meliore? Ego sane hic caligo. *Kust.* Et sensus et metrum melius constabit, si legas: ὦ φίλταται γυναῖκες, ὦ κεράμων ὄσος. Dicit autem hoc, quia poculum est magnum et, ut ait scholiastes, ὡς μεγάλης οὔσης τῆς κύλικος παίζει. Editio Farrei non κεραμέων habet i. e. *figulorum*, sed κεραμεῶν, nempe a κεραμεοῦν i. e. *testaceum*, *fictile*. Quodsi scribatur κεραμεῶν ὄσον, sensus est idem, qui in κεράμων ὄσος, quod ita dicitur ut τῆς γῆς πολλῆ in Pace 167. Est autem κέραμος substantivum et de omni figlino opere dicitur. *Bergl.*

Vulgo sic legitur hic versus: ὦ φίλταται γυναῖκες, κεραμέων ὄσος, sine ullo sensu et iugulato metro. Nihil discrepat Aug. nisi in accentu κεραμεῶν. [Vid. Buttmanni gr. Gr. T. I. p. 249.] Iterum hic nos destituunt duo Regii, in quibus post v. 199. lacuna est usque ad 268. Continuati hi versus in A. vacuum in altero relictum spatium quatuor paginarum et dimidiae. Sed deficientium codicum, quos vix credo melius quid adlaturos fuisse, si integri essent, vicem explet Io. Toupii sagacitas, cuius integra legatur nota Emend. in Suidam T. II. p. 21. [I. p. 252.] Ducta emendatio e cod. Vossiano, unde eam eruere non erat τοῦ τυγόντος, quod Kusterus expertus est. *Brunck.* Lege ΚΑ. ὦ φιλτάτη γυναιξὶ κεραμέων ὄσον. i. e. ὦ κύλιξ. *Omnium, quotquot sunt, vasorum fictilium gratissi-*

n) γυναῖκες, ὁ κεραμών, *urna, testa, seria*, in genitivo κεραμῶτος, ut πιθών, πυλών, μυλών, θυρών, πορνών etc. *Reisk.*

ma mulieribus. Bentl. Haec nondum expedio. Toupii emendationem male recepit Brunckius. *Elmsleius* ad Acharn. p. 73. [Toupii emendationem probat Reisig. I. p. 245.] — Ego quidem sic potius Aristophanem scripsisse credam:

ὦ φίλταται γυναῖκες, ὁ κεραμῶν ὄχλος.

Hermann. praefat. ad Epitomen doctr. metr. p. XIV. In Scaligeri Excerptis scriptum est *γυναῖκες, ὄχλος κεραμέων.* In ed. Brubachiana *ὦ φίλταται γυναῖκες κεραμεῶν ὅσον.*

202. Lege *AT. κατα — Bentl. προςλαβοῦ μου τοῦ κάπρου.* Obscurus mihi est hic locus, et quamvis sciam *κάπρον* pro parte obscena accipi plerumque, non puto tamen hic locum habere. Porcum tamen verti, sive ad illas partes referre vis, sive ad animal, quod fortassis Lysistrata habuit velut *τύμιον* et *ἱερεῖον.* Nam sacres vocabant porcos. Miror tantum sub voce *μηλοσφαγεῖν* contineri etiam sues, qui sive castrati sive secti, post mactationem recte *τομίαι* vel *τόμιοι* dicuntur. Sane incedo hic tanquam per tenebras aut ignes suppositos cineri doloso. Non enim mihi lucet aut liquet. *Fl. Chr.* Urceum illum nunc vocat aprum, quem supra v. 194. dicebat se velle mactare ut p. cudem ridiculi causa, ut in comoedia. Mox etiam vinum vocat sanguinem et v. 238. de exhauriendo poculo dicit *καθαγίσω.* Tangebant autem victimam, quum iurarent: unde *ἅπτεσθαι τῶν σφαγίων* apud Antiphontem de caede Herodis [p. 710.]. Comicus infra v. 209. *λάζοισθε τῆς κύλικος.* Et erat victima illa aper, aut aries, aut taurus. Vide supra ad v. 192. Ceterum aliud consignificatur hic voce *κάπρου*, nempe *τὸ αἰδοῖον*, ut inquit scholiastes, quod alias *χοῖρος* dicitur. Est autem proclivis comicus noster ad allusiones obscenas. *Bergl.*

προςλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου o). Male vulgo *προςλαβοῦ μου.* Eleganter hic *μοι* abundat, quod centies in his fabulis, utpote in familiari sermone, observabitur, et saepe commutatum a librariis vel editoribus prono-

o) Hanc mutationem retinuit Invernizius.

minis casum restituimus. Vide infra 1074. Ran. 1119. 1200. Sic *mihi*, *tibi* frequenter comici Latini. Ter. Phorm. V. 9. 21.

Qui mi, ubi ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.

ad quem locum Donatus versum citat ex Heautont. II. 1. 8.

Perii! is mi ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!

Pleni sunt exemplorum. Per *κάπρον verrem*, quod animal in sacris maxime mactabatur, quibus foedera sancienda, ut discere est ab exemplis in Stephani Thesauro prolatis v. *τομίον*: urceum illum innuit vini Thasii, qui pro victima in scenam illatus. Iuraturi autem prosecta tangebant, ut apud Aeschylum:

καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου.

Ideo mulieres iubet Lysistrata manum urceo admovere. Ineptit scholiastes per *κάπρον* muliebre pudendum intelligi existimans. Satis facetus est iocus ex allusione perpetua ad sacrorum ritum, ut nihil quaeratur obsceni. *Brunck.*

203. *κύλιξ φιλοτησία.* Calicem qui in conviviis mutuo dabatur, amoris et benevolentiae ergo, vocabant *φιλοτησίαν*, quae proprie erat *δεξίωσις*, ut dixit Homerus *δειδέχατ' ἀλλήλους*. Sic usus Hyperides, Alexis, Aelianus et alii. Unde scriptum est ab historico quodam, teste Suida, Aetolos quondam vinum Athenas deportasse, quum vellent, ut ait ille, *φιλοτησίας τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ κοινωνῆσαι καὶ τοῖς τῆς Ἀθηνᾶς τροφίμοις*, significans *φιλικὴν δεξίωσιν*. Si Hesychio credimus, videtur fuisse poculum illud secundae mensae, quod quidem placuit servatori nostro domino Iesu Christo, quum libatum calicem praebemus amico assidenti. Ait enim esse *πρόποσιν μετὰ δεῖπνον φιλίας ἕνεκα*. *Fl. Chr.* Vid. Athenaeum T. IV. p. 366.

204. *δέξαι ταῖς γυναιξὶν εὐμενῆς.* Vid. Porson. ad Euripidem p. 46.

205. *κἀποπυττίζει.* In Veneta editione melius *ἀποπιττίζει*, et videtur *πιττίζειν* sonum facere, quem *πίτυλον* dicunt, et esse *πιτυλίζειν* quod inter exercitationum genera retulit Galenus in libro de servanda bona

valetudine, ut et ἀκροχειριζειν. Unde Iuvenalem suum pitylisma nobis obtrusisse censet D. Iulius Caesar Scaliger, exclusis grammaticorum nugis iactabundis. Hoc loco Aristophanes iocatur et vere χαριεντίζεται, quum tanquam de animali, sanguinem εὔχρων et sonum e recenti caede edente, sic de vino loquitur. *Fl. Chr.* Scholiastes exponit ἀποῤῥεῖ. Editio Farrei habet κἀποπιττίζει, quod videtur posse deduci a πίττα i. e. πίσσα, *pix*, ut sit sensus: *postquam relevimus seriam pice illitam, belle defluit inde vinum.* Est et verbum πιτίζειν. Alexis apud Athenaeum p. 124. καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπιτίζομεν. *vinum acescens pitissamus.* Sed hoc nihil huc facit. *Bergl.* Al. κἀποπισσίζει. *Bentl.*

κἀποπυττίζει. Sic etiam in Aug. scriptum, sed minus bene. Scribi debet per unicum τ, ut apud Etymologicum est. Vide Salmasium ad H. A. p. 150. A Graeco πυτίζειν derivatum Latinum *pytisma*, prima etiam longa. Iuven. XI. 173.

Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem. *Brunck.*

206. καὶ μὰν etc. Pro καὶ μὴν προσόζει γ' ἡδὺ νὴ τὸν Κάστορα. Sic ille in Cyclope Euripidis v. 155., quum vinum funderetur, dicit: παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει. *Bergl.*

209. λάζυσθε. Sic bene Aug. [et Reiskius]. Vulgo λάζοισθε. *Brunck.* Conf. Porson. ad Euripidem p. 486.

212. οὐκ ἔστιν οὐδείς. Veri est simile, comicum non solum ad antiquum iusiurandum, sed ad veteris poetae versus παροῳδεῖν. *Fl. Chr.*

214. ἑστικῶς. [Sic ed. Iuntina.] Lege ubique ἑστυκώς [sic]. Est enim, ut ante diximus, στύω verbum tentiginis prurientis. *Fl. Chr.*

217. ἀταυρώτη. Id est ἄμικτος et, ut ait Aristoteles in Politico primo, ἄζυξ. Nam ταῦρον hic pro iugo arbitror positum, quamvis non ignorem, per hanc vocem notari saepe τὸ μόριον sive ἀνδρεῖον sive γυναικεῖον, unde λασταύροι moechi dicebantur. Male enim apud Hesychium habes λαστάρνοι. *Fl. Chr.* Aeschylus in Agamemnone v. 252. ἁγνὰ δ' ἀταύρωτος. *casta autem*

viri expers. ubi scholia: ἄζευκτος, παρθενική. Comici scholiastes et Suidas ad praesentem locum: ἀγνὴ καὶ ἄμικτος. ταῦρον γὰρ τὸ αἰδοῖον λέγουσι. Vide Pollucem II. 175. *Bergl.*

Lobeckium fefellit opinio, ἀταυρωτεί scriptum fuisse coniicientem ad Sophoclis Aiacem, p. 242., vulgatamque formam praeter Suidam Eustathius commemorat, quum alibi [ad Odyss. p. 1554, 29.], tum ad Iliadem *B.* p. 259. 8. Rom. *Reisig.* I. p. 80. Conf. Porson. ad Euripidem p. 461.

221. ὅπως ἂν ὠνὴρ. Vulgo ἀνήρ. Articulus hic omnino requiritur, ut significetur *vir meus:* alias ἀνὴρ sine articulo esset *vir quilibet. Brunck.*

225. Suid. in κύλιξ habet εἰ δέ μ — βιάζεται — προσκυνήσομαι et τυρροκνηστίδος. *Bentl.*

227. κἀκῶς παρέξω. Ovidius Am. I. 4.

Verum invita dato, potes hoc, similisque coactae;
blanditiae taceant, sitque maligna Venus.

Mulierum mobilitas concinniorem, ut ait Lucretius, Venerem facit viris. Hinc apud Plautum Asin. IV. 1. quum in syngrapho de meretrice in annum conducenda caveret parasitus ne illi liceret noctu quicquam membri sui commovere, adolescens excipit his verbis:

optumum est;
ita scilicet facturam: verum in cubiculo
deme istuc: equidem illam moveri gestio.

Brunck.

κοὐχὶ προσκινήσομαι. Sic in Pace [901.] dicit metaphorice ἅρματα φυσῶντα καὶ πνέοντα προσκινήσεται, procul dubio innuens τὸ συνουσιάζειν. Sic Martialis dixit, *nec motu dignatur opus.* Neque alio respexisse putem Horatium quum dixit, *motus doceri gaudet Ionicos*, ut taceam illud ex iocoso carmine sive Albii Tibulli, sive Val. Catulli, *verset arte mobilem natem.* Pudet addere, et ex fumo isto dare lucem pudentis hominis non est, nedum Christiani. *Fl. Chr.*

229. ἀνατενῶ τὰ Περσικά p). Intelligit pedes cum

p) Sic ille epigrammatum princeps, *tollunturque pedes.* Sunt

Persicis calceis. *Tollunturque pedes*, inquit Martialis de ea re, et apud nostrum mulier dicit in Ecclesiaz. v. 265. *εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.* Et in Avibus v. 1254. vir ad puellam: *τῆς διακόνου πρώτης ἀνατείνας τὼ σκέλη. Bergl.*

ἀνατενῶ τὰ Περσικά. In Conc. 265. *εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.* Mendosum est, ut reor, *τὰ Περσικά.* Aliis in locis ubi nomen hoc occurrit, forma feminina legitur: Thesm. 734. Conc. 319. Nub. 151. Pollux VII. 92. *ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα, Περσικαί.* Sic in Mss. scriptum. Repone itaque *τὰς Περσικάς. Brunck.* Vulgatam defendas his Pollucis l. c. *Τυρρηνικὰ, Τυρρηνουργῆ, Σικυώνια. Schaefer.* ad Bosii Ellipses p. 146. *τὰ Περσικὰ* agnoscit scholiastes ad Nubes 175. p. 293. ed. Hermann. *τὰ Περσικὰ* numerum dualem esse monuit Reisigius praefatione ad Nubes.

231. *οὐ στήσομαι λέαινα.* Spurcam aiunt esse figuram meretricii concubitus, quales credo fuisse in Elephantidos illius libellis, quam Catalecta Vergilii memorant, neque arbitror ignotam Aretino, qui omnes has nequitias describens, etiam cum charta omnia, ut ait ille, monstra facit. Sciendum autem, pingi olim solitos in manubriis gladiorum elephantes et leones ingeniculatos, ne, si recti pedes essent, comminuerentur et frangerentur. Itaque ait, non stabo moecha ad placitum viri, ut leaena ad ensem vel machaeram, quam vocat *τυροκνήστιδα.* Hunc autem versum pro paroemia laudat Suidas, ex cuius farragine haec conglutinavi, et meminit Erasmus in Adagiis. Fuit autem hoc nomine Leaena meretrix Attica, quam amavit Demetrius, de qua Macho comicus dixit in Chriis, *ὑπερβαλῆ δὲ τῆς Λεαίνης σχήματι.* Quumque Lamiam agitasset idem rex Demetrius et supra modum laudasset, respondit ipsa Lamia, *πρὸς ταῦτα καὶ Λέαιναν, εἰ βούλει, κράτει.* Laudatur et Leaena meretrix amata Harmodio tyrannicidae, quia contumacem adversus Hippiae tormenta fidem habuerit. *Fl. Chr.* Synecdo-

---

autem Persica ex genere calceamentorum, ut et habes inferius Laconicas. *Fl. Chr.*

che speciei est, pro *οὐ στήσομαι τετραποδηδὸν*, qua phrasi comicus de eadem re utitur in Pace 897. est figura quaedam coitus. Dicit autem *λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος*, quia manubria machaerarum, quarum usus in culina ad comminuendum caseum, ornabantur sculptura leaenae, ut est apud Suidam et scholiastem. Sensus itaque est: *non imitabor statum et figuram eiusmodi leaenae.* Ceterum fuerunt etiam meretrices Leaenae duae diversa aetate. Vide Athenaeum p. 577. et 596. *Bergl.*

οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος. Id est, *οὐ τετραποδηδὸν στήσομαι*, ut est in Pace 996. Est autem *σχῆμα συνουσίας*, quod nebulones nostri nomine e canino genere sumto indigetant. Adluditur ad morem summa cultellorum manubria leaenae figura ornandi submissis genibus subsidentis. De meretrice *Λέαινα* dicta ne cogitandum quidem. *Brunck.* Conf. Schweighaeus. Animadv. in Athen. T. VII. p. 119.

235. *ταῦτ' ἐμπεδοῦσα.* Euripides in Iphig. Taur. 790. *τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατόμοσ', ἐμπεδώσομεν.* Ibid. 758. *τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον. Bergl.*

235. *ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ.* Certissimam Dawesii emendationem recepi. Vulgo corrupte legitur *ἐμπλησθῇ κύλιξ.* Graecum verbum est *ἔμπλημι.* Passivum *ἔμπλημαι, ἐμπλήμενος:* optativus *ἐμπλῆμην, ἐμπλῆο, ἐμπλῆτο.* Acharn. 236.

ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

ubi vulgo legitur *ἐμπλείμην.* Sic *βλῆμι, βλῆμαι, βλήμην, βλῆο, βλῆτο.* Homerus Iliad. ν'. 288.

εἴπερ γάρ κε βλῆο πονεύμενος ἠὲ τυπείης.

ibi etiam vulgatum *βλεῖο.* Sed alterum invitis grammaticis e scripto libro reponendum. *Brunck.*

237. *ξυνεπόμνυθ' ὑμεῖς* [sic etiam Bentleius] — Corrige typothetae errorem. *Brunck.* in Supplem. *συνεπόμνυσθ'* edd. ante Brunckium, quod in *συνεπόμνυθ'* mutavit Reiskius. In Brunckii ed. excusum est *ξυνεπόμνυσθ'.*

238. *καθαγίσω τήνδε.* Eadem sunt *ἁγίζειν* et *ἁγιάζειν*, quae Suidas interpretatur, *καίειν, καθιερῶσαι, καρπῶσαι.* Sed et *τὰ ἱερεῖα ἐσθίειν* exponit Hesychius.

Hic libare est exhaurire. *Fl. Chr.* Scholia: *καύσω, καθιερώσω.* adhuc metaphora, ut supra v. 202. ubi vide notam. *Bergl.*

240. *τίς ἁ ὀλολυγά;* Proprie mulierum clamor, ut Homerus *αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.* Sallustius vocat supplicia muliebria. *Fl. Chr.*

τίς ἄδ' ὀλολυγά; Male vulgo *τίς ἁ ὀλ—. Brunck. τίς ἁ ὀλολυγά. Bentl.*

ἐκεῖν' οὐκ ἐγὼ 'λεγον. Scribe levissima mutatione *ἐκεῖν' οὔγω 'λεγον,* pro — *ὃ ἐγὼ ἔλεγον. Kuster.* Praedixit haec fore supra v. 179. Sic in Acharn. 41. *οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐ 'γὼ 'λεγον.* Scribendum autem hic in Lysistrata metri causa *ταῦτ' ἐκεῖν', ἃ γὼ 'λεγον,* aut *τοῦτ' ἐκεῖν' οὔγω 'λεγον. Bergl. τοῦτ' ἐκεῖνο* probant Elmsleius ad Acharn. p. 59. Reisig. I. p. 279.

243. *τὰ παρ' ὑμῶν εὖ τίθει.* Euripides in Iphig. T. 1003. *σὺ δ' ἂν τὸ σαυτοῦ εὖ θέμενος, νόστου τύχοις. tu autem re tua bene constituta redibis domum.* Id. in Herc. f. 605. *πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι. prius hoc bene confeceris.* Id. in Electra 648. *καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' ἡ τύχη θήσει καλῶς. atqui fortuna illa quidem recte faciet.*

244. *κατάλιφ' ἡμῖν.* Male vulgo *κατάλειφ' — Brunck.*

245. *ταῖς ἄλλαισι q) ταῖσιν ἐν πόλει. Cum ceteris quae sunt in arce.* Ad intelligentiam huius fabulae sciendum est, antiquitus *πόλιν* appellatam fuisse Athenarum arcem, qua de re videndus Meursius in Cecropia cap. 3. et Hemsterhusius ad Plutum p. 260. Saepissime in hac fabula *πόλις* eo sensu accipi debet, ut v. 266. 302. 317. 487. 754. 758. 912. 1185. et aliis. *Brunck.*

253. *r) κεκλήμεθ' ἄν.* Male vulgo *κεκλήμεθ',* tanquam si esset praeteriti indicativi; est autem optativi. Sic a *κέκλημαι κεκλήμην.* Sophocles Phil. 119.

---

q) Edd. ante Brunckium *ἄλλαισιν.* Emendavit Reiskius.

r) *μιαραὶ κεκλύμεθ' ἄν.* In editione Veneta habes *κεκλήμεθα,* melius, ut puto, quamvis et istud *κεκλύμεθα* non male. Nam ut Latinis dicitur *talis audio* et *vocor,* sic *κλύειν* et *κεκλῆσθαι. Fl. Chr.*

σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῆ' ἅμα.
a *μέμνημαι μεμνήμην.* Pl. 991.
ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῆτό μου.
Brunck. Frob. *κεκλύμεθ':* lege *κεκλήμεθ'* ut Gry. vel *κλυοίμεθ'. Bentl.*

Δράκης. Draces unus est ex choro in Ecclesiaz. 293. ubi ititem chorus procedit. Vocativus a *Δράκης* est *Δράκη. Bergl.*

βάδην. Sosipater comicus apud Athenaeum p. 378. *πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν, καὶ πότε βάδην. quando* (patinas) *crebrius oportet afferre, quando pedetentim. Bergl.*

255. *ἐλάας.* Attice: vulgo *ἐλαίας.* Sed laborat metrum gravi vulnere, quod nescio qua malâ fortuna me fugit, quum textum describerem. Facilis est medela: abige spondeum e sexta sede, et transpositis vocibus scribe [cum Bentleio]:
κορμοῦ τοσουτονὶ βάρος χλωρᾶς φέρων ἐλάας.
Brunck.

κορμοῦ — ἐλαίας. Euripides in Herc. f. 241. 242. *δρυὸς κορμούς.* Apparebit autem v. 269. locum Euripidis ante oculos habuisse comicum. *Bergl.*
256. et sqq. *στρ. ά.*
271. et sqq. *ἀντιστρ. ά.*
286. et sqq. *στρ. β'.*
296. et sqq. *ἀντιστρ. β'.*
Haec antistrophica dispescuerunt Bentl. et Brunck. Ibi leviter errata sic corrige. *Μοχλοῖσι κλῆσιν καὶ θύρησι,* vice *Μοχλοῖσιν δὲ καὶ κλήθροισιν.* Sic enim Rav. at vulgo *μοχλοῖς δὲ καὶ κλήθροισι:* quocum confer Androm. 945. *Κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι:* sed *κλῆσι*, ni fallor, tuebitur Lys. 487. *Ὅτι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς:* modo suppleas, collato Vesp. 154. *Καὶ τῆς κατακλείδος ἐπιμελοῦ καὶ τοῦ μοχλοῦ* defectum versus legendo *κλῆσι μοχλοῖς τε.* Certe ibi voces *ἀκρόπολιν, τοῖς* et *οὕτως* sunt ex interpolatoribus non e comici manu. Probe quidem scio Reisigium in Conjectaneis p. 210. tueri *τοῖσι μοχλοῖσι* ex *τοῖς λίθοις* in Vesp. 222. sed et ille ipse contulit in meas partes opportune Vesp. 114. *Μοχλοῖσιν ἐγκλείσαντες,* omisso *τοῖς.* Mox

vice ὤχεθ' ὅπλα παράδους [sic] ἐμοὶ Σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον, lege (ωχ)ηεν θ' ὅπλα παράδους [sic] ἐμοὶ Σμικρόν τι πάνυ τριβώνιον. Cui coniecturae eximie favet MS. lectio apud Bentleium, ωχηεν θ' ὅπλα — Etenim ωχ compendiose scriptum est pro ὤχετο, quod exhibent MSS. alii, e gl. pro ᾔει: id verbum, comicis fere proprium, saepe depravari monet Elmsleius ad Suppl. 752. in Classical Iournal, No. XVII. p. 51. et ibi allegato Plut. 696. Ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσῄειν; Οὐδέπω' emendat προσῆεν propter 678. μετὰ τοῦτο δὲ Περιῆε τοὺς βωμούς: quomodo et Antiphanem apud Athen. p. 15. A. Φαινίνδα παίζων ᾔεις ἐν Φαινεστίου emendaverat Valcken. ad Phoen. 1082. legendo ᾔεν εἰς Φαινεστίου. Dein, quum TI exciderit ob Π in Πάνυ, propter metrum nescio quis intulit ἔχων: at longe facetius, omisso ἔχων, dicitur Cleomenes nihil aliud habuisse, quod traderet, praeter pallium, vere Laconicum. In hac re etenim mores Spartanos tetigit comicus, ut Plato apud Aspasium, ad Ethic. Nicomach. IV. 7. p. 58. α. Οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς εὐτελὴς ἄγαν ἱστορεῖται Ξενοφῶντι· διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδοποιοὶ [sic], ὡς Πλάτων ἐν Πρέσβεσι. Χαίροις οἶμαι μεταπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε Τὸν ὑπηνόβιον σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον ἑλκετρίβωνα. Ubi corrige χαῖρ', ὦ, ζῶμιον [sic] μεταπεττεύσας σκότιον: et lege Toupiana ad Suid. III. p. 79. de iure nigro Laconum: at quid sit illud nigrum ius in loco, ubi commemoratur aliquis τινὰ διακλιμάκισαι [sic], intelligas ope Pac. 886. Verum haec obiter. Ad nostrum redeo. De formula σμικρόν τι vid. Porson. Adversar. p. 109. Denique post πινῶν ῥυπῶν, vix subiungi potest ἀπαράτιλτος sine ὧν: vide Porson. ad Hec. 786. lege igitur πινῶν ῥυπῶν ὧν τ' ἀπαράτιλτος Ἐξ ἑτῶν τ' ἄλουτος: adeo ut ἐξ ἑτῶν bis repetatur. *G. Burges* in Classical Iournal XXX. p. 287.

256. ἦ πόλλ' ἄελπτα. Ex Euripide omnino sumptum, qui multas hac sententia fabulas clausit. *Fl. Chr.* Senum chorus apud Aeschylum in Persis 262. ἦ μακροβίοτος ὅδε γέ τις αἰὼν ἐφάνθη γεραιοῖς, ἀκούειν τόδε πῆμ' ἄελπτον. *Profecto longaeva haec visa est vita (nobis) senibus ad audiendum inopinatam hanc cladem.* Archilochus apud Stobaeum Serm. CIX. *Bergl.*

ἦ πόλλ' ἄελπτά γ' ἔστιν ἐν. Dimeter est iambicus. Vulgo soluto metro, ἦ πόλλ' ἄελπτ' ἐστὶν ἐν. *Brunck.* Lege ἄελπτά γ': ut MS. *Bentl.* Scribo:

ἦ πόλλ' ἄελπτ' ἔνεστιν ἐν
τῷ μακρῷ βίῳ· φεῦ.

Reisig. I. p. 249.

258. ἐπεὶ τίς ἄν ποτ' ἤλπισε. Aeschylus in Supplic. 334. ἐπεὶ τίς ηὔχει τήνδ' ἀνέλπιστον φυγήν; Euripides in Helena 662. τίς ἂν τάδ' ἤλπισε βροτῶν ποτε; ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς τοῖς στέρνοις. *Bergl.*

259. ὦ Στρυμμόδωρε. Etiam unus ex choro, ut Draces paulo ante. In Vespis 233. itidem ut hic in senum choro: ὦ Στρυμόδωρε Κονθυλεῦ. Sine ρ et simplici μ etiam in Acharn. 272. *Bergl.* Στυμμόδωρ'. Aberrasse credo in huius nominis scriptura librarium. Reponenda videtur forma, quae occurrit Vesp. 233. Ach. 273. Στρυμόδωρ'. *Brunck.* in Supplem.

262. κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν. Tmesis pro κατέχειν, ut in Acharn. 294. κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις. et alibi saepe. *Bergl.* ἅγιον — βρέτας. Minervae; τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, inquit scholiastes. *Bergl.*

265. Loci huius meminit Pollux VII. 113. et X. 27. [et, quem Bentl. addit, Suidas v. πακτοῦν]. *Kust.* Leg. metri causa Τά γε προπύλαια πακτοῦν; Elegans usus τοῦ γὲ post articulum. Xenophon opere ipsius curiosissime scripto, Cyripaediam dico, lib. 2. cap. 1.: ἀλλ' ὅ γε σὸς πατὴρ πέπονθε μὲν οὐδοτιοῦν οὔπω κακόν, φοβεῖταί γε μέντοι, μὴ πάντα πάθῃ. Etiam hic versus anacreonteus, sicut antecedens. *Hotib.*

266. ὦ Φιλοῦργε. Philurgus prodigus quum esset, tamen deprehensus est in sacrilegio et Gorgonem Palladis abstulit, ut ait Isocrates. Huius etiam meminit Aeschines. *Fl. Chr.* Scholia: ὄνομα· ἐὰν δὲ ὀξυτόνως, ἐπίθετον. *Bergl.*

267. ἐν κύκλῳ. Euripides πέριξ. Vide not. seq. *Bergl.*

269. μίαν πυρὰν νήσαντες ἐμπρήσωμεν. Euripides in Hercule f. 243. βωμὸν περίξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα, ἐμπίμπρατ' αὐτῶν καὶ πυροῦτε σώματα. *Bergl.*

270. *ὑπὸ μιᾶς ψήφου.* Scholia: *ὑπὸ μιᾶς γνώμης καὶ κρίσεως. Bergl. τὴν Λύκωνος.* Subaudi *γυναῖκα*, ut monet scholiastes, qui citat locum Eupolidis de ea: *ὥσπερ ἐπὶ τὴν Λύκωνος συνέρρει πᾶς ἀνήρ. Bergl.*

272. *ἐγχανοῦνται.* Id est *καταγελάσουσι.* Quasi dicas *inhiabunt*, quod in cachinno usu venit. Est autem *ἀψάλακτος* idem quod *ἀτιμώρητος* vel *ἄθικτος. Fl. Chr.*

273. *ἐπεὶ οὖ* pes est iambus, duabus ultimis syllabis in unam coalescentibus, ut fieri solet in *η ου, ω ει, ω ου.* Sophocles Oedip. Col. 1456.

θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἔξεστον.

Infra 284. *ἐγὼ οὐκ* est etiam disyllabum et pes iambus. Sic rursus 876. 1171. Ran. 53. Eq. 540. Vesp. 416. Exemplorum pleni sunt tragici. *Brunck.*

Κλεομένης. Iste fuit rex Lacedaemoniorum et cum Isagora Atheniensi, senatus auctoritatem Athenis abrogare cupiente ac tyrannidem affectante, arcem occupavit, sed mox ab Atheniensibus est obsessus. Herodotus in Terpsichore: *ἀντισταθείσης δὲ τῆς Βουλῆς καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅ τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ στασιῶται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν. Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο· τῇ δὲ τρίτῃ ὑποσπονδοι ἐξέρχονται ὅσοι ἦσαν αὐτέων Λακεδαιμόνιοι.* Quem locum citavit et Bisetus. Solet autem comicus choro senum tribuere etiam quae antecesserunt aetatem hominum tunc viventium. *Bergl.*

275. Vide Suidam v. *ψαλάσσετε*, ubi loci huius mentio fit. *Kust. ἀψάλακτος. Intactus:* a *ψαλάσσειν*, unde supra v. 84. *ὑποψαλάσσετε. Bergl.*

277. *ἐμοί.* Illud *ἐμοὶ* non ita accipiendum, quasi de persona ipsius senis, qui loquitur, debeat intelligi: sed loquitur in persona populi Atheniensis: aliter vaniloquus est hic senex. Nam acropolis capta fuit a Cleomene centum vel circiter annis ante huius fabulae didascaliam. *Palmer.*

ᾤχετο θώπλα παραδοὺς ἐμοί. Vulgo legitur *ᾤχετ' ὅπλα*, articulo male omisso: paulo emendatius Aug.

ὦχεθ' ὅπλα. [MS. ὥχηεν θ' ὥπλα. *Bentl.*] Sed duo Regii dant ὦχετο θὤπλα. Hoc per crasin factum est ex τὰ ὅπλα. Quum aspiratio transierit in literam θ, necesse non est ut spiritus asper adpingatur: scribo itaque θὤπλα, quod in aliis similibus observatum *s*). Crasis autem vocalium ο α in ω Atticis est solemnis. Sic Nub. 1247. ὦπαιτῶν pro ὁ ἀπαιτῶν. Vesp. 304. ὦρχων pro ὁ ἄρχων. ὦνδρες pro οἱ ἄνδρες passim. Sed totus hic locus male sanus est metris corruptis. Versus omnes huius virorum cantici a 254. usque ad 318. sunt iambici, paucis insertis trochaicis. Rescribe itaque:

θὤπλ' ὦχετο παραδοὺς ἐμοί,
τρίβων' ἔχων πάνυ σμικρὸν,
πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαρτιλ-
τος, ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

Tres codd. [et Vossianus] habent πεινῶν pro πινῶν, quae voces facile permutantur, ut contigit etiam Pl. 297. ubi pro πινῶντα male vulgo legebatur πεινῶντα. *Brunck.*

Congruent omnino stropha et antistropha, ubi sic reposueris, expulso ἐμοί, quod facile subauditur:

Θὤπλ' ὦχετο παραδοὺς, ἔχων
Σμικρὸν πάνυ τριβώνιον,
Πινῶν, ῥυπῶν ἀπάρτιλ-
τος, ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

Hotib. Brunckii scripturam:

ὦχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί,
σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον,

probat Reisig. I. p. XXV. qui et hos versus et 262. 265. pro glyconeis habet.

278. Censui legendum esse τρίβων' ἔχων πάνυ σμικρόν. Sic emendanti mihi nondum satis constiterat de prosodia nominis μικρὸς, cuius apud comicum nostrum prima semper longa est, quod, praeter observata ad Pl. 147. evincunt exempla in indice enotata. Scribendum itaque:

τρίβων' ἔχων σμικρὸν πάνυ.

---

s) Conf. Wolfii Analecta II. p. 439. In commentariis in Aves p. 436. v. 449. Brunckii notae non θὤπλ', quod est in Invernizii editione, praefigi debebat, sed θὤπλ'.

Nec obstat alia, quam saepe inculcavi, lex metrica, ultimam in dimetris non esse indifferentem, sed, si brevis sit, metro longam requirente, adiuvari eam debere consonantibus sequentem versum inchoantibus. Id enim in regularibus systematibus modo locum habet; non vero in iis, quae ex diversi generis metris commixta sunt. *Brunck.* in Supplem.

281. *t*) *τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον.* Hanc vocum collocationem metrum requirit. Male vulgo *τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως. Brunck.*

οὕτως ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως. Iambum pro spondeo vel trochaeo regione extrema habet versus, quod vitium correcturus Brunckius transpositis vocibus scribebat *o. ἐ. ἐ. τ. ἄ. ὅμως ἐκεῖνον.* Sed in metris usitatioribus, quale est horum iambicorum, transpositione haud temere utendum arbitror, causa quippe non apparente, cur in tam plana via titubaverint librarii. cf. 1215. Accedit, quod nimis abiecti atque ignavi animi esset gloriari senes Athenienses, se Cleomenem non ad incitas redegisse, ut in suas conditiones accepta pace abiret, sed obsidere tantum ausos esse virum Lacedaemonium. Legam equidem [in *ὠμῶς* etiam Bentleius incidit]:

οὕτω δ' ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὠμῶς.

οὕτω δὲ ὠμῶς, tam saeve. *o* pro *ω* positum, et bis quidem, habes etiam Xenophontis loco illo, de quo monui ad Av. 507. *οὕτω δὲ* pro vulgato *οὕτως* praebuit Ravennas. *Hotib.*

282. *ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδων.* Recte scholiastes observat, *ὅτι τὰς τάξεις ἀσπίδας ἔλεγον·* nam *ἀσπίδες* hic sunt ordines militum. Sic apud Thucydidem l. VII. *τὴν πεζὴν στρατιὰν παρατεταγμένην οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων.* Et apud Xenophontem p. 277. *Bergl.* Vide Sturzii Lexicon T. I. p. 444.

καθεύδων. Praeter exspectationem, pro *φρουρῶν* aut simili. *Bergl.*

---

t) *τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως.* Transponerem, *τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον*, vel in *ὅμως* prima producitur, quia liquida, ut in *μέλος*. *Fl. Chr.*

283. *Εὐριπίδη.* Euripides *μισογύνης*, de qua re in Thesmophoriazusis praecipue comicus. *Bergl.*

284. *τολμήματος τοσούτου.* Puto hic notam interrogationis apponendam, ut sit a maiori ad minus. Si viros superavi, non compescerem audaciam scelestarum feminarum, vel quia conscius est sibi suae imbelliae, ait, nolo ego ipse praesens hoc facinus ulcisci, ne de me trophaeum erigam. *Fl. Chr.*

285. *ἐν τετραπόλει.* Ne, inquit, in tetrapoli sit mihi trophaeum, *μή νυν* pro *μὴ δή* vel *οὐδαμῶς*. Est autem Tetrapolis urbs in Attica ex duodecim illis quas primus Cecrops condidit, ut Cariam et Boeotiam disterminaret, ut ait Strabo l. IX. [T. III. p. 378. Tzschuck.]. Huic Stephanus tribuit quatuor populos vel *δήμους* sive *πόλεις*, nempe *Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα.* Alia est Tetrapolis Seleucia puto. *Fl. Chr.* Scholia: *τὸ ἐν Μαραθῶνι τὸ κατὰ Περσῶν. ἡ γὰρ Μαραθὼν τῆς Τετραπόλεως μέρος. τὰ δὲ λοιπὰ Οἰνόη, Προβόλινθος, Τρικόρινθος.* pro *Τρικόρυνθος* sive *Τρικόρυθος*: utrumque enim dicitur. *Bergl.*

Secunda in *τετραπόλει* contra analogiam hic producitur, quae in *τετράμετρον, τετραπήχεις, τετράποδα, τετραποδηδὸν* apud nostrum corripitur. Scribendum *τετραπτόλει*, ut apud Euripidem Heracl. 81.

ὅδ'; ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν
ξύνοικον ἦλθες λαόν.

Ad quem locum videnda desideratissimi Musgravii nota. *Brunck.* Sic apud Aeschylum S. Th. 503. in senario *ἀγχίπτολις*. *Brunck.* in Supplem.

288. *τὸ σιμόν.* Locus acclivis *σιμὸς* dicitur, etiam neutro genere *τὸ σιμὸν*, ut hic noster comicus in Babyloniis: *μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμὸν καὶ πλατύ*, et in alia fabula, Victoriis, *τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν αἰεί. Fl. Chr. τὸ πρόσαντες*, ut ait scholiastes, i. e. *acclive*. Citat etiam locum Aristophanis ex comoedia quadam deperdita, quem et Suidas: *τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν ἀεί. Bergl.*

289. Locum hunc explicat Suidas v. *ἀμπρεύοντες*. *Kust.* *ἐξαμπρεύσωμεν.* Lege in futuro *ἐξαμπρεύσομεν* i. e. *ἕλξομεν ζυγὸν ἄνευ ὄνου*, protelo ducamus Latine

dici potest, ut hoc loquendi genus observavit Iosephus Scaligerorum principum *δαιμόνιον σκυλάκευμα*, in catalectis Virgilianis. *Fl. Chr.*

ἐξαμπρεύσομεν. Sic scribendum esse metrum evincit, quod et flagitat Atticismi usus *ὅπως* cum futuro indicativi construentis, neutiquam vero cum aor. 1. subiunct. Meminisse debuerat Kusterus Suidae sui, apud quem in *ἀμπρεύοντες* recte legitur *ἐξαμπρεύσομεν*, ad quem locum ipse comici verba emendate protulerat: in hoc autem mendosum *ἐξαμπρεύσωμεν* reliquit. *Brunck.* MS. *ἐξαμπρεύσομεν* et Suid. in *ἀμπρεύοντες*. Scal. *χὡς τύδ' ἐξαμπρεύσομεν*. *Bentl.*

291. *τὼ ξύλω*. Lege *τῷ ξύλῳ*, non *τὼ* in duali. At *ἐξεπιώκατον* est *ἐθλίψατε* vel *θλίβουσι*. *Fl. Chr.*

Vulgo legitur *τὸν ὦμον ἐξεπιώκατον*: monstrum verbi, quod nemo procuraverat. Id quidem agnoscunt codd. et Suidas, qui e scholiaste exponit *θλίβουσιν, ἢ ἔθλιψαν*. Sic enim apud eum legendum pro *ἐθλίψατε*. Emendaveram primo literarum insistens ductibus, sicque scriptum est in priori meo apographo, *ἐξεπιάκατον*, quod postea repudiavi, tum quia Atticis forma *πιάζω* pro *πιέζω* insuitata, tum quia praeteritum carebat augmento. Quod autem reposui, genuinum est *ἐξεπώκατον*. Verbum *ἐπόω* luculenter illustravit Hemsterhusius ad Plutum p. 279. ubi inter alia ostendit *ἐπνοῦν* ab *ἔπνος* Graecum non esse, et *ἐπνεύειν* dici; at ab *ἔπος* esse *ἐπόω*, quo verbo utitur noster Eq. 924. *ἐποῦμενος ταῖς εἰσφοραῖς*. Quae quidem iamdudum mihi lecta et probata e memoria mihi exciderant, quando Aeschyli Prometheum edidi, ubi v. 365. invitis etiam librariis legendum:

ἐπούμενος ῥίζησιν Αἰτναίαις ὕπο.

Istud autem *ἐξεπώκατον* tam aptum videbitur cuilibet Graece docto, ut emendationem hanc ne PUTEANUM quidem ipsum carpere posse arbitrer. Sed ecce alteri illi lectioni, quo me coniectura parum meditata duxerat, quamque despectui habui, *ἐξεπιάκατον*, aliud agens, forte fortuna fideiussorem reperi. Eustathius is est, qui multa antiqua et bona e grammaticorum scriptis veteribusque lexicis collegit. Sic autem ille ad *Il. ι.* p. 759. l. 41. *τὸ δὲ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι καὶ*

αὐτὸ, καὶ Ἰωνικὸν δὲ, ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. τοιοῦτον καὶ τὸ ἐβούλευκε, καὶ τὸ ἐξεπίακε, καὶ τὸ τυρὸς ἐξεγλυμμένος, καὶ ἄλλα μυρία. Sed si verum est, quod ipse ait p. 1573. l. 63. Doricum esse πιάζω pro πιέζω, probabile non est eum huc respexisse, nec in scripta quam habuit Lysistrata, ἐξεπιάκατον legisse: nam Aristophanes Dorice loquentes non inducit populares suos; nec sic absque augmento praeteritum adhibuisset, sed dixisset ἐκπεπιάκατον. Nihil huc faciunt exempla ab Eustathio adducta ἐκτῆσθαι, ἐξεγλυμμένος. Negligunt Attici augmentum in verbis a duplici consonante incipientibus, ut βλακεύω, γλύφω, γλωττίζω, κτάομαι, πτήσσω, σπείρω: unde κατεβλακευμένως, ἐγλυμμένος, κατεγλωττισμένος, ἔκτημαι, ἔπτηχα, ἐσπαρμένος, et similia. Vide Taylor. ad Lycurgum edit. Lips. p. 166. et Orvillium ad Charit. p. 577. [555. ed. Lips.] At in verbis a simplici consonante incipientibus praeteritum nunquam sine augmento efferunt. Sunt ergo ἐβούλευκε, ἐγύμνασμαι, ἐξεπίακε nihil aliud, quam librariorum sordes ex emendatis libris eiiciendae. Hic ut infra 307. et 315. τῶ ξύλω instrumentum est baiulorum, quo suspensa onera ferunt, quod alibi appellatur τὸ ἀνάφορον. *Brunck.*

293. Est hic versus etiam tetrameter trochaicus, cui pes deficiebat cum syllaba catalectica. Voces τῆς ὁδοῦ reposuimus e duobus Regiis [Vossian. ap. Bentl. et schol.]. *Brunck.*

296. δεινὸν et mox προσπεσὸν relata ad πῦρ: vulgo δεινὸς et προσπεσὼν relata ad καπνοῦ, utique non peius. Sed alterum praetuli, quia in eo consentiunt tres codd. cum priscis editionibus. *Brunck.* Ridicula erga veteres libros superstitione pravam lectionem bonae nescio cuius emendationi praetuli. Reponendum δεινὸς et προσπεσών, ut iam ediderat Gelenius. Signate δάκνειν de *fumo* dicitur, non vero de *igne*. Pl. 822. ὁ καπνὸς ἔδακνε τὰ βλέφαρά μου. Pac. 610. τῷ καπνῷ πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι. *Brunck.* in Supplem.

297. προσπεσών μ' ἐκ τῆς χύτρας. Quia lacryma seniorum magnas lemas facit, in Nubibus dixit λημᾶν κολοκύνθαις, et Lucianus satis audacter χύτραις λημᾶν in opusculo πρὸς ἀπαίδευτον. Quod autem ait κύων

λυττῶσα, notandum est λύτταν vermiculum esse in lingua canum vel Plinio teste. *Fl. Chr.*

299. κἄστιν. Lege κἄστι, ut sit trochaeus. Mox ἀρήξαμεν, non autem ἀρήξομεν. *Fl. Chr.* κἄστι Λήμνιον τὸ πῦρ. Perperam vulgo κἄστιν pessundato metro. Satis mirari nequeo tam parum ad ista adtendisse Kusterum. *Brunck.* Recte *Bentleius* „lege κἄστιν γε. MS. κἄστι γε.“

Λήμνιον τὸ πῦρ. Tria sunt, ad quae respicit. Primo ad fornaces ignis et officinam Vulcani in Lemno; unde et Sophocli nominatur ignis Lemnius in Philoctete v. 797. aut 814. τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ ἔμπρησον: deinde ad proverbium Λήμνια κακά, de quo videri potest Stanleius ad Aeschyli Choeph. 631.: tertio alludit ad vocem λήμη, ut patet, quum dicit: οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. *Bergl.*

301. Vulgo legitur οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. Vertit Berglerus: *Nunquam enim sic mordicus prehendisset glamas meas.* Sed, o bone, non ita Graeca sonant: sensum quidem adsecutus es; sed quid in phrasi deesset non vidisti. ἔβρυκε valet *prehendit*, non *prehendisset*. Ad hunc sensum requiritur particula ἄν, quae omnino hic esse debet. Praeterea οὐδέποτε semper verbo *futuri* temporis, nunquam *praeteriti*, adiungitur. In duobus Regiis scriptum: οὐ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδάξ. Insere particulam, quam sensus flagitat, et genuinam habebis lectionem:

οὐ γὰρ ἄν ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ.

Potentialem illam particulam saepissime librarii omiserunt: infinita occurrent in his notis exempla. Vide modo, ne plures excitem locos, ad Thesm. 595. Ran. 81. 488. Pl. 374. *Brunck.*

303. εἰ πόθ' αὐτῇ — cum interrogatione. εἰ hic valet ἐπεί. Vide quae notavi ad Eurip. Andr. 205. et ad Med. 679. Absurde vulgo εἴποτ' αὐτῇ. Sensum frustra quaesivit Berglerus, qui nihil sani e vulgata scriptura elicere potuit. Sequenti interiectioni φῦ, φῦ, additae sunt in Regiis duae voces e glossa in textum illatae, φυσᾷ πάλιν. Est παρεπιγραφή, seu grammatici admonitio. *Brunck.* ἤ ποτε, *etiamne unquam?* est

interrogatio. *Reisk.* Vi sententiae reponendum ἦ πότ' etc. Aut quando potius ei succurremus? Turbavit iotacismus. *Hotib.*

306. ἔκατι. In Veneta editione legitur ἔτι, non ἔκατι. Sic autem dixit Plautus: si vivit ignis, tu exstingue extempulo. *Fl. Chr.*

θεῶν ἔκατι καὶ ζῇ. Sic versum hunc supplevimus ex MS. Vat. P., in quo levi mendo θεὸν legitur pro θεῶν, et Vossiano. In prioribus enim editionibus vox θεῶν desideratur, sine qua nec sensus nec metrum salva esse possunt. *Kust.* In editione Farrei etiam deest θεῶν, sed ibi pro ἔκατι legitur ἔτι, *adhuc*, sensu bono. *Bergl.* Ante ἔκατι MS. θεῶν. Scal. πνοᾶς. Fo. χύτρας vel σπυρίδος: vid. Ach. 452. *Bentl.* Regii ἔκητι. Vulgatum tuetur Aug. ἔκατι licet formae Doricae frequentant poetae Attici. *Brunck.*

307. τῷ μὲν ξύλῳ. In eadem editione melius τὼ μὲν ξύλω θώμεσθα πρῶτον αὐτοῦ. Sed vel cum stipite vult fumum compescere, vel uterque stipitem suum deponere, quod magis arridet, quia postea habes θώμεσθα τὸ φορτίον. *Fl. Chr.*

οὐκοῦν ἂν εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα. Sic versum hunc rescripsimus auctoritate MSS. Vat. P. et Voss. Priores enim editiones minus recte habent: οὐκοῦν ἂν οὖν τῷ μὲν ξύλῳ θώμεσθα πρῶτον αὐτόν: in ed. tamen Veneta recte legitur τὼ μὲν ξύλω et αὐτοῦ. *Kust.* Quum codex Ravennas et veteres editiones οὖν — θώμεσθα teneant, Reisigio I. p. 255. veri videtur similius esse ἦν — θώμεσθα.

αὐτοῦ. Lege αὐτώ. *Bentl.*

308. τῆς ἀμπέλου δ' ἐς χύτραν. [Sic ed. Froben.] Lege ἐς τὴν χύτραν carminis gratia, ut et habes in editione Veneta. Est autem φανὸς ἀμπέλου fax et lampas ex palmitibus viteis, ut solebant olim faces componere. Sic Cicero dixit, malleolos ad incendendam urbem facesque comparare, sumpsitque ex Thucydide, ut puto, qui libr. VII. ait ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες. Sunt enim κληματίδες malleoli et fasces ex palmite veteri. Est etiam ἄμπελος machina

obsidionalis, quae etiam dicta vinea. Sed hic nihil ad rem. *Fl. Chr.*

ἐγκαταθέντες. Sic MSS. Vat. et Voss. pro *ἐγκαθέντες* [a Bergl. recte revocato], quod priores edd. habent. Confer etiam Suid. v. *φανός*, ubi locum hunc exponit. *Kuster.*

509. *κριηδόν ν*). Sic *κυνηδὸν* in Nub. 491. ubi vide notam. *Bergl.*

511. *ἐμπιμπράναι* ut infra 541. *πιμπραμένας*, et 548. *ὑποπίμπρησιν.* Vulgo *ἐμπιπράναι* secunda brevi contra metri legem. In Thesm. 749. ubi vulgo *ἐμπίπρατε*, ad cod. fidem edidi:

ἐμπρήσομεν τοίνυν σε. — πάνυ γ' ἐμπίμπρατε.

Brunck. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 96.

καπνῷ πιέζειν. Sic recte MSS. At priores editiones *καπιέζειν*, cuius loco scribendum esse *καπνῷ πιέζειν*, Florens Christianus ex ingenio iam ante etiam recte divinaverat. *Kust. καπνῷ πιέζειν* ed. Farrei. *Bergl.*

513. Ex hoc loco colligere licet hoc drama prodiisse anno belli Peloponn. vigesimo primo, quo praecipue calebant Sami negotia, statu populari ibi instaurato, et quadringentorum statu ibi abolito, et electis Thrasybulo et Thrasyllo ducibus democratiae faventibus. Invocat igitur et invitat eos reipublicae amatores et status popularis, ut capessant negotia. De iis Thucydides libro VIII. *Palmer.*

τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῖν ξύλοιν, id est *τοῦ ἀναφόρου*, ut supra 291. et 507. Male vulgo *τοῦ ξύλου*. Nostram lectionem habet Reg. A. *Brunck.*

514. Lege *ταυτὶ μὲν ἤδη τὴν ῥάχιν* — Vocula *τὴν* typothetae culpa excidit. *Brunck.*

ν) *κριηδόν.* [Sic ed. Froben.] Legendum procul dubio *κριηδὸν*, id est arietis more, quae machina est etiam obsidionalis. *καλούντων.* Vel lege *καλόντων*, ut funes intelligas, qui *κάλως* dicuntur, vel intellige vocantes senes. Mox ubi habes *καὶ τῷ καπιέζειν*, lege *καὶ τῷ καπνῷ πιέζειν.* Nam et sic sensus rectus et integer versus. *Fl. Chr.*

515. *σὸν δ' ἐστὶν ἔργον, ὦ χύτρα.* In Nub. 1497. *σὸν ἔργον, ὦ δᾳᾷς, εἶναι πολλὴν φλόγα.* *Bergl.*

516. Edd. ante Kusterum *τὴν λαμπάδ' ἡμμένην*, quod revocandum esse monuerunt Hotibius et Reisigius I. p. 126.

λαμπάδ' ἡμμένην — προσοίσεις. In Nub. 1493. *ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην.* *Bergl.*

πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις. Ut constet versus, lege *ἐμοὶ πρῶτον* vel *πρώτην ἐμοί.* *Fl. Chr.* [Assentitur Dorvill. ad Chariton. p. 590.] Vulgo legitur *ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις* labante metro. In A. *πρώτως ὅπως ἐμοὶ προσοίσεις.* Eadem in B. vocum collocatio, sed perperam scriptum *πρῶτος.* Inde proclive fuit emendare, *ὅπως πρώτως ἐμοὶ προσοίσεις.* *Brunck.* MS. *πρῶτος ὅπως ἐμοὶ συνοίσεις:* lege *ὅπως ἐμοὶ πρῶτον.* *Bentl.* Aristophanem adverbio *πρώτως* usum esse, id quod Brunckius statuebat, non facile credam. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 312. *ὅπως πρόφρων ἐμοὶ προσοίσεις* tacite emendavit Reisig. I. p. 125.

518. *τοῦ νῦν παρεστῶτος θράσους.* Sophocles in Oedipo Coloneo 1024. aut 1084. *τόλμης τῆς παρεστώσης τανῦν.* *Bergl.*

519. Versus hic [520.] in MSS. Vat. et Voss. rectius postponitur sequenti [519.], et pro *ὡς x*) in iisdem MSS. legitur *ὥσπερ*, quam lectionem metrum requirit. Metrum autem duorum horum versuum a Sotadico, sic dicto, non aliter differt, quam quod in sede secunda iambum habeat pro anapaesto. Versibus porro hisce in seqq. respondent 540. 541. *Kust.* Hic versus vulgo sequenti postponitur ordine praepostero: quem exhibemus agnoscunt duo Regii. Sunt autem hi versus, et qui sequuntur usque ad 550. omnes choriambici mixti. *Brunck.*

521. — 534. His respondent 535 — 549.

523. Copula *τε* initio huius versus, quam habent libri omnes scripti et impressi, quamque male omisi,

---

x) Edd. ante Kusterum *ὡς πυρὸς x.*

omnino reponenda est, metro iubente. Quia particula illa ad sensum non erat necessaria, et initio versus male posita videbatur, eam, non satis considerata metri natura, expunxi. Sed etsi τε rite versum non inchoet, tamen, ut recte observat summus Valckenarius ad Phoenissas p. 259. *in choricis celeriter et continuo ductu decantatis data haec poetis licentia.* [Conf. Erfurdt. ad Sophoclis Antigon. p. 117. ed. min.]

τε και Κριτυλ | λαν περιφυ | σητω

choriambicus est trimeter brachycatal. Huius metri lex est, ut in secunda sede sit choriambus, si ultra dimetrum excrescit; in alterutra vero, si sit dimeter. Masculinum περιφυσήτω ad feminina nomina pertinens nihil habet, quod tironem offendat: id enim Atticis in duali solemne est. Luculentum exemplum est in Sophoclis Electra 977. Id tamen forte librarium impulit ad mutandam lectionem. In A. post *Κριτύλλαν*, maiori posita distinctione, scriptum *περιφυσῶνται*. *Brunck.*

Κριτύλλαν. Etiam in Thesmoph. 924. est mulier huius nominis. *Bergl.* *περιφρυγήτω*, *undecunque ambustas, tostas. Reisk.*

324. *ὑπό τε νέων ἀργ— Reisk.*

326. Dele *Ἡμιχ — Bentl.*

327. *τὴν οἰκίαν.* Lege *ὑδρίαν*, ut in Veneta editione. Mox *ὠστιζομένη* est *στενοχωρουμένη*. *Fl. Chr. ὑδρίαν.* Sic non solum habet editio Veneta, sed etiam MSS. Vat. et Voss. At quaedam ex prioribus editionibus male praeferunt *οἰκίαν*. *Kust. ὑδρίαν* probat etiam *Bergl.*

328. Fontem intelligo in pede montis, prope antrum Panis. Puteus Neptuni erat in ipsa arce, sed praelatus ad bibendum videtur fons. vid. itinerar. Anachars. 2, 212. edit. Bipont. Strophica haec esse agnovit G. Hermannus libri de metris p. 513. *Hotib.*

329. *πατάγου χυτρείου.* Vide Suidam, qui hunc locum explicat v. *πατάγου*. *Bergl.*

331. *στιγματίαις.* Sic Aug. schol. et veteres editiones. In recentioribus, ut in duobus Regiis, *μαστι-*

γίαις. *Brunck.* MS. μαστιγίαις: sed schol. ut editum [scil. στιγματίαις]. *Bentl.* Hermannus de metris p. 315. scribit:

δοῦλησιν ὠστιζομένη,
μαστιγίαις . . . . . .
στιγματίαις θ', ἁρπαλέως —.

332. ἀραμένη. In activa significatione, ut exponit scholiastes: ἐπάρασα τὴν ὑδρίαν. *quum sustulissem hydriam. Bergl.*

333—349. Legendum metri causa καομέναισι.

— — — βαλανεύσοντάς
γ', ὡς τριτάλαντον τὸ βάρος,
Δείματ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν γ),
— — — — —
— — — — ἴδοιμ', ἀλ-
λὰ πτολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας Ἑλλάδα καὶ
πολίτας,

delendumque in antistropha extrema voces ὑποπίμπρησιν ἀνῆρ, ut quibus nihil est quod respondeat in strophe. Aposiopesi ad iocum composita chorus: ἤν τις ἐκείνας —. cf. Nub. 325. Δείματ' ἐπῶν, ut apud Euripidem Hercul. fur. 700. δείματα θηρῶν, similiaque passim alibi. *Hotib.*

335. ηκουσα γαρ | τυφογερον-
τας ανδρας ερ | ρειν στελεχη.

Dimetri sunt choriambici, quorum metrum perit nisi ita distinguantur, quam divisionem exhibent duo Regii. *Brunck.*

337. ὥςπερ βαλανεύσοντας. Usitatum est βαλανεύειν pro διακονεῖν, ut in Irena [1106.]. Hic puto esse τὴν βάλανον, i. e. μοχλὸν, ἀνοῖξαι. Est quidem in epigrammate βαλανίζειν glandem decutere, ἄλλην δρῦν βαλάνιζε.

γ) Bei einem Tragiker wäre gegen diese Verbesserung nichts einzuwenden; aber für den Komiker, besonders an dieser Stelle, scheint sie zu kühn. Mit weniger Veränderung kann man lesen:

δεινά τ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν.

Das τε ist nicht überflüssig. Die Verbindung ist: ἤκουσα ἄνδρας ἰόρρειν, στελέχη φέροντας, δεινά τ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν. *Ahlwardt.* in diariis Ienensibus a. 1810. fol. 124. p. 391.

Sed Hesychii interpretatio notanda est, qui ait esse *clara voce uti τὸ βαλανεύειν*, quia balnearii aquam ferentes vocales sunt et clamosi. *Fl. Chr.*

358. Hunc versum Hermannus de metris p. 514. sic corrigit:

τριταλάντιαῖ' ὡς, ἐς πόλιν, —.

Bentleius corrigit, deletis verbis *ἐς πόλιν*:

ὡς τριταλαντᾶια βάρος
δεινά τ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν.

Idem refert, in MS. Voss. esse *ἐς τριτάλαντον*.

359. *δειλόταθ'* — Casu, meque imprudente vel oscitante menda haec irrepsit. Repone *δεινόταθ'* — *Brunck*. Ceterum recte habet vulgata scriptura *δεινότατ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν*. Vid. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 429.

340. *ἀνθρακεύειν*. Editio Farrei *ἀνθρακεύειν*. Quod verbum quidem non est bonum, sed tamen reiici non debet: nam data opera fictum videtur confusione vocum *ἄνδρες* et *ἄνθρακες*. Vide ad Nubes 97. *Bergl.*

344. *ὦ χρυσολόφα*. Vocativus similis nominativo. Sic *Γοργολόφα* de eadem Pallade in Equit. 1178. *Bergl.*

345. *πολιοῦχε* amphibrachum statuo, metro choriambico,

πολιοῦχε, σὰς ἔσχον ἕδρας:

anapaestum enim in hoc metro loco iambi videtur respuisse Aristophanes. *Reisig*. I. p. XXIV. Disyllabam anacrusin suspectam habeo. Scribendum videtur,

σὰς, πολιοῦχ', ἔσχον ἕδρας.

Hermann. Epitom. doctr. metr. p. 156. Lege *σᾶς Πολιοῦχ'*. *Bentl.*

346. *ξύμαχον*. Sic uterque Regius [et Vossian. apud Bentl.]. *Brunck*. Legebatur *σύμαχον*.

347. Ut *ὑποπίμπρησιν* alienus ab Attico coniunctivus a Brunckio in locum indicativi Ravennate quoque comprobati immissus expellatur, scribo: *εἴ τις ἐκεί — νας ὑποπίμπρησιν ἀνήρ*. *Reisig*. I. p. 255.

349. Dixi supra ad v. 319. hos versus omnes esse choriambicos, quod utique verum est ex poetae ani-

mo. Si ab huius metri norma versus aliquot recedunt, librariorum imperitiae id tribuendum. Ad hunc modum erant distinguendi:

ἀλλὰ φοβοῦμαι τόδε. μῶν ὑστερόπους βοηθῶ;
νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν πνεμαία,
μόγις ἀπὸ κρήνης, ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου
καὶ πατάγου χυτρείου,
δούλησιν ὠστιζομένη
στιγματίαις θ', ἁρπαλέως
ἀραμένη, ταῖσιν ἐμαῖς
δημότισιν καομέναις φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ.
ἤκουσα γὰρ τυφογέρον-
τας ἄνδρας ἔρρειν στελέχη
φέροντας, ὥσπερ βαλανεύσοντας,
εἰς ἀκρόπολιν, ὡς τριτάλαντον βάρος,
δεινότατ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν,
ὡς πυρὶ χρὴ τὰς μυσαρὰς γυναῖκας ἀνθρακεύειν·
ἃς, ὦ θεά, μήποτ' ἐγὼ πιμπραμένας ἴδοιμι.
ἀλλὰ πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας
Ἑλλάδα καὶ πολίτας·
ἐφ' οἷσπερ, ὦ χρυσολόφα
πολιοῦχε, σὰς ἔσχον ἔδρας.
καί σε καλῶ ξύμμαχον, ὦ
Τριτογένεια, ἤν τις ἐκεί-
νας ὑποπίμπρησιν ἀνὴρ, φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν.

Vides in unum coaluisse versus 555. 4. item versus 548. 9. Versum 547. qui erat hypercatalectus, dimetrum esse acatalecticum, ut tres praecedentes, ultimoque nihil amplius ad integritatem deesse. Sunt autem eiusdem mensurae horum versuum octavus et ultimus ac decimus quartus, qui sic dimetiendi sunt:

δημοτισιν	καομεναις	φερουσ' ὑδωρ	βοηθω
ὡς πυρι χρη	τας μυσαρας	γυναικας αν	θρακευειν
νας ὑποπιμ	πρησιν ανηρ	φερειν ὑδωρ	μεθ' ἡμων.

In verbis nihil prorsus immutatum praeterquam v. 558. ubi manifestum est scriptum olim fuisse εἰς ἀκρόπολιν. Nomina illa πόλις et ἀκρόπολις promiscue eodem sensu usurpata vides in tota hac fabula. Plane vigilans somniabat Kusterus, quando de metro sotadeo cogitavit, cuius hic nec vola nec vestigium. *Brunck.*

550. πονωπόνηροι. Usus est hac voce in Vesparum fabula, ὦ πονωπόνηρε καὶ κομηταμυνία, ubi scho-

liastes monet esse, *ἀσκήσει καὶ μελέτῃ πεπονημένε*, i. e. usu et meditatione facte ad nequitiam et tyrannidis affectationem. *Fl. Chr.*

πονωπόνηροι edd. ante Brunckium. *πόνῳ πόνηροι* Brunckius ex Regio B. et Augustano. Vide not. ad Vesp. 466. p. 409.

552. *τουτὶ τί τὸ πρᾶγμα.* [Sic ed. Froben.] In Veneta editione habes *τουτί σο.* Putem legendum *τουτὶ τὸ πρᾶγμ' ἡμῖν.* Sed erit versus trimeter et hypercatalecticus, non similis ceteris: similem habes paulo post *θώμεσθα δή*, nisi et hic et illic aliquid desit ad supplendum tetrametrum catalecticum. Est autem hic *θύρασιν* vel ad portas vel *ἐξ ἑτοίμου.* Et *βοηθεῖν* quod primigenia notione fuit currere ad clamorem et tumultum, hic etiam videtur idem notare. Postea dixerunt succurrere. *Fl. Chr.* [*τι* delet MS. *Bentl.*] *τὸ πρᾶγμ' — ἀπροσδόκητον.* Euripides in Medea 225. *ἐμοὶ δ' ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε.* *Bergl.*

ἡμῖν ἰδεῖν. Versus hic ante claudicabat, quem ex MSS. Vat. et Voss. addita voce *ἰδεῖν* supplevimus. *Kust.* Fo. *Δράκης:* vid. 254. et mox [v. 555.] *ὦ Φαιδρία.* Sed MS. *ἰδεῖν.* *Bentl.*

553. Scribe *οὐ σμὸς* pro *ἐσμός.* *Reisig.* I. p. 178.

θύρασιν, foris, adverbialiter. Quae enim in arcem ingressae erant mulieres (vide supra 246.) postquam chorus accessit senum cum igne, rursus egressae sunt. Integrum choriambicum systema in arcis moenibus recitatur: tum patefactis foribus prodeunt in scenam v. 350. Perperam post Berglerum verti *foribus succurrit.* In Aug. scriptum *θύρασιν*, frequenti librariorum errore. Vide ad Thesm. 69. *Brunck.* [MS. *θύραισιν βοηθῇ. Bentl.*] Hiernach scheint uns Brunck die ganze Scene miszuverstehen, und wir können kaum begreifen, wie das möglich gewesen ist. Lysistrata, und die andern Weiber, die nach V. 246. in die Akropolis gegangen waren, bleiben auch darin, als der Chor der Alten mit dem Feuer kam, und wagten sich gar nicht heraus. Warum hätte sonst Lysistrata V. 450, als der Probulus die Thüren mit Gewalt aufbrechen lassen wollte, geschrieen:

μηδὲν ἐμοχλεύετε· ἐξέρχομαι γὰρ αὐτομάτη. τί δεῖ μοχλῶν; u. s. w. Ferner die Weiber, die von V. 519. an den Chor ausmachen, sind gar nicht dieselben, die sich V. 246. in die Akropolis begeben hatten, also nicht Lysistrata und ihr Anhang, welches schon aus der Verschiedenheit der Namen erhellt; sondern es waren neue, die erst aus der Stadt zur Akropolis gehen wollten, und als sie Feuer und Rauch erblickten, ihre Eimer mit Wasser füllten, um zu löschen, wenn es nöthig wäre. Dies ist offenbar aus V. 519. — 549. Auf dem Wege nun bekamen sie Streit mit dem Chor der Alten, der das Feuer anzünden wollte, und dieser macht den Dialog aus bis V. 435, wo erst Lysistrata nach eröffneten Thüren der Akropolis auf die Bühne tritt. Der verachtete Bergler hat hier also sehr richtig übersetzt: mulierum examen foribus succurrit. *Censor* ed. Brunck. in Bibliothec. Gotting. vet. litt. et art. I. p. 150.

554. τί βδύλλεθ' ἡμᾶς. Hoc verbi accipiunt pro ἐντελίζειν et κακύνειν, tum pro terrefacere. Sed video etiam cum terminatione deponentis, ut aiunt minutuli grammatistae, passivam sumere significationem. Hoc si esset, legendum esset ἡμεῖς, non ἡμᾶς. Sed nulla opus est mutatione, tantum legendum βδύλλεθ' ἡμᾶς, non βδύλλεσθε, et rectus est sensus: quid nos spernitis et terrefacere putatis nostram paucitatem? *Fl. Chr.*

τί βδύλλεθ' ἡμᾶς. Hesych. βδύλλειν, δεδιέναι, τρέμειν. ἢ βδεῖν. Vide Suidam in βδύλλεσθε, qui ex hoc loco emendandus, quod nec Kusterus animadvertit, nec Hesychii interpres. βδύλλεσθ' [quod ed. Iuntina habet] in metri legem offendit. Eq. 224. ὅ τε πέννης βδύλλει λεώς. *Brunck.* βδύλλεσθ'. Scal. βδύλλεθ' ἡμεῖς; Suid. in βδύλλεσθε habet ut editum: sed ed. Med. βδύλλετε. MS. βδύλλεθ'. *Bentl.*

557. τύπτοντα χρῆν. Sic Regii. Vulgo τύπτοντ' ἐχρῆν. *Brunck.* MS. τοσαυτὶ. — MS. τύπτοντα χρῆν. *Bentl.* τύπτον ἐχρῆν. [Sic ed. Froben.] Legendum τύπτοντ' ἐχρῆν pro τύπτοντα, ut referat ad Phaedriam. Sic etiam rectum esse postea probavi ex exemplari Venetae editionis. *Fl. Chr.*

558. *ἡμεῖς χαμᾶζ'*. Et huic versui, qui in prioribus editionibus mancus est, ex MSS. opem tulimus, inserta voce *χαμᾶζ'*. *Kust.* Adde *ἡμῖν*: sed MS. *χἠμεῖς χαμᾶζ' ὅπως ἂν*. *Bentl.*

559. MS. *τοῦτ' ἐμποδίζῃ*. *Bentl.*

560. *εἰ νὴ Δία τὰς γνάθους*. [Sic edd. ante Kusterum.] Hic etiam versus laborat a defectu pedis, ut sit tetrameter catalecticus. Itaque trimetrum ut alios duos supra puto esse hypercatalecticum, si tantum legas *εἰ νὴ Δία γνάθους*, delendo *τὰς*, vel *εἰ νὴ Δία τὰς γνάθους*, ut unica sit syllaba *τοῦ Δία*, quod tamen et durum et insolens mihi semper videbitur. *Fl. Chr.* Frob. *εἰ νὴ Δία τάς*: fo. *εἰ νὴ Δία γέ τις τὰς γνάθους τούτων ἂν ἢ δὶς ἢ τρὶς* vel *καὶ νὴ Δί' ἦν γε τάς*: vel forte pro *νὴ Δία* lege *νὴ τὸν Ἀπόλλω* vel simile *νὴ Ποσειδῶ* vel *νὴ Διόνυσον*: sed MS. *εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γν.* recte. *Bentl.*

561. *ὥσπερ Βουπάλου*. Bupalum pro asino vel mulo dixerunt antiqui, ut Hipponax *λάβετέ μου θοἰμάτιον, κἀγὼ βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν*. Eupolis *ὄνου γνάθον* dixit de edacitate et *πολυφαγίᾳ*. Nam particula *βου* Graecis semper significavit *τὸ πολύ*, ut Hercules *βουθοίνας* et *βουλείνας*, non quia boves, sed quia multum aut esuriret aut ederet. Apud glossographum Hesychium habes: *βούπαλον μέγα καὶ ὄνομα*. Putem corrigendum *μέγαν ὄνον, καὶ ὄνομα*, ut et grandem asinum notet et Bupali nomen, qui hostis dicitur Hipponactis, sed hosti illi existimo Hipponacta Bupali nomen indidisse, ut asinum et *ἀπαίδευτον* argueret. Paulo post ubi habes *παταξάτω τις*, deleo *τὸ τις* ut noxium mensurae versus, praesertim quum modo dixerit *τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρίς*. Quod autem ait *παρέξω* in eodem versu, puto sane valere idem atque os praebere, ut ait Martialis, et morigerum esse, Gallico idiotismo *enfler*. Herodotus de hac pusilli animi nota dixit: *κρεῖσσον γὰρ ποιεῦνται καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι, ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ*. *Fl. Chr.* Nomen hominis est Bupalus, quem Hipponax perstrinxit carmine, in quo ei verbera minatus est poeta. Eo respicit comicus. Breviter scholiastes totum locum exponit: *εἴ τις ἠπείλησεν τύπτειν αὐτὰς, καθάπερ Ἱππώναξ τὸν Βούπαλον*. *Bergl.* Suid. in *Βούπαλος* et *κόπτω* citat versus

Hipponactis *λάβετέ μου θοἰμάτιον κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν.* Vid. Hadrian. Iunii Animadv. I. XVI. *Bentl.* *ἂν εἶχον.* Fo. *ἀνεῖχον. Bentl.*

362. Vulgo *παταξάτω τις· καὶ στᾶσ' ἐγὼ παρέξω.* syllaba ultra numerum excurrente. Quis non videt inutilem et languidam copulam a mala manu insertam fuisse? eam non agnoscit Regius A. *Brunck.* *τις* cum Florente Christiano delet Bentleius.

363. *κύων τῶν ὄρχεων λάβηται.* Puto alludi ad proverbium *canis corio gustato metuendus*, atque haud scio an huc respexerit Horatius satyra quinta libri II. *quae si semel uno de sene gustarit*, deinde, *ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto. Fl. Chr.*. Nunquam alius canis poterit tibi prehendere ore testiculos: nam ego, ut canis, tibi prius eos evellam. *Bergl.*

364. *ἐκκοκκιῶ.* Vide in Pace 63. *Bergl.* *τὸ γῆράς σου.* Ita Suid. in *ἐκκοκιῶ:* et MS. Fo. *τρίχας σοῦ:* vid. 449. et 1224. *Bentl.* Delendum puto *τὸ σοῦ*, vel hic loqui chorum mulierum, vel, si virorum, hunc esse sensum: ego meum senium consumam potius quam te patiar sic loquentem. *Fl. Chr.*

Vulgo *ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς σου.* Manifesta interpolatio. Illud *σου* mensuram versus excedit, huc forte illatum e v. 448. contra sententiam. Si enim per metrum licuisset pronomen quodpiam addi, scripsisset poeta *ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς μου*, quod postremum hic subintelligitur. *Brunck.* Retraho pronomen ab ora lineae ante *ἐκκοκκιῶ:*

εἰ μὴ σιωπήσει, θένων σου κκοκκιῶ τὸ γῆρας.
Reisig. I. p. 245.

365. *ἄψαι μόνον.* Sic Regii. Vulgo *ἅπτου. Brunck.*

366. *τί δ' ἢ σποδῶ τοῖς δακτύλοις.* Non est quin alludat ad libidinem spurcae contrectationis. Nam *σποδεῖσθαι* est *βινεῖσθαι*, et senes quibus Venus est quieta digitis potius rem peragunt. Hesychius leviter videtur emendandus: *σποδεῖν· σπαίειν, συγγίνεσθαι*, lege *παίειν.* Nam id est pavire et concutere. *Fl. Chr.*

τί δ' ἢν σποδῶ τοῖς κονδύλοις. Sic auctoritate MS. Vossiani rescripsimus. Priores enim editt. minus re-

cte: *τί δ' ἢ σποδῶ τοῖς δακτύλοις. Kust.* MS. *τί δ' ἦν — κονδύλοις — ἐργάσει. Bentl.* Editio tamen Farrei *τί δ' εἰ σποδῶ τοῖς δακτύλοις.* Quae lectio tolerari potest. *Bergl.*

τί μ' ἐργάσει. Perperam vulgo, neglecto Atticismo, *ἐργάσῃ.* Illud, quod codicibus etiam nolentibus reponendum erat, praestat Regius B. Pro *κονδύλοις* male Aug. *δακτύλοις. Brunck.*

367. *πλεύμονας* Attice. Vulgo *πνεύμονας.* Illud dat uterque Regius, mendose tamen B. *πλέμονας. Brunck. πλεύμονας* MS. et Suid. in *βρύκουσα:* at *πνεύμονας* in *ἐξαμήσω. Bentl.*

τἄντερ' ἐξαμήσω. Euripides in Cyclope v. 235. *τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσασθαι βίᾳ. dicebant se viscera tua vi demessuros. Bergl. ἐξαλμήσω* Suid. in *βρ*— et *τάρταρ'* in *ἐξαμ*— *Bentl.*

368. *οὐκ ἔστιν ἀνὴρ*, mollius quam vulgatum *οὐκ ἔστ' ἀνὴρ*, praestant duo Regii. *Brunck.* Eadem scriptura [*οὐκ ἔστ' ἀνὴρ*] in Ravennate reperitur, et est verissima, illa autem Brunckii prava est et prorsus abiicienda. *Reisig.* I. p. 121. MS. *ἐστίν:* fo. *ἐστὶν ἄρ' Εὐριπίδου:* [ita Elmsl. in Edinburgh Review No. XXXVII. p. 87.] sed schol. ut editum. *Bentl.*

Εὐριπίδου. Propterea sapientissimum dicit Euripidem, quia is est osor mulierum maximus. Cuius rei documenta plurima exstant in eius tragoediis. Scholiastes hic unum versum adducit, credo propter vocem *σοφώτερος*, qui est ex Medea v. 409. Licebit plenius adducere locum:

πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

Bergl.

369. *ὧδί.* Sic Aug. Vulgo *οὕτω. Brunck.* Quid hoc est *vulgo? οὕτω* intulit Kusterus tacite, et inde recepit Burrmannus. *ὧδὶ* retinuit Portus adhuc, et est in antiquis exemplaribus, Iuntino, Basileensi Cratandri, Veneto Zanetti, Wecheliano, Brubachiano. Itaque item est in Ravennate repertum. *Reisig.* I. p. 94.

θρέμμ' ἀναιδές. Haec verba forte ex Euripide sunt; ego ea etiam in Sophoclis Electra v. 624. aut 625. observavi, ubi ad ipsam Electram dicitur: ὦ θρέμμ' ἀναιδές. *Bergl.* Mutato accentu scribas ἀναιδὲς ἔστιν. *Reisig.* I. p. 118.

570. τοὔδατος. Sic recte MSS. Vat. et Vossian. pro ὕδατος, quod priores editt. habent vacillante metro. *Kust.* θ' οὔδατος. Ita Kusterus [in textu] ex MSS. propter metrum; alias ὕδατος legitur, quod hic stare non potest, si prima syllaba in ὕδωρ semper est brevis, ut quidem apud comicum observavi. Invenitur tamen etiam producta, ut in Batrachomyomachia: ὕδατι τερπόμενος —. Si ergo et longa haberi potest illa syllaba, lectio vulgata bene habet. *Bergl.* Frob. ὕδατος: fo. ὕδατος αὖ vel θοὔδατος ut MS. *Bentl.* θοὔδατος. Sic una voce cum apostropho et accentu scriptum in A. pro τοῦ ὕδατος. Vide notam supra 277. *Brunck.* Conf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 221.

571. ὦ θεοῖς ἐχθρά. Sic recte A. [et MS. Vossian. apud Bentl.] Vulgo redundante syllaba θεοῖσιν. *Brunck.*

572. τί δὲ δὴ σὺ πῦρ. Vulgo omisso δὴ claudicat versus, in prima sede pyrrichium habens. Ran. 158.

οὗτοι δὲ δὴ τίνες εἰσίν; — οἱ μεμυημένοι.

Thesm. 608.

ἡδὶ δὲ δὴ τίς ἐστιν, ἢ τὸ παιδίον.

Harum particularum aliquoties altera excidit, ut Thesm. 889.

τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας;

Male vulgo, ut hic, τί δὲ σύ — Quae sequuntur ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων; Plauti verbis melius vertissem: *an ut humanum exuras tibi? Brunck.* Atqui particulis τί δὲ δὴ nihil nisi vehementius interrogatur et intentius. Requiritur autem adversantis particula, qua haec ad superiorem interrogationem tanquam contraria referatur. Inde scriptum efficitur ab Aristophane esse:

τί δ' αὖ σὺ πῦρ, ὦ τύμβ', ἔχων; —.

Reisig. I. p. 121. Lege τί δαὶ [ita Fl. Chr. et Elmsl. in Edinb. Review No. XXXVII. p. 87.] — σαυτόν. *Bentl.*

τί δὲ σὺ πῦρ. Legerem τί δαὶ σὺ πῦρ ὦ τύμβ' ἔχων

etc. Est autem ὦ τύμβε quasi silicernium. Sed et versu proxime praecedenti, si constare vis suis numeris, qui tetrametrum efficiant catalecticum, deleam σὺ et legam ὦ θεοῖσιν ἐχθρὰ δεῦρ'. *Fl. Chr.* τύμβοι vocantur senes, quia morti sunt vicini et sepulturae. Euripides in Medea 1209. τὸν γέροντα τύμβον. ubi scholia: τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου. Vide ibi notam Barnesii. *Bergl.* ὦ τύμβ', ἔχων. Fo. ὦ τυμβόγερον. *Bentl.*

573. ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας. Lego ἐγὼ μίαν νῆσας πυρὰν, et versu proxime sequenti ἐγὼ δὲ μίαν τὴν σὴν etc. quia antea [supra v. 270. *Bergl.*] sic locutus est, μίαν πυρὰν νήσαντες. *Fl. Chr.*

575. Frob. τοῦ μή: MS. τοῦ μέν: lege τοὐμὸν ut Gry. *Bentl.* τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει. Euripides in Andromacha v. 264. τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα. In Oreste v. 1129. εἶτ' αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον. Ita enim ibi scriptum cum circumflexo τοῦργον, etiam in Aldina editione. *Bergl.*

576. MS. et schol. οἶδά σ'. ibid. MS. σταθεύσων. Schol. σταθεύσω. *Bentl.* τῇ λαμπάδι σταθεύσω. Eadem sententia aliter infra v. 1219. μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι ὑμᾶς κατακαύσω et in Vespis v. 1528. ταύτῃ τῇ δαΐδι φρυκτοὺς σκευάσω. De verbo σταθεύειν, *ustulare*, citat scholiastes hic in Lysistr. locum ex Acharn. v. 1040. τὰς σηπίας στάθευε. ubi vide notam. Aeschylus vocem σταθευτὸς de eo, qui ardore solis torretur, usurpavit in in Prometh. v. 22. σταθευτὸς δ' ἡλίου φυΐβῃ φλογὶ χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος. *Bergl.*

577. ῥύμμα. Sordes per hanc vocem intelligit, quae etiam σμήγματα, τρίμματα et καθάρματα. Sed in hoc versu transponerem verba ultima et legerem ἐγὼ λουτρὸν παρέξω. Neque mihi dubium est quin λουτρὸν hic sit lotium, seu puellare seu virgineum, quod vocat νυμφικόν. *Fl. Chr.*

λουτρὸν ἐγὼ παρέξω. Claudicat versus, nec magis recto stabit talo, si cum Florente scribas ἐγὼ λουτρὸν παρέξω. Quod excidit pronomen repone: σοὶ λουτρὸν ἐγὼ παρέξω. *Brunck.* λουτρὸν, adde γ': at Gry. σ'. *Bentl.*

Leg. λουτρόν γ' ἐγὼ παρέξω. *Hotib.* Recte Reisigius I. p. 125.

εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρόν γέ σοι παρέξω.

380. MS. ἔτ' ἡλιάζεις: sed schol. ἡλιάξεις. δικάσεις: recte tamen ἡλιάζεις: nam futurum est ἡλιάσεις, πρὸς ἥλιον z). *Bentl.* ἡλιάξει, medium, reponendum esse censet Buttmannus gr. Gr. T. I. p. 385.

381. σὸν ἔργον, ὦ Ἀχελῶε. Haec dicens perfundit aqua senes. Ponitur enim Achelous fluvius pro aqua synecdochice *a*), ut apud Euripidem in Bacchis v. 625. δμωσὶν Ἀχελῶον φέρειν ἐννέπων. Achaeus tragicus apud Athenaeum p. 427. μῶν Ἀχελῶος ἦν κεκραμένος πολύς; *Bergl.* V. Servium ad Virgilii Georg. I. 9.

384. ἄρδω σ' ὅπως ἀναβλαστάνῃς. Si nullam exceptionem admittit Dawesii canon, *vocales breves produci semper ante consonantes medias β, γ, δ, sequente quavis liquida, praeter unicam ρ, eamque regulam tragicis cum comoediae scriptoribus communem esse.* Hoc, inquam, si usquequaque verum est, versus hic, quem ille non adtigit, aliter scribendus est. Nam ex isto canone ἀναβλαστ pes est bacchius, quem metrum iambicum non admittit: rescribendum est igitur ὅπως ἂν βλαστάνῃς, nec amplius vertere licet,

---

z) Vesp. 772, ibi editum est ἡλιάσει: sed scholiastes habet ἡλιάσεις.

a) Altera [Eumeli] Musa [quae apud Tzetzam et Eudociam Ἀπολλωνὶς dicitur], ut coniecimus, Ἀχελωὶς appellata fuit, quod nomen cognatum est cum vocabulis χέλυς et χελώνη: quae quum testam significent, indicari illo nomine videtur aqua viva, quae fit soluto tegmine glaciei. Atque hinc intelligitur etiam, qui factum sit, ut Ἀχελῶος apud Graecos de omni fluviorum et fontium aqua dici soleat: cuius rei qui hanc rationem reddunt, quod ante alios insignis hic fluvius sit, ipsi fateantur necesse est, aptae explicationis desperatione hoc commentum sibi extortum esse. Multi enim sunt alii longe maiores atque illustriores fluvii, a quibus aqua, si claritas fluviorum respicienda esset, appellari potuisset. Et vel sic eiusmodi appellatio non minus fuisset inepta, quam si quis, quod inter homines Hercules excelluisset, quemvis hominem Herculem dicere vellet. *Hermann.* in dissertat. de Musis fluvialibus Epicharmi et Eumeli p. 17.

ut regermines. Sed ego tam severas leges poetis non statuo. Quantum id fieri potuit, certum est ad prosodiae regulas, quas Dawesius sagaciter observavit, data opera comicum nostrum versus suos tornasse: sed ubi eum vis metri coegit, aliaque defuerunt verba, quibus sensus suos exprimeret, eadem licentia usus est, quam Atheniensium aures tam benigne concedebant tragicis, qui alterum e Dawesii canonibus susque deque habuerunt; illum autem de consonantibus mediis non adeo, ut ille rebatur, religiose observarunt. De his alio loco agam. Hic tria exempla satis erit produxisse. Aesch. Prom. 172. dimetrum hunc habet anapaesticum:

καίτοι μ' οὐ μελιγλώσσοις πειθοῦς.

Noster in simili metro Av. 216.

πρὸς Διὸς ἕδρας ἵν' ὁ χρυσοκόμας.

Plato comicus apud Grotium in Excerptis p. 478.

νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ γλώττη φθέγγεται b).

Vides hic secundam in *μελιγλώσσοις* corripi, quae iuxta canonem Dawesianum produci deberet: primam in *ἕδρας* produci, quae deberet corripi: *δὲ* in quarta senarii sede corripi ante *γλ*, quum produci debuisset. Non obstabit ergo canon ille, quin maneat *ὅπως ἀναβλαστάνῃς*. Aliam ob causam mihi minus placuerat vulgata lectio: scilicet quia rarissime comicus particula *ὅπως, ut*, causam finalem notante, nude sic utitur, eique fere semper adiungit *ἄν*. Vide 182. 221. 259. 267. 558. 419. 425. 539. ne plures excitem locos. Alterius tamen constructionis dantur exempla, licet multo pauciora: ut Conc. 117. *ξυνελέγημεν Ὅπως προμελετήσωμεν ἃ κεῖ δεῖ λέγειν. Brunck.* Scribo *ἀμβλαστάνῃς* pro *ἀναβλαστάνῃς*, non, *ἂν βλαστάνῃς*, quod proposuit Brunckius annotatione ad Plutum v. 455. Anapaestus enim durus est in illis Lysistratae versibus, in quibus omnibus tanquam ex tragoedia pedum quaedam tarditas versatur. *Reisig.* l. p. 59.

586. *χλιανεῖς* primam hic producit, quae corripitur in Conc. 64.

ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

---

b) Sed vide quae ad schol. in Aves 168. dicentur.

Putavi aliquamdiu scribendum esse ἔχεις, σύ γε χλιανεῖς σεαυτόν. Sed revera in χλιαίνω et derivatis incerti moduli est litera ι et poetarum arbitrio permissa. Producitur in χλιαρὸς Acharn. 975.

χρήσιμα· τἀδ' αὖ πρέπει χλιαρὰ κατεσθίειν,

Brunck. MS. [et schol.] συγχλιανεῖς. *Bentl.*

538. *Πρόβουλος.* Hic erat cum pluribus aliis ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου. Herodotus vocat eo nomine quos *Provisores* dicimus. Hi videbant ne quid ipsi novem magistratus contra rempublicam facerent. Eosdem fuisse νομοφύλακας etiam putavit magnus Budaeus. *Principes Senati* vocare possumus. Suidas in illa sua collectaneorum farragine viginti primum fuisse, deinde plures creatos scribit post cladem Siciliae, qui caverent, ne quid res publica caperet detrimenti. Eos maximus magister Aristoteles convenire magis scribit in dominatu paucorum quam in statu multitudinis, cuius rei publicae proprius ordo est βουλή, non προβουλή. Vide ipsum libr. IV. Politicon. Meminit idem τῶν προβούλων libr. III. Rhetoricorum, ubi Sophoclem πρόβουλον censuisse ait cum aliis προβούλοις, constituendos 400. archontas. Ibi Graecus interpres προβούλους esse vult eos, qui de rerum eventis consulunt et deliberant. *Fl. Chr.*

Ex hac etiam Probuli persona concludimus hoc drama prodiisse post cladem Siculam. Nam Probulus magistratus fuit extraordinarius, qui in rebus dubiis reipublicae creabatur: post infortunium vero Siculae cladis id factum est Athenis, teste Thucydide initio libr. VIII. καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσωσιν. Sic etiam Herodotus libr. VII. ait, imminente a Xerxe bello, Probulos fuisse congregatos in Isthmo, electos ex Graeciae civitatibus quae melius affectae erant. *Palmer.*

588. χοὶ πυκνοί. Sic Regius A. [et Bentl.]. Vulgo πυκινοί. *Brunck.* Σαβάζιοι. Scholiastes: οἱ ὀργιασμοὶ τοῦ Σαβαζίου. Est autem Sabazius, ut porro scholiastes docet, idem qui Bacchus, a σαβάζειν dictus barbaris, quod Graece est εὐάζειν *Evohe*, ut solent in Bacchi sacris. Vide ad Vespas v. 9. *Bergl.*

390. ὅ τ' Ἀδωνισμός. [Sic ed. Iuntina.] Legendum omnino Ἀδωνιασμός. Sic enim vel Hesychio teste dicitur lugubris nenia, quae super Adonide celebratur. Mox ubi habes ὥραισι, in Veneta editione legitur ὥραισι. Utrovis modo legas, ciccum, ut ait ille, non interduim. *Fl. Chr.* Gry. Ἀδωνιασμός. MS. Ἀδωνισμός. *Bentl.*

391. Exagitat Demostratum utpote Niciae ἀντιπολιτευθέντα, cuius amicus fuerat Aristophanes, et ob Niciae flebilem casum illum insectatur, nec patitur oblivioni dari illius pessimum consilium et infaustum rei publicae Atheniensium. Proposuerat autem Demostratus rogationem de bello Siculo die infausto, quo publice lugebatur Adonis, quod erat mali ominis. Plutarchus in Nicia lucidam facem praefert ad hunc locum intelligendum. *Palmer.*

ὃ μὴ ὥραισι c). Puto respici ad illam formulam, qua exitium alicui imprecaturi dicebant: μὴ ὥραισιν ἵκοιτο. De qua Casaubonus Animadv. ad Athen. libr. II. cap. 14. Posset autem sic suppleri oratio, ὃ μὴ ὥραισιν ἱκέσθαι ὀφείλων, aut ἄξιος ὤν, aut simili modo. Dicebant etiam ὥρας ἱκέσθαι in accusativo, quod occurrit infra v. 1058. qui locus non latuit virum summum. Ceterum Bisetus et Florens μὴ ὥραισι referunt ad πλεῖν, ut sit μὴ ὥραισι πλεῖν. *haud tempori navigare.* Sed sic transpositionem fecisset comicus vix tolerabilem. *Bergl.*

ὃ μὴ ὥραισι. Elliptica locutio, in qua verbum supplendum e trita vulgi sermone imprecatione. Ordo est sic instituendus: ἔλεγε δ' ὁ μὲν Δημόστρατος (μὴ ὥραισιν ἵκοιτο) πλεῖν ἐς Σικελίαν. Formulam hanc illustravit Casaubonus ad Athenaeum p. 112. Variata constructione occurrit infra 1037.

ἀλλὰ μὴ ὥρας ἵκοισθ' ὡς ἐστὲ θωπικαὶ φύσει.

In Aug. scriptum ὥρασι, eodem errore, quo saepe θύρασι pro θύραισι. *Brunck.* MS. ὥρας ἵμεν: an forte μὴ 'σ ὥρας: quia μὴ utrobique longum est: vid. 1036. *Bentl.* De hac formula vide praeclaram Hermanni disputa-

c) ἔλεγε δὲ μὴ 'ν ὥραισι. *Reisk.*

tionem in praefatione ad Epitomen doctrinae metricae p. XVI. sqq. ex qua ea tantum afferamus, quae ad hunc locum spectant (p. XX.): Aristophanis illud, ὁ μὴ ὥραισι Δημόστρατος, in quo ἱκέσθαι ὀφείλων, vel ἱκέσθαι ἄξιος ὤν intelligi putant, propter miram hanc ellipsin, quam quidem leniorem reddas ἰξόμενος intelligendo, nonnihil mihi suspectum est. Itaque quum edd. veteres ὥρασι praebeant, quae terminatio solet loco significando adhiberi, (vide Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 106.) videndum puto, ne ita scribendus sit versus iste:

ἔλεγον δ', ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος.

Id videri poterit in eandem sententiam sic dictum esse, quasi quis Latine dicat, iste Nontempestatibus habitans Demostratus.

395. ὑποπεπωκυῖα. Id est probe appota, ut loquitur Latinitatis eligentissimus M. Plautus. Male autem Veneta editio ὑποπεπτωκυῖα, qui error occupavit Irenam fabulam, neque a me animadversus fuit, etsi monitori Leopardo, doctissimo viro, iam dudum auscultandum fuerat, qui cap. XXIII. libr. IX. Emendationum suarum totus est in huius vocis explicatione. Quod paulo post ait de Cholozyge, nondum liquido mihi constat de sensu recto huius loci. *Fl. Chr.* ὑποπεπωκυῖα. Hanc lectionem recte defendit Flor. Christ. Nam non solum edd. vetustiores, sed etiam MSS. corrupte hic habent ὑποπεπτωκυῖα. *Kust.* ὑποπεπωκυῖα recte emendarunt viri docti, quum antea legeretur ὑποπεπτωκυῖα. *Bergl.*

ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ'. In binis Regiis ὑποπεπτωκυῖ'. Sic etiam in Aug. scripserat librarius: sed τ induxit. Hae voces alibi commutatae. In Pace 874. male vulgo legitur ὑποπεπτωκότες, ubi edidimus:

ἐπαίομεν Βραυρῶνάδ' ὑποπεπωκότες.

Brunck.

396. κύπτεσθαι. Notum in hac significatione verbum, etiam in sacris literis. Euripides in Troadibus v. 623. ἔκρυψα πέπλοις, κἀπεκοψάμην νεκρόν. *Bergl.*

ἐβιάζετο. Cogebatur omni vi intendere vocem in concione, quum vix posset exaudiri propter strepi-

tum mulierum, quem in tectis excitabant. Haec ex scholiis quamvis corruptis. *Bergl.*

397. *Χολοζύγης.* Ita vocat eum *διὰ τὸ μελαγχολᾶν*, ut scholiastes, quum alias *Βουζύγης* diceretur. Forte etiam fuit *Χολαργεὺς τὸν δῆμον*, ut Lysistratus in Acharn. v. 855. nisi forte et hic pro *Δημόστρατος* legendum *Λυσίστρατος*. Sane scholiastes non videtur legisse *Δημόστρατος*, apud quem legitur *Φιλόστρατος* corrupte, vel metro id arguente. *Bergl.* Schol. *Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο· ὃν Χολοζύγην εἶπε, διὰ τὸ μελαγχολᾶν. καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει·*

τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;
καὶ ἄλλοι. Brunck.

398. *τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν.* Sic duo Regii: mendose tamen B. *ἀπαντῶν*, errore librarii, qui utique ob oculos habuit *ἀπ' αὐτῶν*. Vulgo *τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν*. *Brunck.* MS. *τοιαῦτα π' αὐτῶν*: lege *τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν*. vid. 407. mox *ἀκολασήματα*. *Bentl.*

399. Vulgo personam huic versui praefigunt nuntii, qui nullus in hac fabula est. Ineptorum librariorum commentum est. In Aug. adscripta persona est *ἄγγελος γερόντων*: in B. [et MS. Voss. ap. Bentl.] *χορὸς γερόντων ἢ ἄγγελος*. Vere A. id quod iam ante reposueram, exhibet nude *χορὸς γερόντων*. *Brunck.*

τί δῆτ' ἂν εἰ πύθοιο. In Nub. 154. *τί δῆτ' ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους σόφισμα. Bergl.*

401. *θ' αἱματίδα.* [Sic ed. Froben.] Lege *θ' αἱματίδια*, pro *τὰ ἱματίδια*, qua ratione *θοιμάτιον* dicitur *τὸ ἱμάτιον*, et ille iocus sive adlusio apud Laertium, *ἐπ' ἀλειμμάτιον* et *ἐπ' ἀλλοιμάτιον*, hinc fluxit. Paulo post pro *ὃν ἐσκεύασας* legerem *ὅν τ'* vel *ὡς*. *Fl. Chr. θοιματίδια.* Editio Farrei [et Iuntina] *θ' αἱματίδια*, et ita quidem oportebat in plurali numero, sive *θαιματίδια*· occurrit tamen in Pl. etiam *θοιμάτια*, ut in Vespis v. 407. *Bergl.*

θαιματίδια. Sic recte tres codd. et veteres editiones. Perperam Kusterus edidit *θοιματίδια*. *Brunck.*

403. *ἁλυκόν.* Sic rescripsimus fide MSS. Vat. et

Voss. *d*) pro *ἁλυκῶ*, quod priores editt. habent. Est autem *ἁλυκὸς marinus*, quod epithetum apte hic Neptuno tribuitur. *Kust.* *ἁλυκόν*. Sic recte rescripsit Kusterus fide MSS. pro *ἁλυκῶ*, quod quaedam editt. habent. Editio Farrei tantum alio spiritu *ἁλυκόν*. Est autem *ἁλυκὸς Ποσειδῶν, ὁ θαλάσσιος*. Vide ad Nubes v. 83. *Bergl.* Frob. *Ἁλύκω*. MS. et schol. *Ἁλυκόν*. Hesych. *Ἁλικούων, ὁ Ποσειδῶν. Σώφρων:* ubi Gyraldus *Ἁλικλύων*. *Bentl.*

407. *ἐκ τῶν δημιουργῶν*. MS. uterque recte et eleganter *ἐν τῶν δημιουργῶν*, i. e. *in opificum officinis* vel *aedibus*, subintellecta nimirum voce *οἴκος* vel *ἐργαστήριον* etc., quam ellipsin in Atticis esse frequentissimam, vel mediocriter in his literis versati non ignorant. Confer comicum nostrum Eccles. 420., ubi simile loquendi genus, *ἐς τῶν σκυλοδεψῶν*, occurrit. Longe ergo a vero huius loci sensu diversa abit doctissimi Florentis Christ. versio, quae sic habet: *nam sic opifices saepe compellant viri.* Mox in versu seq. pro *ἐσκεύασας* MS. Voss. rectius habet *ἐπεσκεύασας*. Eam enim lectionem metrum requirit. *Kust.* *ἐκ τῶν δημιουργῶν*. Verti, quasi esset *ἐν τῶν δημιουργῶν*, ut quidem Kusterus in MSS. invenit. Subauditur autem *ἐργαστηρίοις* sive *οἴκοις*, ut in Ecclesiaz. v. 420. *ἐς τῶν σκυλοδεψῶν*. Retinui tamen *ἐκ*, quod in ceteris est editt. praeter Kusterianam, quia etiam stare potest: aut enim dicitur pro *τοῖς* sive *τισὶν ἐκ τῶν δημιουργῶν*· aut potius *λέγομεν ἐκ τῶν δημιουργῶν* dicitur, ut in Equit. v. 462. *σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις; Bergl.*

ἐν τῶν δημιουργῶν. Nihil frequentius apud quosvis scriptores hac ellipsi nominis *οἶκος*, vel *ναὸς*, quando de diis agitur. Sic infra 622. *εἰς Κλεισθένους*. 1064. *εἰς ἐμοῦ*. Conc. 420. *ἐς τῶν σκυλοδεψῶν*. Ran. 69. et 118. *εἰς Ἄιδου*. Plato initio libri I. de Republica: *ἦμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου:* ad quem locum in editione Cantabrigiensi hominis parum Attici legitur haec annotatiuncula: *ΑΤΤΙΚΩΤΕΡΟΝ legas ΤΟΝ ΤΟΥ.* Ceterum tres mei codd. habent *ἐν τῶν*, ut recte

d) Add. Bekker. Anecd. T. I. p. 385.

Kusterus e duobus aliis edidit, quorum, in formula pueris etiam notissima, ne quidem requirenda erat auctoritas. Berglerus tamen mendosum veterum editionum ἐκ retineri voluit, absurdissimis argumentis, ut sunt eius alia permulta. *Brunck.*

408. τὸν ὅρμον, ὃν ἐσκεύασας. Pro τοῦ ὅρμου, ὃν ἐσκεύασας, Attice, ut ait scholiastes. Ceterum pro ἐσκεύασας lege ἐπεσκεύασας, metri causa, ut in MS. Vossiano invenit Kusterus. *Bergl.* Lege ὃν γ': sed MS. [et schol.] ὃν ἐπεσκεύασας. *Bentl.*

ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον, ὃν ἐπεσκεύασας. Sic duo Regii: vulgo, claudicante metro, ἐσκεύασας. Sincera lectio Kustero innotuerat e cod. Vossiano, eamque in eadem nota commendat, qua dicit se e duobus codicibus superiori versu ἐν pro ἐκ reposuisse. Quidni ergo etiam ἐπεσκεύασας in textu reponebat? Hoc non minus quam illud certum est. Aug. pravam exhibet editionum lectionem. Scilicet observasse operae pretium erit ridiculum multorum librariorum morem, qui compendii ergo praepositiones verbis adhaerentes, maxime si eas ad sensum nihil conferre arbitrarentur, omittere solebant: quod quidem in solutae orationis scriptoribus haud permagni momenti est; at in poetis multos bonos versus perdidit haec socordia. Infra 615. ubi recte edidi:

ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τριὶ ἐπεσκευασμένα.

Ex eadem causa atque hic legitur vulgo cum metri labe ἐσκευασμένα. In Thesm. 951. ubi edidi:

ἐς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος.

Legitur vulgo ruente metro ξυνευχόμενος. E similibus exemplis didicerunt critici mendas, codicibus quos versant antiquiores eluere, pro simplicibus verbis composita reponendo; quod saepe a nobis factum videbitur: ut Ran. 1517. διασώζειν pro σώζειν. Thesm. 658. διαθρῆσαι pro ἀθρῆσαι. Nub. in versu foede corrupto 526. διαθρῶ pro ἀθρῶ. Ibid. 987. προδιδάσκεις pro διδάσκεις. Vesp. 586. κατακλαύσαντες pro κλαύσαντες. Ibid. 565. παρισώσῃ pro ἰσώσῃ: aliisque in locis, ubi emendationum reddetur ratio. Sic Apollonio III. 517. ὑποπτήσσεσθαι restitutum pro πτήσσεσθαι. *Brunck.*

410. ἢ βάλανος. Hesychius recte τὰς βαλάνους ex-

ponit τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων περὶ τὸν τράχηλον. Sed quia βάλανος etiam pro parte obscena accipitur plerumque, videtur comicus eo alludere voluisse et in voce τρήματος intellexisse illam Sotadicam τρυμαλιὰν, εἰς ἣν τὸ κέντρον ὠθεῖται. Quod autem ait postea τὴν βάλανον εὐάρμοσον vel potius divisim εὖ ἄρμοσον, quis negare ausit huc respexisse comicum Latinum, quum dixit Menaechmis, *iubeantque novum spinther reconcinnarier*. *Fl. Chr.* Est ambiguum: nam accipitur etiam pro obscena corporis parte. Sic ludit in ambiguitate vocis huius Machon apud Athenaeum p. 577. ubi dicit Demetrium regem Lamiae meretrici omnis generis unguenta dedisse olfacienda, quumque omnia fastidisset Lamia, eum manu sibi fricuisse veretri glandem, eamque sic Lamiae naribus admovisse, dicentem: ἀπὸ βαλάνου τοῦτ' ἔστι, Λαμία, βασιλικῆς. Est enim et νάρδος βασίλειος, quae fit ex myrobalano. *Bergl.*

ἐκ τοῦ τρήματος. Perperam Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.] ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor istius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidisse? sed ineptum hoc est. Nemo non videt quo adludat comicus. In Conc. 625. [quem locum attulit *Bergl.*] προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. *Brunck.*

412. πάσῃ τέχνῃ. Scholia παντὶ τρόπῳ. Saepe occurrit. *Bergl.*

413. εὖ ἄρμοσον. Citat hunc locum Suidas v. πάσῃ τέχνῃ, qui pro εὖ ἄρμοσον rectius habet ἐνάρμοσον. *Kust.* Frob. εὐάρμοσον. MS. εὐάρμοσον et Suid. in πάσῃ τέχνῃ. *Bentl.* ἐνάρμοσον. Sic tres codd. Editiones priscae εὐάρμοσον, eadem erroris causa, ob quam supra observatum v. 398. ἁπαντῶν pro ἀπ' αὐτῶν: quia ν et υ facillime permutantur. *Brunck.*

416. τοὺς πόδας. Lege cum MS. utroque τοῦ ποδός. Constructio enim loci huius ita se habet: τὸ ζυγὸν πιέζει τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς τῆς γυναικός μου. id est, *lorum* (sive *corrigia*) *sandalii premit digitum minimum pedis uxoris meae*. *Kust.* τοῦ ποδός. Ita in MSS. invenit Kusterus; aliae editt. τοὺς πόδας, minus recte. *Bergl.*

Legendum sententiae et metri gratia:

Ὦ σκυτοτόμε, τῆς μου γυναικὸς τοῦ ποδὸς
Τὸ δακτυλίδιον ἐν πιέζει τὸ ζυγόν,
Ἄθ' ἁπαλὸν ὄν.

Τοῦ ποδὸς, ut recte edidit Kusterus, non *τοὺς πόδας*, quia utriusque pedis non unum digitum, unam corrigiam, dici oportuisset, sed plures; *δακτυλίδιον ἐν* tum versus causa, siquidem *δακτυλίδιον* a *δάκτυλος* derivatum necessario mediam corripit, quod vidit Brunckius; tum magis etiam propterea, quod non unus scilicet pedi digitus est, et unum tantummodo unius pedis pressum homo significat: nam quod Vesp. 277. similiter dicere videtur *τὸν δάκτυλον*, ambiguum captans id fecit in viro. vid. glossator Brunck. ad Nub. 654. *Hotib.*

417. *e*) *δακτυλίδιον*. Diminutivorum in *ιδιον* penultimam alia corripiunt, alia producunt. Diversitatis causam patefacit Dawesius Misc. Crit. p. 214. Sed vereor ut eius ratio hic locum habere possit. Nam *δακτυλίδιον digitulus* a *δάκτυλος* fluit, ut *ἀδελφίδιον* ab *ἀδελφός*. Non enim derivatur a *δακτύλιος anulum* significante. Aut dicendum *δακτυλίδιον* derivatum a *δακτύλιος* tam *digitulum*, quam *anulum* significare. Sed sunt haec, *quod dici solet*,

gerrae germanae, atque edepol λῆροι λήρων.

Certum est antepenultimam in *δακτυλίδιον* hic produci, et *parvum digitum* hoc diminutivo significari. *Brunck.*

Duplex mendum. Primo *τῆς μου γυναικὸς* est soloecismus. Deinde, pace Brunckii dixerim, si *δακτυλῖδιον* media longa profers, *annulum* sonat, si brevi *δακτυλίδιον*, *digitulum*. Lege igitur, — *τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς Τοῦ τῆς γυναικός μου* —. *Porsonus* apud Kidd. ad Dawes. Miscell. p. 384.

422. *ὅπως κωπῆς ἔσονται*. Aut falli me necesse est,

---

e) *πιέζει τὸ ζυγόν*. Explanat Hesychius, quum ait *ἰμάντα* esse, *παρακείμενον τοῖς δακτύλοις ἐπὶ τῶν σανδαλίων*, sed addit Suidas, *πλαγίοις δακτύλοις*. Mox quum ait *ἐκπορίσας*, intellige *ἐξανύσας*. *Fl. Chr.*

quod saepe nimis accidit, aut innuit de trierarchia. Nam qui istud muneris obibat et ad navale bellum necessaria suppeditabat, *τριηραρχεῖν* dicebatur, victum autem remigibus sufficiebant trierarchi. *Fl. Chr.* Nempe classes et triremes erant instruendae ad bellum de pecunia illa publica, quae erat in arce; sed a mulieribus provisum est, ne id fieri possit: nam arcem occuparunt. Vide mox v. 499. Ceterum *κωπῆς* Attice pro *κωπεῖς*. *Bergl.* Vid. Elmslei. ad Acharn. p. 151.

423. *ἀποκέκλεισμαι τῶν πυλῶν.* Timocles comicus apud Athenaeum p. 567. *τῆς θύρας ἀπεκλεισμην*. *Bergl.*

424. *οὐδὲν γὰρ ἔργον ἑστάναι.* In Avibus 1308. *οὐκ ἄρα μὰ Δί' ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἑστάναι.* *Bergl.*

426. *ποῖ κέχηνας.* Hic versus trimeter est trochaicus catalecticus. Tamen si *ποῖ* exsulare facis, aut *παρεπιγραφῆς* locum obtinere vis, similis erit versus ceteris trimetris iambicis. Mox vero pro *ὑποβαλόντε* lege *ὑποβαλόντες*. Versus autem ille *οὐ γὰρ μοχλῶν δεῖ*, nisi fallit me memoria, parodia est versus Euripidae. *Fl. Chr.*

ποῖ κέχηνας — Metri gratia scribendum est *τί κέχηνας*, ut recte habent MSS. Vatican. et Vossian. *Kust.* Bisetus et MS. *τί κέχηνας;* lege *ποῖ κῆχος:* vide Etymol. in *ποῖ κῆχος* [p. 682, 52.]: ubi Aristophanem citat. *Bentl.*

ποῖ δὲ σὺ βλέπεις; Sic ambo Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.]. Vulgo *ποῖ δ' αὖ σύ.* [Quod revocandum: v. Reisig. I. p. 121.] Iidem initio versus exhibent *τί κέχηνας*, quod bene Kusterus reposuit, quum priores editiones iugulato metro haberent *ποῖ κέχηνας*. *Brunck.*

427. *οὐδὲν ποιῶν ἄλλ' ἢ* — Sic Aug. quod vix memoratu dignum est. Potior est haec scriptura, ea quam vulgati libri exhibent *ἀλλ' ἤ:* qua de re videndus, si tanti est, novissimus auctor de Part. Gr. *Brunck.* Recte habet *ἀλλ' ἤ*. Vide Heindorf. ad Platonis Protagor. p. 622.

428. *ὑποβαλόντες.* Vulgo *ὑποβαλόντε.* Pluralem praeferunt tres codd. [et MS. Voss. ap. Bentl.]. Men-

dose tamen in B. ὑποβαύνες, unde nihilominus liquet de terminatione vocis, quam scribere debuit librarius. *Brunck.*

μοχλούς. Euripides in Iphig. Taur. v. 99. ἦ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς; Hinc μοχλεύειν. Euripides in Herc. fur. v. 999. σκάπτει, μοχλεύει θύρετρα. Et in Medea v. 1317. τί τάσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας; *Bergl.*

429. ἐνθενδὶ δ' ἐγώ. Vulgo claudicante metro ἐνθένδ' ἐγώ. Illud se cuivis facile obtulisset: iamdudum a me repositum postea confirmavit Regius A. Minus emendate in B. ἐνθένδε δ' ἐγώ. *Brunck.* Lege ἐντεῦθεν δ' vel ἐνταυθοῖ δ' vel ἐνθαδὶ δ'. MS. ἐνθένδε δ'. *Bentl.*

430. MS. ἐκμοχλεύετε. *Bentl.* Hoc Brunckius edidit tacite. Legebatur ἐκμοχλεύσετε.

435. ποῦ 'σθ' ὁ τοξότης. Erant τοξόται Scythae liturgi, ministri publici, custodes urbis, olim mille numero, medium incolebant forum, casasque vel σκηνὰς illic structas habebant. Postea transierunt in Areopagum, vocabanturque non solum Scythae sed etiam Speusinii a Speusino quodam, qui eos constituerat. *Fl. Chr.*

436. Male hunc locum vertit Berglerus, quem incaute secutus sum: *quamvis publicus sit minister.* Nihil tale in Graecis. Reddendum potius erat: *quum sit publicus minister.* Sed ne is quidem verus est sensus. δημόσιος hic summi contemtus est appellatio, tantumdem valens ac κάθαρμα, vel φαρμακὸς, qua significatione occurrit Eq. 1136. Verterim: *Per Dianam iuro, flebit, si mihi primorem manum admoverit scelus. Brunck.* in Supplem.

437. F. ξυναρπάσεις. Non enim succurrit exemplum medii huius verbi pro activo usurpati. *Reisk.*

438. καὶ σὺ κ. τ. λ. Puto haec verba continuari ab hypereta vel ministro et dirigi ad alterum τοξότην. *Fl. Chr.*

439. νὴ τὴν Πάνδροσον. Mulieris nomen est apud Suidam. Hic vel Luna est vel Matuta, fortassis sic dicta quia rosida et πανάπαλος. Cyprii tamen δρόσους vocant ἀχρείους. Sane puto Artemin tantum intelligi

etiam per epitheta sequentia *Φωσφόρον* et *Ταυροπόλον*. Tamen Minerva etiam dicta est *ταυροβόλος*. Euripides autem Artemin dixit *Φωσφόρον*, quamvis hac voce proprie indigitetur stella Veneris Luciferque dicatur. *Fl. Chr.* Scholia: *Θυγατέρες Κέκροπος Πάνδροσος καὶ Ἀγραύλη. ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται. Bergl.*

μόνον. MS. *μόνην. Bentl.*

440. *ἐπιχεσεῖ πατούμενος.* Quia alloquitur *ὑπηρέτην*, suspicor hoc de industria dictum. Vocabatur autem *ἀμίς* vel familiarica sella etiam *ὑπηρετήσιον*, quamvis proprie magis sit locus ubi remiges sessitant. Hoc autem genere loquendi usus est in alia fabula Aristophanes: *πατούμενοι ὑπὸ τοῦ γέροντος πολλαπλασίονα χέζομεν. Fl. Chr.* Locus est in Equit. 70. *Bergl.*

441. *ποῦ 'στιν ἕτερος τοξότης; ubi est alius sagittarius?* Sic bene Berglerus, a quo hic temere descivi. *ἕτερος* apud comicum nostrum nunquam aliud valet, quam *ἄλλος*. Ubi de duobus sermo est, et *alter* significari debet, tum *ἕτερος* comitem sibi adiungit articulum, *ὁ ἕτερος*, vel *ἄτερος*. Nec causae erat quidquam cur Kusterus in indice observaret *ἕτερον* pro *ἄλλον* usurpari. Id enim perpetuum est, ut nullibi *ἕτερον* nude sine articulo reperias, quando e duobus alter significatur. Ran. 1415. *τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει.* Nub. 114. *τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν.* Eq. 174. *τὸν δ' ἕτερον εἰς Χαλκηδόνα.* Ach. 117. *τοῖν μὲν εὐνούχοιν τὸν ἕτερον τουτονὶ ἐγῷδα.* Thesm. 227. *τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων. Brunck.* in Supplem.

443. *Φωσφόρον.* Scholia: *τὴν Ἄρτεμιν οὕτως ἐκάλουν, ἐπεὶ δαδοῦχος ἡ αὐτὴ τῇ Ἑκάτῃ.* Dianam *φωσφόρον θεάν* vocat Euripides in Iphig. Taur. 21. Hecaten *φωσφόρον* vocat etiam Thesmoph. 865. *νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον.* Ubi vide notam. *Bergl.*

444. *κύαθον αἰτήσεις τάχα.* Minatur illi verbera. Ita, inquit, pugnorum velitatione contusum te faciam, ut necesse sit tibi cyatho vel cotyla, quam supponas oculis tuis, ut detumescant. Sic dixit in Pace de urbibus: *ὑπωπιασμέναι καὶ κυάθοις προσκείμεναι.* Vide, si operae putas pretium, quae illic iam dudum nota-

vimus. Hic autem locus sic apud Suidam explanatus reperitur: *ἵνα — θεραπεύουσι.* i. e. cyathum posces, quod maxillis tuis apponas, ita nos te supprimemus et verberibus tundemus. Nam cyathum vel cotylam calore implent et tumoribus applicant, sicque medicinam faciunt. *Fl. Chr.* Vide Suidam v. *κύαθος* et nos ad illum locum. *Kust.* Metonymia consequentis pro antecedente. Suidas ad hunc locum: *κύαθον — ὑπωπιασθήσῃ — θεραπεύουσι.* In hoc loco Suidae scripsi *ὑπωπιασθήσῃ* pro vulgata *ὑποπιεσθήσῃ.* De hac medela tuberum comicus in Pace 541. Haec loca nec alios latuerunt. Ceterum infra 475. similis et metonymia et idem sensus: *κυλοιδιᾶν ἀνάγκη. Bergl.*

κύαθον, cucurbitulam. Suidas ex integrioribus ad hunc locum scholiis: *κύαθον αἴτησείς τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γνάθοις. οὕτως τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκολλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι.* Graeci medici *σικύας* vocant, nos Galli, *ventouses*, caliculos illos, qui cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam in Pace 541.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι.

Brunck.

446. *παύσω τιν' ὑμῶν.* Ita posuit vocem *τὶς* et in Nubibus 1494. *κἀγώ τιν' αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω. Bergl.*

447. *Ταυροπόλον.* Euripides in Iphig. Taur. 1457. *Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.* Locum citavit Bisetus. *Bergl.*

448. *ἐκκοκκιῶ σου — τρίχας.* In eadem re utitur verbo *ἐκποκίζειν* in Thesmoph. 574. *ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας.* Verbum *ἐκκοκκίζειν* occurrit supra v. 564. ubi vide notam. *Bergl.*

στενοκωκύτους τρίχας. Sic lege *στενοκω.* per *o* parvum. Significat autem haec vox comam vel crines, in quibus *στενάζει ἡ τιλλομένη*, plorat quae scinditur et vellitur. Quid sit *ἐκκοκιεῖν* (pro *ἐκκοκκιεῖν* dixit, sed alterum kappa exemit metri causa) diximus in Pace idem esse, quod Gallofranci dicimus *egrainer*, posse-

mus Latine exciccare, quia ciccus κόκκος. Sed hic dixit ἐκκοκιῶ ἀντὶ τοῦ ἐρημώσω, vel potius ἐκτιλῶ et ἀνασπάσω. *Fl. Chr.*

450. Repone, οὐδέποτέ γ' ἡσσητέα. *Elmsleius* ad Acharn. p. 61. Conf. Sophoclis Antigon. 678.

451. ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς. Particula ὁμόσε de concursu hostili solet usurpari. Thucydides libr. II. in oratione Periclis altera: ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. *Bergl.*

455. τέσσαρες λόχοι. Ad hunc locum respexit Hesychius v. λόχοι Λακεδαιμονίων. Vide etiam schol. supra ad Acharn. 1073. Suid. v. λόχος, et Meurs. Lect. Attic. lib. I. c. 16. *Kuster.*

Non placet quod grammatici Graeci aliique hos secuti putant haec dici respectu Laconicarum cohortium. Potius putem comicum more suo ludere in voce, quia λοχεύειν etiam mulieres dicuntur; nempe quum sunt puerperae. *Bergl.*

τέτταρες. Sic Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.]. Vulgo τέσσαρες. Hesychius: λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτταρες. Ad quem locum vide interpretes. Argutatur hic Berglerus iocum ex ambiguo quaerens, qui prorsus esset inficetus. Adludit comicus ad notissimas Lacedaemoniorum μόρας. Vide Meursium Att. Lect. I. 16. *Brunck.*

457. Citat hunc locum Suidas v. ὦ σπερμαγ. *Kust.* σμερμαγ. Epitheton fictum et factum e mulieribus, quae vendunt in foro omne genus semina, ova, pisa et olera, sequens ex alliis, caupona et pane. In Pluto vel Divite fabula supra omnes mulieres clamosas existimat τὰς πανδοκευτρίας et λεκιθοπωλίδας. Euripidis matrem λαχανοπωλίδα fuisse dicunt vel saltem σκανδοκοπωλίδα, i. e. olera vendidisse vel scandicem, quam cichorii speciem fuisse liquet ex Theophrasti historiarum libr. VII. cap. 10. ne diutius grammatici crucem sibi figant in ignotae herbae explicatione, ut nos docuit maximus in republica literaria dictator Iulius Caesar Scaliger. Est autem mihi monendus lector de secundo versu ὦ σκορόπανδο. [ut ed. Iuntina et aliae veteres] legendum videri ὦ σκοροδοπανδο. *Fl. Chr.*

Frob. σκοροπαν — MS. σκοροδοπαν — et Suid. in ὦ σπερμ. — *Bentl.*

459. οὐκ ἐξέλκετ', οὐ παιήσετε. Sequor Venetum exemplar quod habet ἐξέλθετ', sed lego οὐ 'ξέλθετ' pro οὐκ ἐξέλθετε, ut metrum habeamus integrum, nisi mavis οὐκ ἔλθετ'. Sed quod ait παιήσετε, notandum est etiam παίειν esse πᾶν ὁτιοῦν συντόνως ποιεῖν, ut in Acharnensibus usus est hic noster. Dicebant autem Attici παίσω et παιήσω, ut in Nebularum fabula [1125.], τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν. Mox ubi habes πολλήν γ' ἐὰν πλησίον, legerem πολλὴν ἐάν γε πλησίον. *Fl. Chr.*

οὐκ ἐξέλκετ'. Versus recto non stat talo. Quare ex MS. Vossiano rescribendum est: οὐχ ἕλξετ', οὐ παιήσετ' etc. *Kust.* Kusterus in editione sua οὐχ ἕλξετ', οὐ — ex MS. Vossiano, ut ipse ait. Bono quidem sensu, sed tamen debebat pristinam lectionem retinuisse potius, licet vitiosam et metrum corrumpentem. Nam potuit forte comicus scripsisse ἐξέλθετ', i. e. *egredimini.* In editione certe Farrei est οὐκ ἐξέλθετ', οὐ — quod si ergo particula negativa priore loco deleatur, et metro et sensui non minus consultum est. Nam Florens non est audiendus, qui οὐ 'ξέλθετ' esse scribendum putat, pro οὐκ ἐξέλθετε. Quis enim diceret interrogans, *nonne exite? Bergl.* Frob. ἐξέλκετ': MS. ἕλξετ'. fo. οὐκ ἔξιτ': al. οὐ 'ξέλθετ'. Gry. οὐκ ἕλκετ': Suid. οὐκ ἐξελήσετ'. *Bentl.*

παιήσετ'. Futurum est verbi παίω Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125.

ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν. Sic Eq. 98. κατακλινήσομαι. Thesm. 655. οἰχήσεται. Vesp. 222. βαλλήσομεν. Pl. 21. τυπτήσεις: aliaque. — οὐχ ἕλξετ' habent duo Regii, quod e Vossiano bene reposuit Kusterus. Aug. et Iuntina ἐξέλκετ', quod inepte Veneti typographi mutarunt in ἐξέλθετ'. *Brunck.*

οὐκ ἀρήξετε; Wakefieldus in Silva critica I. p. 155. corrigit οὐκ ἀράξετε;

461. Probuli, non feminarum. Imperat arcitenentibus suis recessum. *Reisk.*

παύσασθε. Hoc ad mulieres, quae viros terga

dantes persequebantur. *Bergl.* Frob. *παύσεσθ'*: lege *παύσασθ'*, et sic MS. vel *παύεσθ'*. *Bentl.* *παύεσθ'*. Sic Aug. Vulgo *παύσασθ'*. *Brunck.* *παύεσθ'; ἐπαναχωρεῖτε: μὴ σκυλεύετε;* Ita haec scribendum, quae vulgo affirmativa satis inepte accipiuntur. *Hotib.*

465. *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* Sensus exigit ut scribatur *νὴ τὸν Ἀπόλλω*, ut recte habet MS. Vatic. P. Probulus enim hic non negat, sed affirmat multum bilis feminis inesse. *Kuster.*

Hic etiam retinui pristinam lectionem. Kusterus in sua editione *νὴ τὸν Ἀπόλλω*, quod habere dicit MS. Vat. Pal. quia *μὰ* sit negativa particula, quae hic locum habere non potest. Verum quidem est, negativam esse illam particulam plerumque et apud comicum vix ullibi aliter occurrere, nisi forte hic; invenitur tamen et affirmative, ut apud Aristaenetum epist. 10. libr. I. *μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι.* apud Alciphronem libr. II. epist. 4. *μὰ τὴν Καλλιγένειαν ἐν ᾗ νῦν εἰμι κατέχαιρον, ὦ Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γινομένη.* ubi vide notas meas. *Bergl.*

νὴ τὸν Ἀπόλλω. Sic duo Regii, quod e Vat. bene reposuit Kusterus, eiecto spurio *μὰ*, quod erat in prioribus editionibus. At hoc revocavit Berglerus, licet fateatur, *particulam illam negativam esse, et apud comicum vix ullibi aliter occurrere, nisi forte hoc in loco.* Cur ergo veteri codici, cui maior quam denis editionibus, etiamsi omnes Farreanae essent, fides habenda, noluit obsequi? Quia scilicet apud Aristaenetum et Alciphronem *μὰ* affirmans occurrit. Tanquam si ad normam recentiorum et vix balbutientium Graeculorum exigendus esset Aristophanes. Una est illa ex multis Bergleri notulis, quas ille procul dubio retractasset, quasque peritus emtor, qui famae illius consultum voluisset, plane suppressisset. *Brunck.*

Particula *μὰ* non apud comicum solum, sed apud quosvis Atticos scriptores, aliorumque probatissimos, semper in *negatione* adhibetur; nunquam in *affirmatione*, nisi comitem *ναὶ* adiunctam habeat, cui tum vis omnis inest, ut Pl. 187. ubi quaerenti Pluto,

ἐγὼ τοσαῦτα δυνατός εἰμ' εἷς ὢν ποιεῖν;

respondet Chremylus:

καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῷ πλείονα.

Sed *μὰ* sine *ναὶ* apud veteres non affirmat. Afferuntur in contrarium exempla pauca e Plutarcho, Luciano, Libanio, aliisque recentioribus. Vide Thomam M. in *μὰ* et Luciani interpretem T. II. p. 718. et 767. Sed praeterquam nihil ista ad Aristophanem faciunt, illorum forte locorum plures aliter quam vulgo in bonis codicibus exstant. Miror a nemine in exemplum adductum fuisse prioris aetate et auctoritate potioris Callimachi Epigr. XII. (edit. Batavae XLV.) cuius ultimum hoc est distichon:

ὦπτηται μεγαλωστὶ, μὰ δαίμονας. οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Vertit interpres: *Torretur vehementer per deos: non de tramite aberro coniectura; furis vero vestigia ipse fur novi.* Sed prava est versio, et lectio, et interpunctio. Sic distingui et scribi oportuit:

ὦπτηται μέγα δή τι. μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

μὰ δαίμονας ad sequentem negationem pertinet, ut apud comicum millies. *Non, ita me dii ament, falsa coniectura ducor.* Vel *ab eius figura tantum coniecturam facio: sed furis vestigia fur ipse novi.* *ῥυσμὸς figuram* significat, ut ostendit Menagius ad Diog. Laert. p. 415. Denique in membr. Vaticanis scriptum est *μεγάλη τι*, unde alii *μεγάλως τι* fecerunt, alii *μεγαλωστί:* perperam. Emendandum erat *μέγα δή τι*, quod coniectura adsecutum est Bentleii acumen, cui nos stolidi morem non gessimus. Lineola tantum differunt *ΜΕΓΑΔΗΤΙ* et *ΜΕΓΑΙΗΤΙ*. Membranae Vat. menda orta ex frequenti commutatione literarum *Α. Λ. Δ.* cuius aliud exemplum est in nota ad Thesm. 456. Istuc *μέγα δή τι* Callimacho in deliciis fuisse ostendit Princeps Criticorum. Sic Strato Epigr. XXII. *καῦμά μ' ἔχει μέγα δή τι.* et Epigr. XLII.

καὶ μὴν καὶ τὸν, ὅτ' ἐστὶν ἐν ἀγκάσιν, εὐθὺ θέλοντα,
καὶ παυέχοντα χύδην, οὐ πάνυ δή τι φιλῶ.

Brunck in Addendis.

466. In MS. Vat. P. versus hic rectius sic legitur:

πολλὴ γ', ἐὰν περ πλησίον κάπηλος ᾖ.

Kuster. πολλήν γ' ἐὰν: Insere γε· vel τις. Fl. Chr. πολλὴν ἐάν γε. MS. ἐάνπερ. *Bentl.* Tunc multum bilis inesse dicit mulieribus, si prope sit caupo, apud quem divertentes potent et ebriae rixentur. In Thesmoph. v. 747. dicit mulieres esse μέγα καπήλοις ἀγαθόν. *Bergl.* πολλήν γ' ἐάν περ. Duo Regii πολλή γ' ἐάν περ. Aug. πολλήν γ' — quod congruum est. Repetendum enim ex interrogatione verbum οἶμαι. Vulgo πολλὴν ἐάν γε — *Brunck.*

467. ὦ πόλλ' ἀναλώσας ἔπη. Sophocles in Aiace 1292. aut 1281. ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ' ἔπη. ibid. 1072. aut 1060. τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον; Euripides in Medea 325. λόγους ἀναλοῖς· οὐ γαρ ἂν πείσαις ποτέ. *Bergl.*

Πρόβουλε τῆσδε γῆς. Aeschylus in Septemthebana 1014. δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως. eosdem ibi mox προστάτας Καδμείων vocat v. 1034. *Bergl.* Πρόβουλε τῆσδε τῆς γῆς. Sic bene Kusterus [et Bentleius] ex nescio cuius emendatione. Tres codd. cum Iuntina aliisque veteribus τῆσδε γῆς, mutilo versu. *Brunck.*

468. εἰς λόγον. MS. Vat. P. ἐς λόγους. *Kust.* Probarunt hoc Brunckius et Porsonus ad Euripidem p. 500.

470. καὶ ταῦτ' ἄνευ κονίας. Absque sordibus: nam κονία et κονίον et κόνιτρον accipitur plerumque ἀντὶ τοῦ ῥύπους. Paulo post ubi habet κοιλιδιᾷν, lege κυλοιδιᾷν, ut est apud Theocritum primo idyllio, quum de senibus loquitur fractis ocello patrante, ut dixit satyricus Persius. Et quum ait λυποῦσα μηδέν, intelligo μηδένα. Quod vero ait βλίττειν, hoc verbum est mel e favis eripere. Mox distinguo ἀνεκτὰ τάδ', ἀλλὰ β. *Fl. Chr.*

471. οὐ χρὴ προσφέρειν. Supra v. 438. *Bergl.*

472. κοιλιδιᾷν. Id est ὑπώπια ἔχειν, φέρειν. Per metonymiam consequentis pro antecedente intelliguntur verbera. *Bergl.* κυλοιδιᾷν. Vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 169.

476. ὦ Ζεῦ extra versum: vid. 541. *Bentl.* χρησόμεσθα. Sic duo Regii. Vulgo χρησόμεθα. *Brunck.*

476. — 483. His versibus respondet antistropha 541. — 548. Stropham Reisigius l. p. 176. sic emendat:

ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς f) κνωδάλοις;
οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδε γ'· ἀλλὰ g) βασανιστέον
τόδε σοὶ τὸ h) πάθος
μετ' ἐμοῦ γ' i), ὅ,τι βουλόμεναί ποτε τὴν
Κρανάαν κατέλαβον,
ἐφ' ὅ,τι τε μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν,
ἱερὸν τέμενος.

Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 585.:

ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις;
οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδε γ'· ἀλλὰ βασανιστέον
τόδε σοὶ τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ
ὅ τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κρανάαν
κατέλαβον, ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρον, ἄβατον
ἀκρόπολιν, ἱερὸν τέμενος.

Primi duo versus cretici sunt, quorum prior anacrusin habet. Tertius et sextus anapaestici dimetri brachycatalecti, reliqui duo acatalecti. — Haec *Hermannus.*

Ζεῦ, τί ποτε
χρησόμεθα
τοῖσδε τοῖσι κνωδάλοις;
οὐ γάρ ἐστ' ἄνεκτα [sic] *ταῦτ'· ἀκρόπολιν*
ἀλλὰ βασαν-
ιστέον
τόδε σοὶ τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ,
ὅτι βουλόμεναί ποτε τὴν
Κρανάαν κατέλαβον,
ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρ-
ον ἄβατον
ἱερὸν
τέμενος.

V. 4. Vulgo *τάδ'*: at *ταῦτα* tuetur Thesm. 565. *ταῦ-*

---

f) Brunckius metri non intelligens scripsit *τοῖσι* et *χρησόμεσθα. Reisig.* In editionibus ante Brunckium *τοῖσιν* scriptum est. *τοῖς* etiam Bentleius correxit.

g) In antiquis exemplaribus est: *οὐ γάρ* (vel *γὰρ*) *ἔστ' ἀνεκτὰ τάδ'. ἀλλὰ —. Reisig.* Bentleius correxit: *οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδ' ἐστ', ἀλλὰ —.*

h) Articulus *τὸ* est in Iuntino libro et reliquis exemplaribus vetustis typis impressis, et MS. libro Ravennate. Tacite omisit Brunckius: non solum contra metri leges, sed etiam praeter Attici sermonis consuetudinem. *Reisig.*

i) Pronomini adiunxi particulam *γέ*, ut hiatus tolleretur. *Reisig.* p. 186.

τα δῆτ' ἄνεκτ' [sic] ἀκούειν. V. 7. τὸ male omisit Brunckius. Vid. Reisig. Coniect. p. 177. qui cantum hunc et sequentem pro antistrophis habet.

541. et sqq.

ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἄν γ' ὀρχουμένη κάμοιμ',
οὐδὲ τὰ . . . . . γοῦνα κό-
πος ἕλοι με . . . . . καμάτηρος [sic].

ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι
μετὰ τῶν δ' ἀρετῆς ἕνεχ', αἳ
ἔνι φύσις ἔνι χάρις
ἔνι θράσος, ἔνι σόφον [sic]
ἔνι φιλόπολις
φρόνιμος ἀρετή. 12

V. 1. vulgo abest γ': quod saepe ἄν comitatur. Vid. Erfurdt. ad Antig. 743. citantem Herc. F. 1196. Agamemn. 550. vid. et Porson. ad Iph. T. 1217. Cum Reisigio consentit et Hermann. de Metr. p. 583. ed. 2. Et sane haec antistrophica esse possunt, modo legas ὦ Ζεῦ — τοῖς δὲ κνωδάλοις et ἔτ' ἄνεκτα [sic] τάδε γ' et οὔποτ' ἂν κάμοιμ' ὀρχουμένη, et οὔτε γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος et ἔνι δὲ τὸ σόφον [sic] partim cum vulgatis, partim ex Hermanni meisque coniecturis. *G. Burges* in classical Iournal XXX. p. 288.

477. τοῖσδε τοῖσιν κνωδάλοις. Idem est quod paulo ante τοῖσδε τοῖς θηρίοις. Aeschylus Eumenid. 648. ubi ad Furias dicit Apollo: ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν. Vide ad Vespas 4. *Bergl.*

480. Κρανάαν. Ita vocat nunc arcem Athenarum. In Acharn. 75. de ipsa civitate: ὦ Κρανααὶ πόλις. ubi vide notam. *Bergl.*

484. μὴ πείθου. Sic scribendum esse evincit metri ratio [viditque Bentleius]. Male vulgo πιθοῦ. Illud iam ante a me repositum postea inveni in duobus Regiis. Iidem et Aug. [et Vossian. ap. Bentl.] seq. v. recte ad metri legem habent τοιοῦτον. Male vulgo τοιοῦτο. *Brunck.* Conf. Reisig. I. p. 204. Articulum τὸ, qui in edd. ante Brunckium omnibus legitur ante τοιοῦτο, Brunckius imprudens delevisse videtur Reisigio I. p. 205.

485. Locum exponit Suidas v. ἀκωδώνιστον. *Kust.* ἀκωδώνιστον ἐᾷν. Id est ἀπείραστον, ἀβασάνιστον. Metaphora sumta ab iis, qui fraxant vigilias et tubarum sono explorant, dormiantne custodes. Alii a cotur-

nicibus translatum putant, nonnulli ab equis, quidam a vasis. Est autem διακωδωνίσαι idem quod δοκιμάζειν. *Fl. Chr.* κωδωνίζειν proprie est explorare tinnitu aut sonitu monetam aut vasa. Vide in Ranis v. 729. Deinde absolute experiri. Dicunt etiam grammatici metaphoram esse ab explorandis vigiliis per κωδωνοφύρους, quidam etiam a probandis equis, an strepitum sufferre possint. *Bergl.*

486. αὐτῶν. Spiritu converso scribe αὑτῶν pro αὐτῶν, propter ἀπεκλείσατε, quod sequitur. Compellantur enim mulieres: et αὐτῶν est ὑμῶν. *Reisig.* I. p. 206.

487. *k*) τοῖς μοχλοῖς. Puto legendum τοῖσι μοχλοῖσι et iungenda haec duo vocabula cum praecedenti versu, ut versum unicum Aristophanicum faciant. Mox lego cum Veneta editione ἀργύριον γῶν παρέχοιμεν, non σῶν παρέχωμεν. Est autem γῶν pro γοῦν. *Fl. Chr.*

Turpiter depravatum hunc versum exhibent recentiores comici editiones:

ὅ τι βουλόμεναι τὴν ἀκρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε
μοχλοῖς.

Quae imperiti nescio cuius editoris interpolatio est. In Aug. ut in Iuntina ceterisque veteribus editt. legitur:

ὅ τι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε τοῖς
μοχλοῖς.

In Regio A.

ὅ τι βουλόμεναι τὴν πόλιν οὕτως ἡμῶν ἀπεκλεί-
σατε μοχλοῖς.

Nec aliter B. nisi quod οὕτως omittit. In eo voci πόλιν superscripta glossa τὴν ἀκρόπολιν, e scholiastae expositione petita. Censebit quis forte lectionem prioris Regii recipi debuisse; sed obstat syllabae modulus in μοχλοῖς, quod nullibi apud comicum occurrit, nisi priore correpta. Itaque tutius fuit Dawesii [p. 565. ed. Kidd.] emendationem sequi, e penitissima Aristophanei metri peritia ductam. Vides eam ab antiqua lectione sola duarum vocum forma differre. Prope-

k) Vid. Burgesium supra p. 61.

ranti librario, et ductus aliquot calami compendifacere volenti, commodum visum est τοῖς μοχλοῖς pro τοῖσι μοχλοῖσιν. *Brunck.* Frob. τὴν πόλιν ἡμῶν — τοῖς μογλοῖς. lege τοῖσι μοχλοῖσι. MS. delet τοῖς. *Bentl.* Conf. Porsonum in Censura p. 566. et Reisig I. p. 68. qui monet, τοῖσι μοχλοῖσιν iam pridem in ed. Lugd. Bat. 1624. scriptum esse.

483. παρέχωμεν. MS. Vat. P. [et MS. Vossian. et Gry. ap. Bentl.] παρέχοιμεν, idque rectius propter sequens πολεμοῖτε. *Kust.* Editio etiam Farrei habet παρέγοιμεν. *Bergl.* [Habent etiam aliae veteres. Vid. Reisig. I. p. 212.]. παρέγοιμεν. Soloece vulgo παρέχωμεν. Illud recte exhibent Aug. et B. In A. σῶν κατέχοιμεν. *Brunck.*

δι' αὐτό. Id est *per ipsum:* sc. ἀργύριον. Hanc enim significationem διὰ etiam cum accusativo interdum habet, ut docuimus etiam in notis ad Plutum. *Kuster.*

498. καὶ τἄλλα γε. Sic Regii [et MS. Vossian. apud Bentl.]. Vulgo τἆλλα τε. *Brunck.* Conf. Schaefer. ad Bosii Ellipses p. 523. et Reisig. I. p. 212.

490. Πείσανδρος. Ex hoc loco coniicio hanc fabulam publicatam fuisse post quadringentorum status eversionem, eo quod utitur tempore praeteriti imperfecti ἐκύκων, *miscebant*, *confundebant;* quod evincit verbum ἔχοι in eodem tempore accipi debere, et sic eum loqui de Pisandri furtis ut praeteritis et de politicis machinationibus, quae fiebant anno XX., dum quadringentorum status obtinebat. Tum quod in eo statu τῶν ὑ tyrannico non ausus fuisset Aristophanes Pisandrum eorum praecipuum et vastissimum traducere ut furem, contra legem: τοὺς ἄρχοντας μὴ κωμῳδεῖν i. e. archontes non traducere in comoedia. Fuga autem Pisandri post statum quadringentorum eversum accidit aestate anni XXI., ut ait Thucydides libr. VIII. [c. 98.]. Hunc autem Pisandrum ut timidum et non audentem contra tela oculos erigere traducit Xenophon in Symposio [p. 163. ubi vid. Schneider.] *Palmer.* De isto comicus noster in Babyloniis apud schol astem ad Aves 1555. οἱ δῶρ' αἰτοῦντες ἀρχὴν πολέμου πο-

ρίσειαν μετὰ Πεισάνδρου. qui munera captant causam belli suggerent cum Pisandro. In isto loco *πορίσειεν* in singulari numero male erat scriptum. *Bergl.*

ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. Sic etiam Suidas in *κορκορυγάς.* Perperam Regii *τὰς ἀρχάς. Brunck.*

491. *αἰεί.* [Sic Bentleius.] Vulgo *ἀεί.* Vide infra ad 1250. *οὕνεκα* pro vulgato *εἵνεκα* habent Regii [et MS. Vossian. apud Bentl.]. In Aug. *ἕνεκα. Brunck.*

κορκορυγὴν ἐκύκων. Id est *ταραχὰς ἐκίνουν.* Sic in Pace usus est, et ipsam Pacem Lysimacham vocat. *Fl. Chr.* In Pace 992. *λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς. Bergl.*

οἱ δ' οὖν τοῦδ' εἵνεκα δρώντων. In Acharn. 185. *οἱ δ' οὖν βοώντων.* ubi vide notam. *Bergl.*

492. Fo. *καθελοῦσιν. Bentl.*

494. *τί δὲ δεινὸν τοῦτο νομίζεις.* Vulgo *τί δεινόν,* claudicante versu. *Brunck.* Insere *τὸ* vel *δέ. Bentl.*

495. *οὐ καὶ τἄνδον.* In Ecclesiaz. 210. idem argumentum: *ταῖς γὰρ γυναιξί φημι χρῆναι τὴν πόλιν ἡμᾶς παραδοῦναι· καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα. Bergl.* *οὐ καὶ τἄνδον* est in vetustis exemplaribus, typis exaratis, et ante Brunckium in recentioribus omnibus. Brunckius quod tacitus edidit, *οὐ γὰρ τἄνδον* —, id unde hauserit, nescio. Videtur e codicibus fluxisse manuscriptis. *Reisig.* I. p. 215.

497. *σωθησόμεσθ' ἄλλως.* Lege *σωθησόμεθ' ἄλλως,* ut versus sit *ἔμμετρος.* Mox pro *ἀποκτέα ταῦτα* lege *ἀποδεκτέα,* Attice pro *ἀποδεκτέον,* et sic legitur in Veneto exemplari. *Fl. Chr.*

499. Hunc versum in impressis omissum tres codd. sic exhibent:

ὡς σωθήσει, κἂν μὴ βούλῃ — δεινὸν λέγεις —
ἀγανακτεῖς.

Exciderat particula *γε,* quae habetur infra 529. *δεινόν γε λέγεις, κοὐ τλητὸν ἔμοιγε.* Minus emendate A. *σωθήσῃ. Brunck.* Addit versum MS. *ὡς σωθήσει κἂν μὴ βούλῃ. ΠΡ. δεινὸν λέγεις. ΛΥ. ἀγανακτεῖς· Ἀλλὰ ποιη-*

τέα: et schol. ὡς σωθήσει κἂν μὴ βούλῃ. *Bentl.* Conf. Porson. Censuram p. 567.

500. Verba ἀλλ' ἀποδεκτέον ταῦτ' ἐστὶν ὅμως sunt Probuli. νὴ τὴν Δήμητρα sunt Lysistratae. ἄκοντί γε sunt rursus Probuli. Sic enim videtur mihi pro ἄδικόν γε legi debere. *Reisk.*

ἀλλὰ ποιητέα ταῦτ' ἐστὶν ὅμως. Sic optime Regii [et Bentleius]. Aug. ut Iuntina et utraque Basileensis ἀλλ' ἀποκτέα, quod quid sit, vel unde emerserit, neminem arbitror adhuc suspicatum fuisse. Ortum est a prava scriptura αλλα ποητεα. η, ut millies observatum ab iis qui codices tractarunt, in κ mutatum, et voces male distinctae, ἀλλ' ἀποκτέα pro ἀλλὰ ποητέα. Hoc primum certissimum est. In priore Veneta, unde in ceteras transiit, emendatum fuit ἀλλ' ἀποδεκτέα, coniectura sane non inepta, quaeque auctorem habet hominem eruditum. ἀποδέχομαι, unde verbale ἀποδεκτέον, exemplis illustrat Taylor ad Lysiam p. 768. edit. Lipsiensis. Sed longe praestat nostra lectio certa nixa auctoritate. Permutationis literarum η et κ permulta dabit exempla Iuntina editio, quae instar scripti codicis est. Alterum observare memini in hac ipsa fabula v. 1281. ἰκίον pro ἰήϊον. *Brunck.*

501. Pleraeque editiones ὦ τᾶν. Brunckius ὠτάν. Vid. Reisig. I. p. 217. Buttmann. gr. Gr. T. I. p. 224.

τοῦδ' εἵνεκα πολὺ μᾶλλον. Legerem potius τοῦδ' εἵνεκα καὶ πολὺ μᾶλλον. Et puto veram esse hanc lectionem, ut τὸ καὶ omissum propter praecedentem syllabam κα errori ansam dederit. *Fl. Chr.* Florens Christianus recte vidit, fulciendi versus gratia scribendum esse, καὶ πολὺ μᾶλλον: prout etiam habet MS. Vat. P. *Kust.* τοῦδ' οὕνεκα. Sic recte B. et Aug. In A. τοῦγ' εἵνεκα. Regii καὶ πολύ. In Aug. et in vett. editt. καὶ omissum cum metri ruina. *Brunck.*

503. ἀκροῶ δὴ καὶ τὰς χεῖρας πειρῶ κατέχειν. Florens Christianus pessime existimavit, ἀκροῶ et πειρῶ hic esse praesentia indicativi activi, quum sint praesentia indicativi medii, contracta ex ἀκροάου et πειράου. Verte igitur: *ausculta igitur et manus cohibere*

stude. Kust. ἀκροῶ est imperativus. Pherecrates apud Athenaeum p. 122. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, πρόσεχε τὸν νοῦν κἀκροῶ. *Bergl.*

505. Pro *AT.* Bentl. *Γραῦς*, ob versum sequentem, ut animadvertit editor adnotationum.

506. ὦ γραῦς αὐτῇ κρώξαις. Emendo ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις. Videtur autem hoc fuisse proverbiale, ut in Irena [1065.] dixit εἰς κεφαλήν σοι. Sic autem Virgilius exprimere voluit: *capiti cane talia demens Dardanio.* Paulo post pro ἠνεσχόμεθα lege ἠνεχόμεσθα: et pro ἅττ' ἂν ποιεῖτε, ἅττα ποιεῖτε, et pro ἡμᾶς lego ἡμῶν. Nam etiam accusativis iungitur τὸ ἂν, quod illinc tollendum, hic addendum. Porro illa ταῦτα ποιήσω versum absolvunt eundem. *Fl. Chr.* ὦ γραῦς αὐτῇ κρώξαις. Sic male editiones priores. At scribendum est, ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις, ut habent MS. Vat. P. et Suidas v. κρώζειν. Recte autem locum hunc exposuit Florens Christianus. *Kust.* ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις. Ita editio Farrei, et teste Kustero MS. Vat. P. nec non Suidas v. κρώζειν. In quibusdam editt. male, ὦ γραῦς αὐτῇ κρώξαις. Est autem metaphora ab avibus infaustis. Idem fere dicit Virgilius: — *capiti cane talia demens Dardanio.* quem locum adduxit Florens. *Bergl.*

507. MS. ἠνειχόμεσθα: lege ἠνεχόμεσθα ut Gry. *Bentl.* Barbaram vocem, ἠνεχόμεσθα, Florente Christiano excogitatam, tacitus in verborum continuationem induxit Kusterus. neque id proximos solum editores latuit, sed Ioannem etiam Piersonem deduxit eo, ut annotatione ad Moerin [p. 176.] ἠνεχόμην illud grammatici cuiusdam in Bibliotheca Coisliniana Montefalconis non corrigeret, sed confirmare Lysistrata conaretur. In exemplaribus antiquis legitur ἠνεσχόμεθα, non, ἠνεχόμεσθα. nam quod in Brubachiano est, ἠνεχόμεθα, oculorum vitio lapsi sunt typothetae. Ita vel ex metro perspicuum est, magnum versu mendum contineri. quod indicavit Porso Supplemento praefationis ad Hecubam [p. XIX. ed. Lips.]. idem in MSS. partim ἠνεσχόμεθα partim ἠνειχόμεθα legi ait. Accedit obscuritatis aliquid in verbis, καὶ τὸν χρόνον: haec

enim expedias mihi, quaeso, et da, quid significent. Equidem facile mihi persuasi, a pusillo ea interprete apposita fuisse olim verbis τὸν πρότερον πόλεμον, post in eam fraudem delatos esse librarios, ut illa in versum reciperent. Hoc si vere iudicavimus, quoniam sublatis illis explendus versus est, efficiendae eius rei commodiorem non habeo rationem ullam, quam hanc, ut scribatur:

ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον, πάντ' ἐξηνεσχό-
μεθ' ἀεί,
ὑπὸ σωφροσύνης τῆς ἡμετέρας, τῶν ἀνδρῶν, ἅττ'
ἐποιεῖτε.

Reisig. I. p. 217. 218. Porsonus in Tracts and miscellaneous criticisms p. 218. corrigit:

ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον καὶ χρόνον ἠνε-
σχόμεθ' ὑμῶν.

508. ἅττ' ἂν ποιεῖτε. Versus gratia lege ἅττ' ἐποιεῖτε. *Kust.* Sed et alias vitiosum est ἅττ' ἂν ποιεῖτε. non enim dicunt ita Graeci, sed vel ἅττ' ἐποιεῖτε, vel ἅττα ποιοῖτε, quod etiam hic posset ingredi metrum, vel ἅτ' ἐποιεῖτε, vel ἅττ' ἂν ποιῆτε. *Bergl.*

Lege ἅττα ποιεῖτ' ἄν: vel ἅττ' ἂν ἐποιεῖτ': vel ἅττ' ἐποιεῖτ' ἄν vel ἅττ' ἂν ἐποίουν. MS. ἅττ' ἂν ποῆτε. *Bentl.*

τῶν ἀνδρῶν, ἅττ' ἐποιεῖτε. Sic recte A. Vulgo spreta et metri et sermonis lege ἅττ' ἂν ποιεῖτε. In B. saltem ad loquendi normam ἅττ' ἂν ποῆτε. *Brunck.* Conf. Reisig. I. p. 219.

509. *l*) οὐκ ἠρέσκετέ γ' ἡμᾶς. In Ranis 103. σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει. *Bergl.* κἄτ' οὐκ ἠρέσκετέ γ' ἡμᾶς primus posuit tacite Kusterus: sequuti sunt Berglerus Brunckiusque. Istud unde acceperit, eruere non potui *m*). In antiquis exemplaribus typis exaratis legitur ἠρέσκετ' ἡμᾶς: idem inventum est in MS. Ravennate. In exemplaribus Veneto Zanetti et Aem. Porti scriptum

---

l) καίτ' (id est καίτοι) οὐκ. *quamvis ea non ageretis et decerneretis in vestris concionibus, quae nobis arriderent. Reisk.*

m) Sumsit haud dubie ex codice Vossiano. „Frob. ἠρέσκετ' ἡμᾶς. Insere ἄν: MS. γ'." *Bentl.*

est ἠρέσκεθ' ἡμᾶς, idemque ex *vetere* libro consignavit Scaliger. Qui exemplar curavit Lugdunense Batavorum A. 1624. ex Florentis Christiani coniectura ἠρέσκετ' ἂν ἡμᾶς suscepit. Sed Kusteri illud undecunque fluxerit, verum mihi videtur. *Reisig.* I. p. 221.

510. ἔνδον ἂν οὖσαι. Sinceram hanc editionum lectionem habet Aug. In B. [et Vossian. ap. Bentl.] particula ἂν omissa versu ruente: in A. ἐνδὸν ἐοῦσαι. Postremum hoc non admittit plebeius comicorum sermo. *Brunck.*

512. ἀλγοῦσαι. Nihil mutandum censeo, sed non male putem λέγουσαι. Nam quid est ἀλγοῦσαι γελάσασαι? quasi sit de risu Sardonio. *Fl. Chr.* γελάσασαι. Ficto risu. *Bergl.*

513. τί βεβούλευται. Innuit, ut puto, subscriptionem, quae auctore Alcibiade facta fuerat in columna, in qua foedus inter Lacedaemonios et Athenienses inscriptum erat, qua de causa bellum inter eos recruduerat. Vide Thucyd. libr. V. *Palmer.*

ἐν τῇ στήλῃ. Puto στήλην esse quam in Nubibus vocat κύρβιν. Nam in illis pilis vel etiam stelis, ut vocat Plinius, scribebantur foedera. Vide epistolam Philippi ad Demosthenem. *Fl. Chr.* Formulae foederum in columnis describebantur. In Acharn. 727. τὴν στήλην καθ' ἣν ἐσπεισάμην. *Bergl.*

514. ἦ δ' ὃς ἀνήρ. Modus loquendi Atticis et Platoni inprimis familiaris. Hic autem lego ἦ δ' ὃς ἂν ἀνήρ, ut etiam in Veneta legitur editione. *Fl. Chr.* ἦ δ' ὃς ἂν ἀνήρ. Ita editio Farrei: in aliis deest ἂν non sine detrimento metri. Illud autem ἦ δ' ὃς occurrit in Vespis 801. τάχυ γοῦν καθέψεις ταῳγύριον, ἦ δ' ὃς λέγων. ubi vide notam. *Bergl.* Fl. Chr. et Gry. ὃς ἄν: MS. ἦδ' ὡς. *Bentl.*

τί δέ σοι τοῦτ'; ἦδ' ὃς ἂν ὢνήρ. Vulgo ταῦτ' ἦδ' ὃς ἂν ἀνήρ. Regius uterque τοῦτ'. [Conf. Reisig. I. p. 222.]. A. ἦδ' ὃς ὁ ἀνήρ: alter ἦδ' ὃς ἀνήρ. Vides ex istis legitimam lectionem reconcinnatam fuisse. *Brunck.*

515. οὐ σιγήσει; Sic apud Sophoclem in Aiace 292. refert mulier quid ipsi vir dixerit importunius

locutae: *ὁ δ' εἶπε πρός με βαΐ, ἀεὶ δ' ὑμνούμενα, γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Bergl.*

ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ. Haec loquitur alia mulier quam Lysistrata. Itaque *ἄλλη τις γυνὴ* grandioribus literis scribi debet, aut eo denique modo, ne contextum orationis adiuvare videantur. *Fl. Chr. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ.* Hoc dicit quaevis alia mulier. In A. praefixa *Μυρρίνη*, et superscriptum *γυνή*. In B. *μία γυνή*. *Brunck.*

516. *κἂν ὤμωζές γ' εἰ μή.* Versus hic tam quod ad sensum et metrum quam personarum distinctionem attinet, in MSS. Vat. et Voss. rectius sic legitur:

ΠΡ. κἂν ὤμωξάς γ', εἰ μὴ 'σίγας. ΛΥ. τοίγαρ ἔγωγ' ἔνδον ἐσίγα [sic].

Vox *ἔνδον* in prioribus editionibus deest *n*), sine qua tamen versus non est *ἀρτίπους*. *Kust.* Sequor hic editionem Kusteri, qui ex auctoritate MSS. recte distinxit personas et addidit particulam *ἔνδον*, sine qua versus non est integer. Tantum *ὤμωζες* retinui ex aliis editionibus pro *ὤμωξας*, quod et ipsum tamen rectum est. *Bergl.*

ὤμωξας. Sic duo Regii cum Vat. et Voss. Mox vocem *ἔνδον* in prioribus editt. omissam et a Kustero repositam agnoscunt tres mei codd. Sed *ἔγωγ'* omittunt. *Brunck.*

517. Est versus mutilus, qui sic suppleri potest:

ἕτερόν τι πονηρότερον βούλευμ' ἤπερ γ' ἐπεπύσμεθ' ἂν ὑμῶν.

Kust. Fo. *εἰ δ' αὖ ἕτερον:* vel *ἑτερόν τι πονηρότερον πολλῷ*. *Bentl.* Hic versus toto pede vulgo mutilus est, omissa voce *δήπου*, quam suppeditavit Regius A. Kusteri coniectura non contentus reposueram primo: *ἀλλὰ τάχ' ἕτερόν τι πονηρότερον βούλευμ'* — *Brunck.*

Male restauravit corrector MS. A., allito *δήπου* post *πονηρότερον*. Maxime vero particula opus est ad connectendam cum superiore enunciationem. Deinde praemissis verbis *τοιγὰρ ἔγωγ' ἔνδον ἐσίγων*, fieri po-

---

n) Insere *αὐτίκ'* vel simile quid. MS. *ἔνδον. Bentl.*

tuit facile, ut iteratum ἔνδον librarios fugeret. Proinde scriptum olim puto:

ἔνδον δ' ἕτερόν τι πονηρότερον βούλευμ' —.

Reisig. I. p. 225.

519. o) MS. omittit ἔφασκε: fo. *δεινόν. Bentl.* Corrupte vulgo legitur hic versus tum quoad metrum, tum quoad φράσιν:

ὁ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, κεἰ μὴ τὸν στήμονα νήσω —

Persanatum cum fore credidit Orvillius ad Charit. p. 506. si legatur φάσκειν: sed non animadvertit absurdum esse κεἰ μὴ νήσω. Nullus hic locus esse potest copulae. Regii vocem ἔφασκε omittunt: praeterea in A. scriptum ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις, quod postremum verissimum est: unde maximam partem optime reposui:

ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκειν ἄν· Εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις.

V. seq. vulgo legitur ὀτοτύξεσθαι, congruenter quidem, quum praecessisset νήσω: duo Regii ὀτοτύξεσθε. Utraque lectio corrupta est ex ὀτοτύξει τοι. Quis non sentit quantum accedat vis et leporis huic narrationi, si directa referatur mariti increpatio, ad eundem modum, quo supra, τί βεβούλευται ὑμῖν; et τί δέ σοι ταῦτ'; et πῶς ταῦτα διαφράττεσθ'; Tamen quia φάσκειν sine augmento non est ex comici usu, praestat minore mutatione, transpositis tantum duabus vocibus, cum Valckenario ad Herodotum p. 355. [IV. 162. p. 324. ed. Schw.] legere:

ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ἔφασκεν ὑποβλέψας· Εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις, ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν.

reliqua pars meae emendationis certissima est, fide veteris codicis nixa. *Brunck.* Ego vero malim:

ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἂν ἔφασκ'· εἰ μὴ etc.

Porsonus in Censura p. 568. Eandem emendationem tanquam a se inventam protulit Fiorillo ad Herodem Atticum p. 155. Conf. Reisig. I. p. 225.

520. Revocanda est vetus scriptura: εἰ μὴ τὸν

---

o) ἔφασκεν εἰ μή. *Reisk.*

στήμονα νήσω, ὀτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλήν. Vid. Reisig. l. p. 225. 226.

ὀτοτύξεσθαι. Sic Horatius: *o multa fleturum caput*, quasi ad verbum huic loco respondens. Est autem ὀτοτύζειν θρηνεῖν, unde interiectiones ὀττοτοῖ. *Fl. Chr.* ὀτοτύζειν est ab ὀτοτοῖ, quae est interiectio dolentis, ut οἰμώζειν ab οἴμοι, et saepe occurrit apud comicum. *Bergl.*

πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Facete haec traducta ex Hectoris ab Andromacha discedentis oratione Iliad. VI. versus finem:

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

quae παρῳδεῖ infra mulier: πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει. *Brunck.*

522. ὑποθέσθαι. Valet συμβουλεύειν et νουθετεῖν. Sed pro ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν legitur in Venetis libris ὅτε δῆθ' ἡμῶν, quod magis placet. *Fl. Chr.*

523. ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν p). Legendum ὅτε δῆθ' ὑμῶν, ut est in editione Farrei, quod et Florens vidit. Est autem δῆθ' pro δῆτα. Posset quidem ἤδ' etiam legi pro ἤδη. eliditur enim quandoque longa etiam vocalis, sed non placet bis poni hic eandem particulam. *Bergl.*

ὅτε δῆθ' ὑμῶν. Corrupte vulgo et mendosissime ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν. Nostrum exhibet A. et iamdudum repositum fuerat in priore Veneta, unde in alteram migravit. Falsum est quod ait Berglerus ultimam in ἤδη posse elidi. *Brunck.* Recte Elmsleius ad Acharn. p. 51. et Reisigius I. p. 228. ὅτε δὴ δ' ὑμῶν —, idque in MS. Vossiano esse testatur Bentleius.

524. Claudicat hic versus una syllaba, stabit rectus, si pro ἐν τῇ χώρᾳ legere vis ἐν ταύτῃ χώρᾳ. Mox ut etiam stet versus, lege ταῖσι γυναιξὶν pro ταῖς γ., quod rursus ut fiat, lege etiam paulo post ἐπανορθώσαιμεν ἂν ὑμᾶς. Male enim deest illa particula ἄν vel quid simile. *Fl. Chr.* Bentleius inseruerat εἶς ante

p) ὅτε δ' ὧδ' ὑμῶν, *sic dicentes vos audiremus. Reisk.*

ἕτερος: mox in summae paginae ora adscripserat: MS. et schol. μὰ Δί' οὐ δῆθ' ἕτερός τις] ἀντὶ τοῦ ἄλλος τις ἔφη οὐ μὰ τὸν Δία οὐκ ἐστὶν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει: ergo legendum μὰ Δί' οὐ δ' — ἕτερός τις.

μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔσθ' ἕτερός τις. Sic certissime metrum restitui, inserto ἔσθ', quod eleganter repetitum vim sermoni addit. Omittunt hoc verbum etiam tres mei codd. In Regiis, ut vulgo, οὐ δῆθ' ἕτερός τις. In Aug. οὐ δῆτ' ἕτερός τις, ubi tenuis consonans leve indicium dat omissi verbi. Similiter ἔσθ' omissum vulgo Av. 276. *Brunck.* Brunckii scriptura sensu caret. Vide Reisig. I. p. 235. qui recte emendat:

οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ; — Μὰ Δί' οὐ δῆτ',
οὔχ' ἕτερός τις'.

527. ἀντακροᾶσθαι. Sic recte MS. Vat. P. et Voss. Nam priores editiones habent ἂν ἀκροᾶσθαι, claudicante metro. *Kust.* Dicitur autem ἀντακροᾶσθαι et versu seq. ἀντισιωπᾶν, quia antehac mulieres auscultarunt viris et tacuerunt; nunc itaque contra viri taceant et auscultent mulieribus. *Bergl.*

528. κἀντισιωπᾶθ'. Lege κἀντισιωπᾶν. *Kust.* Kusterum temere secutus est Brunckius. Vid. Reisig. I. p. 236.

529. σιώπα. Sic vulgo absurdissime constitutus hic locus:

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.
σιώπα,
σίγ', ὦ κατάρατε.
ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.
σιωπῶ γώ;
ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.
καὶ ταῦτα καλύμματα φέρε
περὶ τὴν κεφαλήν.
ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.
μὴ νῦν ζώην.

ubi non metri magis quam sensus habita ratio. Proclive erat e scholiaste reponere καὶ ταῦτα κάλυμμα φορούσῃ, quod Kustero ne quidem observatum, animadvertit Dawesius Miscell. Crit. p. 75. Praeterea lo-

quendi vices personis male divisas esse monuerunt Markland ad Eurip. Suppl. 454. et Toup Cur. Nov. in Suidam p. 82. [III. p. 117.] sed neuter rem confecit. Postquam Lysistrata ira concitata dixit σιώπα, *tais-toi*, nihil insuper addere debuit: quod illi praeterea tribuunt σίγα, frigidum est. Ubi duo illa verba coniunguntur, hoc primo loco semper positum videbis; σίγα, σιώπα. Tum participium φορούσῃ cum emphasi prolatum ob voces καὶ ταῦτα, ad expressum nomen, vel pronomen, vel personam praecedentis verbi referri debet. Tres mei codd. [et Vossian. ap. Bentl. et MS. Trin. Coll. Cantab. ap. Porson. ad Toupium IV. p. 503.] perspicue exhibent:

σοί γ', ὦ κατάρατε, σιωπῶ 'γώ, καὶ ταῦτα κάλυμμα φορούσῃ
περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζώην.

In Regiis ante σοί γ' adscripta persona *Προβ.* cui omnia continuantur, ut in nostra editione. σοί γε σιωπῶ; *tibine taceam?* dictum hic, ut Ran. 1154. ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; *Brunck.*

550. καλύμματα φέρε. Vox σιώπα iungenda est cum praecedente versu ut eum absolvat. Hic vero versus integer esse nequit, nisi accipias verbum φέρε prima producta propter liquidam, ut in μέλος fecit Homerus, post quem non dubitavit audax satyricus choliambum facere in hac clausula: cantare credas Pegaseium melos, ne Politiani nectareum commentum audiamus. Hoc si ita est (quidni autem?), non dubitem in Callimacho sub finem hymni qui Cereri dictus legere φέρε βόας, φέρε καὶ εἰράναν, ubi hodie acutiores prosodici et συλλαβοπευσιλαβηταὶ contra vetera exemplaria reponunt φέρβε. *Fl. Chr.* Iubet viros assumere ornatum muliebrem et mulierum opera facere. *Bergl.* Hinc liquet, κάλυμμα fuisse mulierum de plebe, quales hae supra describuntur 457, 8. *Hotib.*

551. *q*) Bentl. delet ΠΡ. et ΛΥ. et ΠΡ, nescio an

---

q) F. ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἔμπ— *sed in hanc rem* (ne scil. moriaris) *hoc a me obstaculum accipe*, nempe velatus rica ut mulier deside, mande fabas et neto colum. Alias non video qui possit obscurus locus intelligi. *Reisk.*

ex MS. *Editor* adnotationum Bentleii. Lege *μὴ νυν. Hotib.*

552. Huic versui in antistropha respondet tetrameter v. 597. Strophicum versum Reisigius l. p. 203., comparato simili loco e Ranis 494. 495., ita resarciendum esse putat:

αὐτὸς ταχέως παρ' ἐμοῦ τουτὶ τὸ κάλυμμα λαβὼν
σὺ γενοῦ γώ'.

553. — 555. stropha sunt: 556. — 558. antistropha. Vid. Reisig. l. l.

555. Frob. *τουτονί:* lege *τοῦτον δή*. MS. *τοῦτον τὸν—. Bentl.* Vulgatae, cumulatis homoeoteleutis, *τοῦτον τὸν καλαθίσκον*, Ravennas inconcinne *τουτονί*. Verum puto *καὶ τονδὶ τὸν καλαθίσκον. Hotib. τουτονὶ* habent edd. omnes ante Kusterum.

556. *ξαίνειν — κυάμους τρώγων.* Infinitivus pro imperativo, ut saepe alias. Videtur autem alludere:

τὸν σικυὸν τρώγουσα, γύναι, τὴν χλαῖναν ὕφαινε.

Bergl. MS. *ξυσσωσάμενος* et 560. *συλλάβωμεν. Bentl. συζωσάμενος*, quod in edd. ante Brunckium legitur, revocat Reisig. l. p. 203.

557. *κυάμους τρώγων.* Scholia: *δικάζων.* Sic in Equit. 41. populus Atheniensis dicitur *κυαμοτρώξ.* Quia plerique plebeii ex forensibus negotiis alebantur, mercedem accipientes iudicialem et comitialem, *τὸν ἐκκλησιαστικὸν καὶ δικαστικὸν μισθόν.* Intelliguntur autem per *fabas* haec negotia, quia in suffragiis ferendis adhibebant *fabas. Bergl.*

558. *πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει.* Ad illud v. 520. *πόλεμος δ' ἀνδράσι μελήσει. Bergl.*

559. *ἄϊρεσθ' ὦ γυναῖκες.* Si legamus *ἀρύετ' ὦ* vel *ἀρύσατ' ὦ*, hic erit versus tetrameter catalecticus iambicus, similis proximo sequenti. Paulo post lego *ἐνίπαν* una voce, et *ἕνεχ' αἷς* pro *ἕνεκα*, non autem *ἕνεχ'* quasi ab *ἐνέχω. Fl. Chr.*

MS. *αἴρ σθ' ὦ.* Gry. *αἴρεσθε δ'.* Scal. *αἴρεσθέ γ'.* Fl. Chr. *ἀρύετ' ὦ:* lege *αἰρώμεθ' ὦ. Bentl.*

αἴρεσθ', ὦ γυναῖκες. Sic vulgo. Ab anapaestis

transit sermo ad iambos. Qui vel pauxillum metra adtigit, statim videt illud *ἄῤῥεσθ'* esse depravatum. Nihil tamen ad hunc locum belli editores Strepsiadis similes. Antiquiorem codicibus nostris labem eluam. Scholiastes textus vocem exponens *ἀναχωρήσατε* ait: quae interpretatio manifeste refertur ad *ἀπαίρετ'*. Hesychius: *ἀπαίρει, ἀναχωρεῖ*. Concion. 818.

μεσηὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.

Frequens historicis verbum tam de terrestri, quam de maritimo itinere. Hoc confidenter reposui, tam certus veram comici manum restituisse, quam si tres codices adstipularentur. Mirabor tamen, ni mihi censor aliquis mutatae absque auctoritate lectionis crimen intentet. At si quis,

οἴνου παρόντος, ὅξος ἡράσθη πιεῖν,

fruatur ille suo sensu. *Brunck.*

539. — 548. Haec monostrophica, qualia passim habentur, velut infra 476. Plut. 657, Ran. 222, Nub. 456 seqq., Thesm. 1021 seqq. Dochmaicos, quibus clauduntur haec, restituas, et *τὸ φρόνιμος*, quod post *ἀρετὴ* legitur, glossatoris esse, *τὸ σοφὸν* explicantis, ex ipsa metri ratione colliges. Sic enim scribendum illa:

Αἷς ἔνι φύσις, ἔνι χάρις, ἔνι δὲ θράσος,
Ἔνι δὲ σοφὸν, ἔνι φιλόπολις ἀρετή.

Fuit, cum et proxime praecedentia ad formam dochmaicorum revocanda arbitrarer; verum illa *οὐδὲ — καματηρὸς* cum typum paeonicorum, sicut sequentia *ἐθέλω — τῶνδ'* anapaesticorum, nimis manifesto prae se ferant, mutato haud ineleganter *τῷ μου* in *με*, quod versus poscit, itidemque deleto interpretamento, ex fine loci sublecto, *ἀρετῆς ἕνεχ'*, quae vulgo post *τῶνδ'* inferciuntur, dictis metra mire convenientia sic iam restituo:

Οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἕλεῖ με καματηρός·
Ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι μετὰ τῶν-
δ', αἷς ἔνι φύσις, etc.

Versibus eiusmodi paeonicis hic passim utitur, velut infra 793, 816. Ridicule *φύσις*, i. e. genus, prosapia, ut Sophocl. Trach. 570, commemoratur in hisce mulieribus. vid. ad 530. *Hptib.*

540. *ἐν τῷ μέρει — ξυλλάβωμεν.* Euripides in Oreste 452. *ἀλλ' ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει. Bergl.*

χ' ἡμεῖς τι ταῖς φίλαισι συλλάβωμεν. Vulgo *χ' ἡμεῖς τε* perperam. Regii *τι*. Harum vocularum frequentissima permutatio viros etiam adtentiores aliquando fefellit, quod ipsi exemplo nostro ostendimus Thesm. 21. — *συλλάβωμεν*. Sic edi debuit nullo ad codices respectu, ne spondaeus alienam occuparet sedem. Alibi observavi Atticum ξ librarios temere adscivisse vel neglexisse, sine certa lege. Hic, casune an consilio, recte in Regiis [et MS. Voss. ap. Bentl.] scriptum *συλλάβωμεν*. *Brunck.*

541. — 548. antistropha sunt v. 476. — 483. Antistropham Reisigius I. p. 177. sic correxit:

ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη,
οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἕλοι r) με καματηρὸς ἄν,
ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν
ἰέναι μετὰ τῶνδέ γε τῆς ἀρετῆς
ἕνεχ', αἷς ἔνι φύσις s),
ἔνι θράσος, ἔνι δὲ σοφὸν, ἔνι δὲ φιλόπολις
ἀρετὴ φρόνιμος.

Hermannus Elem. doctr. metr. p. 385.:

ἐγὼ γὰρ ἔτ' ἂν οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη,
οὔτε γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος t).
ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι
μετὰ τῶνδ', ἀρετῆς ἕνεχ', αἷς ἔνι φύσις,
ἔνι χάρις, ἔνι θράσος, ἔνι δὲ τὸ σοφὸν, ἔνι
φιλόπολις ἀρετὴ φρόνιμος.

541. Sic dividit Bentl. *ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμ — οιμ' ἂν ὀρχουμένη.*

Iambicum senarium in vulgata lectione nemo agnoscat:

ἐγὼ γὰρ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη.

Nostram lectionem exhibet Regius A. *Brunck.*

---

r) Vid. Reisig. I. p. 188. et comment. de ἂν partic. p. 101. 102.

s) Verba *ἔνι χάρις*, a Suida v. ἔνι omissa, eiecit Reisigius I. p. 202.

t) Formam *καματήριος* tueri videtur Hesychius. *Hermann.* Aeque barbarum, ac *θανατήριος*, esse censet Reisig. I. p. 188. „Lege ἕλοι με καματηρὸς ἄν." *Bentl.*

542. *οὔτε*. Sic ambo Regii: vulgo *οὐδέ* [quod praefert Reisig. I. p. 188.]. Tum *ἕλοι*, quod nemo non reposuisset, quia pendet ab eadem particula *ἄν*, qua praecedens verbum *κάμοιμ'*, praestat A. pro vulgato *ἑλεῖ*. *Brunck.*

544. Fo. *τῶνδε φίλων* vel potius *μετὰ τῶνδ' ἀρετῆς σφετέρης*. *Bentl.*

546. MS. *ἐνὶ θράσος, ἐνὶ σόφον* [sic]. *Bentl.*

549. *ἀλλ' ὦ τηθῶν — καὶ μητριδίων ἀκαλήφων*. Hunc locum sic invenio expositum apud grammaticos latentes in Suida: *κνίδη λέγεται, ὅταν ἁπαλὴ ἐστι, ἐπὰν δὲ σχῇ τὰς μητέρας, τουτέστι τὰς τῶν σπερμάτων σφαίρας, ἀκαλύφη λέγεται. ἀκαλύφας οὖν τὰς γραίας ἐκάλεσαν, ἐπειδὴ στερρὰ ἦσαν καὶ γενναῖαι. καὶ γὰρ τὸ φυτάριον δάκνει, ἐπεὶ οὖν εἶπε τηθῶν, εἶπε μητριδίων, τουτέστι τῶν ἐχουσῶν τὸ σπέρμα τῆς βοτάνης ἀκαλύφης. δάκνουσι δὲ αὗται. τοιαῦται δὲ καὶ αἱ γραῖαι. μητριδίας δὲ ἐκάλεσε τὰς ἐχούσας τὸ σπέρμα*. Legendum autem *χωρεῖτ' ὀργῇ*, ut quidem puto, non *ὀργῇ* in dandi vel auferendi casu, et sic usus fuerit nomine collectivo, propterea dixit *χωρεῖτε, τέγγεσθε, οὔρια θεῖτε*, id est *οὐριοδρομεῖτε*. Sic in Vesparum fabula, quam nos nuper Latinam dedimus, aut saltem barbaram, dixit hic noster comicus *ἀπὸ τῆς ὀργῆς τὴν ἀκαλύφην ἀφελέσθαι*. *Fl. Chr.*

Lege *ἀνδρειόταται*. Suid. in *τήθη* habet *ἀνδρειοτάτη* nec non Athen. p. 90. Sed recte Kuster *ἀνδρειόταται*. *Bentl.*

τηθῶν ἀνδρειοτάτων. Suidas v. *τήθη* et Athenaeus libro III. p. 90., qui locum hunc citant, habent *ἀνδρειοτάτη*. Sed praestat scribere numero plurali *ἀνδρειόταται* propter sequens *χωρεῖτε*. *Kust.* Legendum potius *ἀνδρειοτάτη*, ut est apud Athenaeum p. 90. et apud Suidam v. *τήθη*, qui locum hunc citant, aut cum Kustero *ἀνδρειόταται*. Est autem homonymia in his vocibus: nam *τήθη* est nutrix et *τήθεα* sunt ostrea quaedam; itaque hac voce ambigua vult subindicare asperitatem quandam et duritiem animi in mulieribus. Porro *μητρίδιον* est mater in forma deminutivi, et dicuntur etiam *μητρίδιαι ἀκαλήφαι* urticae, quum in iis generantur grana seminum: quo tempore maxime urunt; itaque hic etiam intelligitur asperitas quaedam et mordacitas. In Vespis v. 888. dixit *ὀργῆς ἀκα-*

λήφην pro asperitate et vehementia iracundiae. Est autem et ἀκαλήφη ambiguum, nam et marina est, ut sunt τήθεα, et terrestris. *Bergl.*

ἀνδρειοτάτων. Nec ἀνδρειοτάτη, nec ἀνδρειότατα hic scribendum: sed retinenda codicum omnium lectio: subauditur nomen θυγατέρες. Utrumque substantivum suum adiectivum habet, quod multo est elegantius. Una fidelia duos parietes dealbavit Kusterus ad hunc locum et ad Suidam in τήθη: sed fallitur utrobique. Corrigendi e comico Suidas, Athenaeus, et qui eum descripsit Eustathius p. 1485. l. 49. *Brunck.* Dixi ad hunc versum genitivos pendere a suppresso nomine θυγατέρες. Plena locutio occurrit apud Aeschyl. S. Th. 794.

θαρσεῖτε, παῖδες μητέρων τεθραμμέναι.

Est autem μητριδίων a recto μητρίδιον, non vero, ut incpte tradit scholiastes, a μητριδία, unde Kusterus in indicem retulit μητρίδιαι ἀκαλῆφαι, quod reliquisse nollem. A μήτηρ formatur diminutivum μητρίδιον, ut a πατηρ, πατρίδιον. *Brunck.* in Supplem. Recte apud grammaticos scriptum est ἀνδρειοτάτη. Vide Reisig. I. p. 237.

550. χωρεῖτ' ὀργῇ. Tanquam milites ad conflictum, Thucydides libr. V. c. 70. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως. ubi scholia: ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· ἰσχυρῶς καὶ σὺν ὀργῇ. *Bergl.*

νῦν οὔρια θεῖτε. Contrarium in Ecclesiaz. 109. νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν. *Bergl.*

551. ἤνπερ ὁ — Syllaba περ producitur ob asperitatem consonantis ρ, quam sequitur vocalis aspirata, ut in illo Homeri versu Λ. ά. 342.

τοῖς ἄλλοις. ἦ γὰρ οὔ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει.

Tum observa in Κυπρογένει' primam produci, quod Dawesii canonem de potestate tenuis vel aspiratae sequente liquida labefactat. [Vid. Porson. praef. ad Hecub. p. LXIII.]. *Brunck.* Frustra est Brunckius, dum περ syllabam produci putat ob asperitatem consonantis ῥ. quam sequitur vocalis aspirata, ut Homerus dixerit Il. 1, 342:

Τοῖς ἄλλοις· ἢ γὰρ ὅγ' ὁλοιῆσι φρεσὶ θύει.
Vi caesurae *γὰρ* ibi producitur. Iam Dawesiano canoni adversari prosodiam *τοῦ Κυπρογένεια*, Brunckius quoque observavit. Legendum censeo:

Ἀλλ' ἤνπερ ὅ τε γλυκύθυμος Ἔρως χ' ἡ Κυπρογένει' Ἀφροδίτη
Ἵμερον etc.

Hotib. Sic haec verba scripta excitat Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 99. 209. Bentleius et Reisig. I. p. 239. scribunt: *ἀλλ' ἤνπερ γ' ὁ —*

552. Lege *ἡμῖν*. *Bentl.*

555. MS. Voss. *ἐντέξῃ*. MS. Br. *ἐντεύξῃ* et Suid. in *τέτανος*. *Bentl.* Quis fuerit ille codex Br., quem Bentleius hic et fortasse ad finem fabulae aliquoties in partes suas vocavit, Kusterus vero saepissime inter scholia, nescio; nisi forte sit idem atque codex Baroccianus 38. *Editor* adnotationum Bentleii.

ἐντήξῃ, instillet. Reisk. *τέτανον*. Hanc vocem de tentigine nervi usurpavit et infra v. 848. *οἷος ὁ σπασμός μ' ἔχει χὠ τέτανος. Bergl.*

ῥοπαλινούς. [Sic Froben.] Legere malim *ῥοπαλισμούς*. Nam *ῥόπαλον* et *ῥόπτρον*, quod est hostorium, vel potius rutabulum, etiam ad veretrum transfertur. Sane Naevius apud Festum sic usurpavit in obscenis: *senis retritum rutabulum. Fl. Chr.* Frob. *ῥοπαλινούς*: lege *ῥοπαλισμόν*. Gry. *ῥοπαλισμοὺς* et Suid. in *τέτανος*. *Bentl.*

554. *Ἀυσιμάχας — καλεῖσθαι*. Id est *pugnarum diribitrices*. Sic in Pace 993. ad Pacem dicunt: *λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς, ἵνα Ἀυσιμάχην σε καλῶμεν. Bergl.*

556. *νὴ τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην*. Hic erat praefixum *ΠΡ.* quasi Probulus haec diceret, sed delevi secutus editionem Farrei, ubi non est. [Assentitur Reisigius I. p. 240.] Ceterum de Paphia Venere Horatius: *O Venus Cnidi Paphique. Bergl.*

νὴ τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην. Verba haec, quae vett. editt. Lysistratae continuant, tres codd. alii personae tribuunt. In Aug. lineola mutatam personam indicat:

in Regiis adscriptum *Προβ.* Ego mulieri cuidam probabilius tribuo: ironiae enim, quam his verbis Provisori tributis inesse ait scholiastes, nihil mihi subolet. *Brunck.*

557. *ἐν ταῖς χύτραις καὶ τοῖς λαχάνοισι.* Scholia: *ἀντὶ τοῦ χυτροπωλίοις καὶ λαχανοπωλίοις.* Sic in Vespis 785. *ἐν τοῖς ἰχθύσι. Bergl.* *χύτραι* et *λάχανα* hic notant non *ollas* et *olera*; sed fora, seu loca ubi illa venibant. Usitatissima Atticis haec synecdoche. Eq. 1375. *τὰ μειρακιὰ ταυτὶ λέγω τὰν τῷ μύρῳ.* Sic Vesp. 789. *ἐν τοῖς ἰχθύσι, in foro piscario.* Eupolis apud Pollucem IX. 47.

περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Multa exempla congessit Taylor Lect. Lysiacarum circa finem, quae si conferas, facile mecum in opinionem venies hic scribi oportuisse:

νῦν μὲν γὰρ δὴ κἀν ταῖσι χύτραις κἀν τοῖς λαχάνοισιν ὁμοίως.

Brunck. Reisigius I. p. 242. scribendum arbitratur: *κἀν ταῖσι χύτραις καὶ τοῖς —.*

558. *ὥςπερ Κορύβαντες.* His etiam nomen est a galeis, quibus armati. *κόρυς, galea. Bergl.*

559. *καὶ μὴν τόγε* — Typothetae errore *μὲν* expressum fuit. Illud est in libris omnibus, etiam scriptis, ut et esse debet. *Brunck.* in Supplem.

560. *ἀσπίδ' ἔχων καὶ Γοργόνα. Γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον* in Acharn. 1124. *Bergl.* *ὠνεῖται.* MS. *ὠνῆται. Bentl.*

561. *φυλαρχοῦντ' ἴδον ἔφιππον* Primum lego *φυλάρχοντ' εἶδον ἐφ' ἵππου.* deinde *λέμιθον παρὰ γραὸς*, et sic apud Suidam reperio. Est autem teste Harpocratione Phylarchus qui e singulis tribubus imperium habet in equites illius tribus. Aristoteles verbo *φυλαρχεῖν* usus est libr. IV. de republ. ubi male alii *φιλαρχ.* legerunt. Erat tamen hic *φύλαρχος* subditus *ἱππάρχῳ.* Quem autem hic vocant *πῖλον*, ornamen est et amictus capitis, quem *κυρηβασίαν* quidam, alii tiaram, nonnulli cidarin dixerunt. *Fl. Chr.*

εἶδον ἐφ' ἵππου. Sic legunt MSS. Vat. et Voss. itemque Suidas v. *λέκιθος.* At priores editiones *ἴδον ἔφιππον*, laborante metro. *Kust.* MS. *ἐφ' ἵππου* et Suid. in *λέκιθος. Bentl.* Editio Farrei non *ἐφ' ἵππον*, sed *ἐφ' ἵππου.* eadem tamen male *ἴδον.* Apud scholiastem ad Plutum 427., ubi hic versus cum sequente citatur, est *εἶδον ἐφ' ἵππῳ. Bergl.*

565. *ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ* Brunckius ad Aves 579. Pac. 513. et Elmsleius ad Acharn. p. 68. *ἕτερος δέ γε Θρᾷξ* Reisig. I. p. 245.

Θρᾷξ πέλτην σείων. Thracum sunt gestamina peltae; unde *Θρηίκιον πέλταν* dixit Euripides in Erechtheo. Vide fragm. Pro *σείειν* autem *πάλλειν* dixit de pelta idem in Bacchis 782. *πέλτας θ' ὅσοι πάλλουσι. Bergl.*

ὥςπερ ὁ Τηρεύς. Quia Tereus Thrax erat, cuius alias nota est *ἀπορνίθωσις*, uti et filii eius et coniugis. *Bergl.*

564. *ἐδεδίσκετο.* Verbum *δεδίσκομαι* derivatur a *δέδια, timui. Bergl.* Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 221. scribendum censet *ἐδεδίττετο.*

δρυπέτεις. Matura oliva et cadiva dicitur *δρυπετής.* Tamen diversum etymon: nam a casu *δρυπετής*, a maturitate *δρυπεπής*, illa quasi *πεπτωκυῖα*, haec quasi *πέπειρος.* Itaque et *δρυπετὰ* et *δρυπεπὰ* invenias. Hoc loco Veneta editio habebat *δρυπέπεις.* Sciunt omnes nomine *δρυὸς* non omnem solum arborem, sed etiam fructum intelligi. Hic non pro oliva, sed pro ficu accipio. Est autem *δεδίσκεσθαι* terrefacere. *Fl. Chr.*

τὰς δρυπέπεις. Sic Aug. et B. quae sincera est scriptura. Vulgo *δρυπέτεις.* Vide Io. Piersonum ad Moerim p. 121. *Brunck.* V. Muelleri Aeginetica p. 178.

565. Lege *πῶς οὖν γε δύνασθ' ὑμεῖς παῦσαι:* vel *πῶς οὖν ὑμῖν δυνατόν.* MS. *δύνασθαι. Bentl.* Vulgo legitur labefactato metro, *πῶς οὖν ὑμεῖς δύνασθε παῦσαι.* Emendabat Kusterus *πῶς οὖν ὑμῖν δυνατὸν παῦσαι.* Sed ulcus soli verbo *δύνασθε* subest, quod glossema genuini verbi locum invasit. Scripserat comicus: *πῶς οὖν ὑμεῖς ἕξετε παῦσαι. Brunck.*

Egregie Tyrwhittus in notis MSS.
πῶς οὖν ὑμεῖς πράγματα παῦσαι τεταραγμένα πολλὰ δύναισθε ν);
Porsonus in notis MSS. penes amicum quondam et mihi condiscipulum, *ὑμεῖς δυναταί*: et sic Elmsleius ad Acharn. 78. [p. 47.]. *Editor* adnotationum Bentleii. Scribendum est: *πῶς οὖν ὑμεῖς δυνατοὶ — Reisig.* I. p. 245.

566. *φαίλως πάνυ πῶς ἀπόδειξον.* Sic in Veneta editione nullis personis interiectis, sed sub Probuli persona continuantur, neque versum sequentem *ὥσπερ κλωστὴρ* Lysistrata incipit, sed chorus mulierum. *Fl. Chr.*

567. *κλωστήρ.* Scholia: *νῦν τὸ νῆμα κλωστήρ. Bergl. κλωστῆρ', ὅταν* — Bentleius et Reisig. I. p. 247.

568. *ὑπενεγκοῦσαι, mit dem Faden drunter hin fahrende.* Et sic recte exstat in vetusta editione. *Reisk. ἐπενεγκοῦσαι* pro *ὑπενεγκοῦσαι* primus edidit Kusterus, testimonio non addito, nec caussa. eumque sequutus est Brunckius negligentior Berglero. hic enim in exemplari Farreano *ὑπενεγκοῦσαι* legi admonet: atque ita in caeteris quoque scriptum est vetustis libris typis impressis et in Ravennate, neque videtur mihi Kusterus ratione mutasse. *Reisig.* I. p. 247.

ἐνταυθί. MS. *ἐνταυθοῖ* hic et in 570. *Bentl.*

569. *διαλύσαιμεν.* Lego *διαλύσομεν.* Est autem *διαλύειν* quod Franci dicimus *devider*, vel a dividendo, vel deviduando, ut monuit etiam vir maximus et mihi colendissimus frater Ios. Scaliger. Quin et Nicandri interpres *ξαίνειν* exposuit *διαλύειν*, etsi putare proprie sit et *κροκοδύζειν. Fl. Chr.*

572. In vetustis exemplaribus typis impressis est: *κἂν ὑμῖν γ' εἴ τις γ' ἐνῆν νοῦς.* Particulam *γέ* post *τις* evellit Kusterus, lectore non admonito. In Ravennate *εἴ τις γ'* abest. Sed verba sic sunt corrigenda: *κἄν, ὑμῖν γ' εἴ τί γ' ἐνῆν νοῦς, — ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα. Reisig.* I. p. 248.

ν) Hanc transpositionem reiicit Reisig. I. p. 245.

573. Quamvis nolim *ἐπολιτεύετο* improbare, aut meam coniecturam valde urgere, tamen eam non celabo, scil. *ἐπολυπεύετο. tractarentur vobis omnia* ut lanificium vel tela, conficerentur omnia in modum et massam unius telae laneae. Vulgata tamen, fateor, se potest bene tueri, *administrarentur. Reisk.*

574. *πρῶτον μὲν ἐχρῆν.* Sic tres codd. [et MS. Voss. ap. Bentl.] optime. Vulgo *πρῶτα*, ruente metro, quia in *ἐχρῆν* prior semper corripitur. Nihil magis inutile est quam Kusteri emendatio reponentis *πόκου. Brunck.*

πόκον ἐν βαλᾷ. [Sic Froben.] Error manifestarius ut in voce nihili, sic in metro. Corrige *βαλανείῳ*. Est autem *οἰσπώτη* vel *οἰσπάτη* vel *οἴσπη* purgamentum ovium et stercus. Overdam possimus dicere, qua ratione bucerda, muscerda, sucerda et similia. Ratio etymi Graeca ad manum est *οἰσπάτη* quasi *οἰὸς σπατίλη*. Aliud esse puto *οἰσύπην*, de qua multa apud Erotianum habes vocum Hippocraticarum doctum enarratorem. Quod autem sequitur *ἐπικλίνεις*, Veneta editio habet *ἐπικλινῆς*, sed melius *ἐπικλινεῖς*, accentu in ultima, i. e. *ἐπιπίπτοντας καὶ ἐπιῤῥέπεις εἰς κακόν*. Dixit autem, ut opinor, *ἐκραβδίζειν* quod Plutarchus *ῥάβδοις ξαίνειν τὰ σώματα*, i. e. virgis caedere. *Fl. Chr.* Legendum est *ὥσπερ πόκου*. Constructio enim est: *ὥσπερ ἐκπλύναντας τὴν οἰσπώτην πόκου ἐν βαλανείῳ. Kust.*

575. *οἰσπώτην.* Proprie est stercus ovillum ab *οἷς ovis. Bergl.* *ἐπικλινεῖς.* Id est *κύπτοντας*. In Equit. 564. *ἐξελῶ σε ὑραῖς κύβδα.* Est autem *κύβδα* adverbium a *κύπτειν. Bergl.* *ἐπικλινεῖς.* MS. *ἐπὶ κλίνης. Bentl.*

576. *ἀπολέσαι.* Vel metrum lectionem hanc aspernatur. Quare dubitandum non est, quin praeferri debeat lectio MSS. Vat. et Voss. qui habent *ἀπολέξαι*, i. e. *seligere. Kust.* Frob. *ἀπόλεσαι:* lege *ἀπολέσσαι* vel *ἀπολῦσαι:* MS. *ἀπολέξαι. Bentl.* *ἀπολέξαι.* Ita ex auctoritate MSS. Vat. et Voss. edidit Kusterus; alias legitur *ἀπολέσαι perdere:* sed hoc metri ratio non admittit. Et alioquin *ἀπολέξαι* aptius est; seliguntur enim in lanificio tribuli, pecudibus saepe adhaerescentes. *Bergl.*

ἀπολέξαι e duobus codd. a Kustero bene repositum agnoscunt etiam bini Regii. Mendosam priorum editt. lectionem ἀπολέσαι praefert Aug. At consentiunt tres codd. in prava lectione praec. v. ἐπὶ κλίνης, quod in duabus Venetis reperio. Propius ad verum accedit Iuntina ἐπικλίνεις, accentu tantum male posito. *Brunck.*

577. συνισταμένους. Id est συνηγόρους vel συμπεπλεγμένους, καὶ πιλοῦντας, connexos et pilatos, translatione sumta a lana. Ut enim, inquit, adhaeret lana lanae dum carminatur, deinde discernitur a pressu mutuo, sic in iis, qui magistratibus applicantur et agglutinantur, facere debetis, et compositos divellere et secernere, ut mutua se benevolentia prosequantur. *Fl. Chr.*

τοὺς πιλοῦντας. Hanc lectionem exhibent MSS. Vat. et Voss. itemque Suidas v. συνισταμένους, ubi locum hunc ex vetere scholiaste explicat. At in prioribus editionibus legitur τοὺς θλίβοντας, quod est alterius vocis interpretamentum. *Kust.* Conf. Reisig. I. p. 251.

578. Locum hunc citat et interpretatur Suidas v. διαξῆναι. *Kust.* ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς. Supra v. 492. οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. *Bergl.*

579. MS. εὔνοιαν. *Bentl.* [Sed hoc in libris omnibus est.] εἶτα ξαίνειν εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὔνοιαν ἅπαντας, . Cur ἅπαντας addatur istis, non video. Itaque cum sequentibus coniungendum puto, verbis ita constructis: εἶτα ξαίνειν — εὔνοιαν, ἅπαντας Καταμιγνύντας, τούς τε μετοίκους —. *Reisig.* I. p. 25 . ἐς καλαθίσκον Brunckius tacite edidit: priores editt. habent εἰς καλαθίσκον. Vid. Reisig. I. p. 252.

580. τοὺς μετοίκους. Sic vocantur qui ex aliena civitate ad aliam emigrant, non ut peregrini transmeantes aut ad breve tempus habitantes. Pendebant vero quotannis duodecim drachmas, quod μετοίκιον dicebatur, proinde ut servi manumissi etiam pendebant τὸ μετοίκιον. Isaeus viros drachmas duodecim (Hesychius ait decem tantum, sed τῷ τελώνῃ τριώβολον appensum), feminas sex tantum pependisse ait in ora-

tione contra Elpagoram et Demophanem. Qui μέτοικοι id tributum non solverant, ducebantur et venibant ἐν Καρὸς αἴσῃ, ut ait Homerus, id est ut servi. Demosthenes in Philippicis ait naves invehi solitos τοὺς μετοίκους, puta venalitios. Eos autem comici σκαφίας vocabant, quia in pompis scaphas ferebant. Aristophanes dixit alibi, τοὺς γὰρ μετοίκους ἄλιτρα τῶν ἀστῶν λέγει. Nam civium pars erant, sed vilissima et ut paleae hordeaceae, tamen πολίτας esse negat Aristoteles libro III. Politic. Ait enim tantum κοινωνεῖν τῆς οἰκήσεως, ut et servi, neque οἴκησιν facere τὸν πολίτην. Erat autem necesse μετοίκοις νέμειν προστάτην, ut idem autumat Aristoteles et postea censet Harpocration, id est civem Atheniensem, cuius auctoritate niterentur ipsi inquilini. Est autem hic versus mutilus, sic fortasse restaurandus: τούς τε μετοίκους, κεἴ τις ξένος ἦεν ἐφ'. *Fl. Chr.*

ἢ φίλος ὑμῖν. Sic recte MSS. Vat. et Voss. At in prioribus editionibus pessime legitur, ἢ 'φ' ὑμῖν: pro quo Flor. Christ. legendum coniiciebat, ἦεν ἐφ' ὑμῖν. *Kust.* Lege ἐστὶν ἐφ' ὑμῖν. MS. ἢ φίλος ὑμῖν. *Bentl.*

582. Particulam γε Brunckius reposuit, vel coniectura ductus, vel codicibus admonitus, pro τε, quod in prioribus exemplaribus legitur typis impressis, et MS. Ravennate. *Reisig.* I. p. 253.

583. ὥςπερ τὰ κατάγματα κεῖται,. Ita primus explevit metrum Kusterus. In superioribus exemplaribus omissus est articulus, idemque abest in Ravennate. Dicit autem Lysistrata, colonias Atheniensium quorundam instar esse glomerum, quae ita sint disposita, ut seorsim ac separatim unumquodque iaceat. Ergo ineptus in hac re articulus est. Scribo:

ὥςπερ γε κατάγματα κεῖται,
χωρὶς ἕκαστον.

Reisig. I. p. 257.

586. τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι. ὑφῆναι est aoristus I. activi infinitivi ab ὑφαίνω. In Avibus 715. εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν. Ceterum prosopopoeia est et allegoria, quum dicit populo texendam esse laenam; intelliguntur autem commoda eventura, si res publica bene ordinetur. *Bergl.*

587. ῥαβδίζειν. Repetit hoc verbum ex antecedentibus v. 576. ubi Lysistrata dicebat: ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς. quasi dicat οὐ δεινὸν ταῦτας λέγειν περὶ τοῦ ῥαβδίζειν; Potest etiam ῥαβδίζειν pro *recitare* accipi et *garrire*, per metaphoram a rhapsodis, qui etiam ῥαβδῳδοὶ sunt dicti, quia ῥάβδους, *virgas*, manu tenentes recitabant carmina Homeri. Quia vero isti rhapsodi plerumque erant nugaces, ῥαψῳδία sumitur pro φλυαρία, quae vox significat futilem garrulitatem. *Bergl.*

τολυπεύειν. Lana pura puta est ἔριον τολυπευτόν. Nam τολύπη est ἐργασία et τολυπεύειν ἐργάζεσθαι. Sic autem dixit Homerus IV. Odyss. πόλεμον τολύπευσε, quod facit ad hunc locum, quia lanam bello comparat, neque frustra dixerat ῥαβδίζειν; virgis enim pavibant lanas, ut sordes deponerent, unde paveratae vestes. Quod vero ait πλεῖν ἢ διπλοῦν, solens et suo more hac voce utitur pro πλέον. *Fl. Chr.*

τολυπεύειν. Hoc etiam ex verbis Lysistratae, quia illa modo dicebat ποιῆσαι τολύπην μεγάλην. Habet autem et verbum τολυπεύειν hic duplicem sensum: primo λέγειν περὶ τολύπης: deinde ἐργάζεσθαι, ἐπιτελεῖν, ut Hesychius exponit, i. e. *facere*, *perficere*. Euripides in Rheso 744. τοῖς Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας. *quum parasset luctum Thracibus. Bergl.*

588. Lege λακκατάρατε. Photius in Lexico λακκατάρατοι, οἱ ἄγαν κατάρατοι καὶ λακκαταπύγων, ἄγαν καταπυγών. Vid. Ach. 664. [et commentar. p. 177.]. *Bentl.*

590. κἀκπέμψασαι. Innuit cladem Siculam, in qua ὁπλιτῶν periit maximus numerus, unde fletus et eiulatus matribus, quae Athenis erant, de qua volebat quiritare Lysistrate, nisi Probulus eius clamores compescuisset, in quo videtur eximium poetae artificium, ne populum doloris sui admoneret, et pro risu lacrymas cieret. Thucydides initio libr. VIII. ἅμα μὲν γὰρ στερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος καὶ ἡ πόλις ὁπλιτῶν τε πολλῶν καὶ ἱππέων. *Palmer.*

592. Gry. στρατιᾶς. *Bentl.* διὰ τὰς στρατιάς. Sic A. recte: minio superscriptum *ει*, sive sit interpretatio, sive emendatio, sive varia lectio. Aug. ut vete-

res editiones omnes στρατειὰς, accentu genuinae vocis indicium dante, quod observavit Orvillius ad Charit. p. 540. Editiones recentiores στρατείας. Ammonius: στρατεία, ἐκτεταμένως, τὸ πρᾶγμα· στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Postremam observationem confirmat Photius in Lexico, Ruhnkenio laudatus ad Timaeum p. 171. στρατιὰν, συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Parum interest fuerine Aristophanes, quem testem advocat, comicus noster, an grammaticus. Priorem certum est promiscue hoc vocabulo usum fuisse. In impressis etiam Acharn. 251. 1143. Eq. 587. στρατιὰ legitur pro στρατεία. Sequitur καὶ θἠμέτερον μὲν ἔᾶτε, ut recte legit Berglerus: vulgo κᾆθ' ἡμέτερον mendose. Articulus omnino requiritur, ut significari possit, quod sententia fert: *quod ad rem nostram spectat, illud quidem mittite. Brunck.*

κᾆθ' ἡμέτερον μὲν ἔᾶτε. Pro κᾆτα ἡμέτερον, hoc autem pro καὶ εἶτα ἡμέτερον. Sed illa scriptura vitiosa est; legendum enim καὶ θ' ἡμέτερον, id est καὶ τὸ ἡμέτερον. Similiter autem occurrit istud ἡμέτερον in Ecclesiazusis 619. τὸ μὲν ἡμέτερον γνώμην τίν' ἔχει. *Bergl.*

593. περὶ τῶν δὲ κορῶν. Perperam vulgo τῶνδε. *Brunck.* Correxit iam Reiskius.

594. MS. κἄνδρες. *Bentl.* οὔκουν κἄνδρες — id est καὶ ἄνδρες. Sic duo Regii optime. Vulgo οὔκουν γ' ἄνδρες. *Brunck.* Sed de utroque dubito: articulum enim desidero: nam generatim de viris loquitur: neque abesse καί potest: ideoque scriptum οὔκουν χἄνδρες ab auctore puto. *Reisig.* I. p. 258.

595. ὁ μὲν γὰρ ἥκων. Lego, ut numeri constent sibi, ὁ γὰρ ἥκων μὲν x), deinde οὐδεὶς ἐθέλει, non θέλει. Valet autem hic ὀττευομένη idem ac μαντευομένη et κληδονιζομένη. *Fl. Chr.* Salmasius vult ὁ μὲν ἄρ' ἥκων. vid. Epistol. Sarravii p. 192. ed. Burmann. ubi locus hic totus explicatur, et in specie verbum ὀττεύεσθαι. *Reisk.*

x) Assentitur Berglerus.

ὁ γὰρ ἤκων μέν. Sic duae minores editt. Batavae, e Florentis, ut videtur, emendatione, quam stulte contemsit Kusterus, qui priorum editionum mendosam revocavit lectionem, ὁ μὲν γὰρ ἤκων. At in duobus Regiis legitur, quod nunc primum, serius quam oportuit, animadverto, ὁ μὲν ἤκων γάρ. [Hoc probat Schaefer. Melet. crit. p. 76.] Iidem v. seq. habent κἂν τουτου. Perperam vett. editt. contra metri et constructionis legem habent τοῦτο. Illud Kusterus e Batavis adsumsit, quas etiam in praec. versus lectione sequi debebat. *Brunck.* MS. ὁ μὲν ἤκων γάρ. Al. ὁ γὰρ ἤκων μέν. *Bentl.*

596. Frob. τοῦτο. Scal. τούτου et MS. *Bentl.*

597. Frob. θέλει. MS. ἐθέλει. *Bentl.* ὀττευομένη. Attice pro ὀσσευομένη ab ὄσσα, quod Hesychius exponit κληδὼν καὶ φήμη, id est *omen*, *rumor*, et *fama*. Puellae autem nupturientes ad haec maxime attendunt; cupiunt enim scire, quando tandem sit venturus aliquis procus, et quis ille sit futurus. *Bergl.*

598. — 608. Haec Reisigius I. p. 259. sic corrigit:

στροφή.

Προβ. ἀλλ' ὅστις ἔτι στῦσαι δυνατὸς —
Λυσιστρ. σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις;
χώρειν ἔστιν· σορὸν ὠνήσει.
μελιτοῦτταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω.
λαβὲ ταυτὶ καὶ στεφάνωσαι.

ἀντιστροφή.

Γυνὴ ἀ. καὶ ταυτασὶ δέξαι παρ' ἐμοῦ.
Γυνὴ β'. καὶ τουτονγὶ λαβὲ τὸν στέφανον.
Λυσιστρ. τοῦ δῆτα δέει; τί ποθεῖς; χωρεῖν
ἔστ' εἰς τὴν ναῦν, ὁ Χάρων σε καλεῖ·
σὺ δὲ κωλύεις ἀνάγεσθαι.

598. ἀλλ' ὅστις ἐστὶ στ. Lego ἀλλ' ὅστις ἔτι στ., non ἐστί. Sed et notandum in Veneta editione appositam esse interrogationis notam post δυνατός. Legerem etiam τί παθων, non μαθὼν, et interrogative pronunciarem. Sicque memini in epigrammatum florilegio dictum a Nicarcho aut alio, μή τι πέπονθ' Ἀΐδης de longaevo nimis homine. *Fl. Chr.* Quod τί παθὼν scribendum censet, fallitur. Vid. Reisig. I. p. 259.

ἀλλ' ὕστις ἔτι στῦσαι — Regulare est systema anapaesticum a v. 484. usque ad 607. quod rite clauditur dimetris, quorum ultimus paroemiacus est praecedente basi. Hoc nulli editorum suboluisse videtur, qui tot versus, quorum soluta metra, silentio praeterierunt. Hic mendose vulgo legitur ὅστις ἐστὶ — *Brunck.*

599. Lege *ΧΟ. ΓΥ.* at MS. *ΑΥΣ. Bentl.* σὺ δὲ δὴ etc. Tu vero senex, qui non es στῦσαι δυνατὸς, cur non moreris? Quasi nullus sit usus virorum, qui non arrigunt. *Bergl.*

In Regiis persona huic versui praefixa Lysistratae, non, ut vulgo, alius mulieris. Habent autem illi etiam τί μαθών. Sed legendum est omnino τί παθών. Ut Nub. 402. Pace 701. Bene monentibus Florenti et Scaligero obsequi debueram. Frequentissima est Luciano formula illa τί παθών, cuius idiotismum explicatum videbis in nota ad Vigerum p. 230. *Brunck.*

τί μαθών. Hoc Atticum est et idem fere significat quod τί παθών. Aelianus epist 14. τί γὰρ καὶ μαθὼν εἰμὶ ἄνθρωπος; *cur enim vel homo sum?* Eupolis apud Stobaeum Serm. IV. τί μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς; *cur peregrinos poetas dicitis sapientes?* Vide ad Plutum 909. *Bergl.*

600. χωρίον ἐστὶ σορόν. In editione Veneta legitur καίριον et δὴ μάσσω, non δημάζω. Est autem τὸ ὠνήσει pro ὠνήσεις, nisi mavis ὠνῆσαι, ut sit: tempus est emere sandapilam, ego quidem pinso tibi μελιττοῦταν. Est autem epitheton τῶν νεκρῶν. Et sic vocatur μᾶζα μέλιτι δεδομένη (propterea ait μάσσω), quam mortuis dabant, ut Cerbero ferrent (vocavit Maro offam melle saporatam) et obolum ut portitori Charonti et coronam, ut qui vitae bonum certamen vicerint. Sunt qui apud Virgilium soporatam offam legant, frustra, si me audiunt. Nullus enim in melle sopor, et quamvis soporatus ab offa fuerit triceps ille canis, factum est propter medicatas fruges et papaver aspersum. *Ft. Chr.* Editio Farrei καίριον, quod magis placet: χωρίον autem potest esse *locus sepulturae. Bergl.*

Vulgo legitur absque ullo sensu, χωρίον ἐστὶ σορὸν

ὠνήσει. Ad metrum saltem oportuisset *ἐστίν.* Reposui e mera coniectura; nam nihil hic iuvant codd. *καίριος ἐσσί γε* Nemo autem ad poeticam formam offendat, et credat eiusmodi verba Atticam scenam respuisse. En fideiussorem Euripidem, Helena 1250.

πιστὴ γὰρ ἐσσὶ γ) σῷ πόσει, φεύγουσά με.

Editiones Venetae habent *καίριόν ἐστι:* nescio unde: sed propius ad meam emendationem. Confer quae notavi ad Eurip. Or. 446. *Brunck.*

Quod antiquis libris vulgatum est, *χωρίον ἐστί,* id quo valeat, neque ego perspicio, et doctissmi quique se negant intelligere. Nihil enim afferret, qui interpretaretur: *est locus aliquis commodus, quo tu possis abire:* quae si modo vera esset sententia, ita est involuta verbis, ut Atticum poetam in summa versatum esse credas orationis ieiunitate atque inopia dicendi, et exilem potius et infantem, quam copiosum ac disertum habeamus. Indocte autem Brunckius, qui *καίριος ἐσσί γε* correctionem vitii esse voluit. — Et tamen ille Dan. Wyttenbachii videtur approbationem movisse in Bibliotheca Critica [Part. VIII. p. 43.], quem eundem tamen coniecturam proposuisse memini, *ὥριον ἔστιν* z) scripsisse Aristophanem: in qua re imitatus est Scaligeri *χ' ὥριον.* Quod autem in exemplaribus Venetis et Wecheliano legitur, *καιριόν ἐστι,* id ipsum a correctore aliquo inventum est, qui quum vitium insitum istis sentiret, Attici tamen sermonis parum esset peritus. Mihi autem caeterorum strophae atque antistrophae versuum colorem intuenti, verissimum videtur, quod scripsi sane quam exigua litterarum immutatione, *χωρεῖν ἔστιν:* quae loquendi ratio itidem usurpatur in antistropha. Confirmatur enim illud illustraturque Pluti versu 278.,

ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν.
σὺ δ' οὐ βαδίζεις; ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

— Praeterea idem significatus vocabuli *χωρεῖν* a scriptore quodam usurpatur apud Suidam, Vol. III. p. 681.

γ) Recte Matthiaeus et Elmsleius ad Acharn. p. 209. *εἶ σύ.*

z) Lege *ὥριόν ἐστιν: ὠνήσει emes.* Scal. *χωρίον* vel *καιριόν ἐστιν σορὸν ὠνῆσαι. Bentl.*

V. *χωρεῖν*: *ἀλλὰ χωρεῖν καὶ συναποθνήσκειν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν πραγμάτων*. *Reisig*. I. p. 260. 261. 262. Elmsleio ad Acharn. p. 209. scribendum videtur: *χοιρίον ἔσται*. coll. Pac. v. 374.

σορὸν ὠνήσει. In Acharn. 691. senum chorus dicit: *οὗ μ' ἐρρῆν σορὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὄφλων ἀπέρχομαι*. Illud autem *ὠνήσει* est Attice pro *ὠνήσῃ*. *Bergl. ὤνησαι. Reisk.*

601. *μελιττοῦταν*. Hanc Virgilius vocat *offam melle saporatam*. Et dabatur mortuis, ut Cerberus ea placaretur. *Bergl.* Lege *μελιτοῦτταν*. MS. *δὴ μάξω*. *Bentl.*

μελιτοῦτταν. Vulgo *ἀμέτρως* et barbare *μελιττοῦταν*. Frequens in hac voce librariorum lapsus. Forma contracta est ex *μελιτόεσσα*, ut *οἰνοῦττα* ex *οἰνόεσσα*. Postremum hoc unicum est istius generis quod in vulgatis libris emendate excusum sit, Pl. 1121. Vide ad Nubes 507. et Aves 567. *Brunck*.

Iuntini exemplaris, utriusque Basileensis et Brubachiani *μάζω* emendavit Florens Christianus. In Wecheliano et Venetis est *μάσσω*. Fortasse *μάττω* verum est. Sed quid quaeris? De scriptura *μάξω* teste utimur scholiasta: *γράφεται· καὶ δὴ μάξω*. — *Οἷον· οὕτω μάξω μελιτοῦτταν*. Iam quaenam illa sit *μελιτοῦττα*, audi, quaeso. *μάζα*, inquit Florens, *μέλιτι δενομένη*, vel *δεδευμένη*. Hoc scimus omnes et notum est ex Hesychio. At scilicet talem placentam Lysistrata porrigit Probulo. Nimirum stercus ei per os impingit. Haec est illa mellita placenta: *σκῶρ μεμαγμένον* Carionis in Pluti versu 305.: maza illa, qua vescitur cantharus in Pace, de qua ipsum illud *μάττειν* dicitur v. 14. Eiusdem generis placentas aliquot altera Probulo mulier obiicit versu,

καὶ ταυτασὶ δέξαι παρ' ἐμοῦ.:

neque illa videtur ad *ταινίας* alludere. Ita autem merdis ore foedum atque inquinatum, et toto corpore madefactum, *ἀντὶ ταινιῶν ὕδατι ἐστεφανωμένον*, vel, ut ait scholiastes, *βεβρεγμένον*, quanto cum risu spectatorum abiisse de scena putamus Probulum conquerentem:

εἶτ' οὐχὶ — — ὡς ἔχω.
Reisig. I. p. 262.

602. στεφάνωσαι. Mortui coronabantur, ut qui vitae certamen vicissent, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοι, ut loquitur scholiastes. Nam, ut Euripides dicit in Supplic. v. 550., πάλαισμα ἡμῶν ὁ βίος. *lucta est nostra vita.* Ceterum in Ecclesiaz. 1027. adolescens, qui vetulam cavillatur, tanquam morti maturam, dicit ad eam ταινίωσαι pro στεφάνωσαι. Vide ibi notam. *Bergl.*

603. 4. Hi versus, qui in vulgatis eidem ac superiores tribuuntur personae, singuli singulis mulieribus tributi in Regiis, quod actionem scenae et vividiorem et lepidiorem reddit. In altero τουτονὶ perperam vulgo, labante versu, legitur. *Brunck.*

καὶ ταυτασί. F. καὶ τουτουσί, nempe obolos Charonti debitos. V. ad Ranas. *Reisk.* Malim ταυταγί. *Elmsleius* ad Acharn. p. 208.

604. τουτονγὶ scribi malunt Elmsleius l. l. et Reisig. I. p. 263. τοῦτον δὴ Bentleius.

605. τοῦ δέοι. Lege ut in Veneta editione, τοῦ δέῃ; τί ποθεῖς, suntque isti anapaestici versus, et postremus σὺ δὲ κωλύεις coronis anapaestica hac nota claudenda ⊱. *Fl. Chr.* τοῦ δέει. Attice pro τίνος δέῃ. In editione Farrei pro δέει est δέῃ ex communi dialecto. Vult autem dicere omnia parata iam esse ad mortem seni. *Bergl.* Lege τοῦ δεῖ. *Bentl.*

τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει ἐς ναῦν. Hic versus in duas lineas; non enim adeo ineptus sum, ut versus eas appellem; vulgo discerptus est ad hunc modum:

τοῦ δέει; τί ποθεῖς;
χώρει εἰς τὴν ναῦν.

Teterrimam labem codicibus meis antiquiorem, qui nihil variant, nisi quod pro δέει A. habet δέῃ, sustuli, reconcinnato anapaestico dimetro. Scriptum fuit olim τί σε δεῖ, cuius in locum glossema se intrusit τοῦ δέει. Verbum δεῖ cum accusativo personae construitur, qua de re videndus Valckenarius ad Hippolytum 25. quem praestantissimum virum agniturum arbitror hac loquendi forma non abstinuisse Aristophanem. Dubitationi locus esset, si unicum hoc ex mea emendatio-

ne proferretur exemplum. Sed en alterum: Conc. 298.

ὡς ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας.

Exemplis ex Euripide enotatis addantur ista: Herc. Fur. 1175.

ἦλθον, εἴ τι δεῖ, γέρον,
ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς, ἢ ξυμμάχων.

Ion. 1028.

ὦ φιλτάτη παῖ, πάντ' ἔχεις, ὅσων σε δεῖ.

Brunck. Censor ed. Brunckianae in Biblioth. f. alte Litter. u. Kunst I. p. 153. coniicit τοῦ δέῃ (sic). „Vulgo legitur: τοῦ δέει; τί ποθεῖς; χώρει εἰς τὴν ναῦν. Rectissime; modo [cum Bentleio] scribatur: χώρει 'ς τὴν ναῦν." Meinek. in curis criticis in comicorum fragm. p. 13.

Τοῦ δέει; τί ποθεῖς; Χώρει εἰς τὴν ναῦν. Contrahendum non est in unam syllabam τὸ δέει, ut quod a δεῖ non posset dignosci; quo tamen opus foret, si istam retineremus lectionem. Plut. 828.: *Μάλιστ'. Ἔπειτα τοῦ δέει; Πρὸς τὸν θεόν —;* et sic passim. Haud omnino male Brunckius:

Τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει ἐς ναῦν,

nisi quod et nimis haec pro arbitrio, nec ferendus est hiatus in verbis χώρει ἐς ναῦν. Legendum minima mutatione:

Τοῦ δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει 'ς τὴν ναῦν.

Ceterum his similia leguntur Alcest. Eurip. 255., quae παρῳδεῖ comicus. *Hotib.*

Antiquis in libris plerisque verba in hunc modum sunt scripta:

τοῦ δέει; τί ποθεῖς;
χώρει εἰς τὴν ναῦν.

nam quod ex Iuntino in posteriora complura irrepsit δέοι, id ex typothetae errore ortum. In his autem verbis, etiamsi ea ad antistrophicam formam nullam essent redigenda, tria tamen comparent vitia. Primum enim τοῦ δέει non efficit anapaestum, deinde χώρει εἰς hiat *a*): quae tollenda sunt: postremo non satis copu-

a) Nam quod quibusdam placuit χώρει 'ς τὴν ναῦν, qua scri-

latur apte oratio cum superiore, nec placet admodum ista praefracta et aspera colloquendi ratio. Hoc si tollis, facile verba τοῦ δέει anapaesticis numeris accommodare: tum hiatum si correxeris, continuo proveniet antistropha. Quamobrem, quum ad sententiam priori annectendam particula aliqua desideretur, quae concludat sermonem, valde probabile est τοῦ δῆτα δέει scribere: praesertim quum particula haec insequentibus vocibus absorpta videatur: nam in exemplaribus Venetis, Wecheliano, et MS. A. δέῃ positum est pro δέει, ut simillimi inter se litterarum sint ductus δηταδεητι. — Iam vero, quoniam hiatum istiusmodi, ut vitiosum, fugerunt poetae Atticorum scenici, scribo: χωρεῖν ἔοτ' εἰς τὴν ναῦν —. *Reisig.* I. p. 263. 264.

606. χώρει εἰς τὴν ναῦν· ὁ Χάρων σε καλεῖ. Apud Euripidem in Alcestide 254. Alcestis moriens dicit: Χάρων μ' ἤδη καλεῖ. τί μέλλεις; ἐπείγου. σὺ κατείργεις, τάδ' ἕτοιμα. *Charon me iam vocat. Quid,* inquit, *cunctaris? Festina, tu remoraris; haec parata sunt.* Apud Sophoclem in Oedipo tyr. 1624. aut 1699. ad Oedipum, cui vitae terminus instabat, vox dei alicuius: ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν; πάλαι δὴ ταπὸ σοῦ βραδύνεται. *Bergl.*

608. σὺ δὲ κωλύεις ἀνάγεσθαι. In Acharn. 1087. δειπνεῖν κατακωλύεις πάλαι. *Bergl.*

611. ὡς ἔγω. Scholia: βεβρεγμένος *madefactus.* Nam supra v. 383. et 387. viros aqua perfundebant. Forte etiam coronam mortuorum intelligit, quam seni imponebat paulo ante mulier. *Bergl.*

612. ὅτι οὐχί. Sic bene Aug. Observes velim apud Aristophanem ι nuspiam elidi in ὅτι, non magis quam in περί. Nub. 1223.

ὅτι ἐς δύ' εἶπεν ἡμέρας. τοῦ χρήματος;

non ὅτ' ἐς, quod ambiguum fuisset, quum posset accipi pro ὅτε ἐς. Thesm. 275.

μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν.

---

ptura utitur Wolfius in Analectis II. p. 454., barbarum videtur Reisigio I. p. 264. et syntagm. crit. p. 25.

non ὅθ' ἡ — Ad eundem modum scribo adstipulantibus codicibus, Ran. 922. ὅτι αὐτὸν ἐξελέγχω. 1386. ὅτι εἰσέθηκε. Eq. 101. ὅτι οὐκ ἐλήφθην. Acharn. 516. ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω. Et sic in omnibus locis, ubi vulgo facta elisio. *Brunck.*

οὐχὶ προυνθέμεσθά σε. Respicit, ut puto, ad ea de quibus Suidas περὶ προθεσμίας, qui mortis est terminus, nisi si προθέσθαι sit mortuum collocare et, ut ait Persius, rigidos calces in portam extendere. *Fl. Chr.* Postquam nempe te lavimus ut mortuum. Euripides in Phoenissis 1529. ὅπως λούσῃ, πρόθηταί τ' οὖκ, ἔτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν. τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα τιμὰς διδόντα, χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν. De ista προθέσει sive collocatione mortuorum Persius Sat. III. *tandemque beatulus alto compositus lecto, crassisque lutatus amomis, in portam rigidos calces extendit. Bergl.*

613. MS. σοὶ πρῷ πάνυ Ἥξει: al. ἔξει. *Bentl.* Legitur vulgo: ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν πρωΐ πάνυ. Mendosissime. πρωΐ dissyllabum non agnoscit Atticus sermo, nec semel quidem apud comicum occurrit, qui etiamsi eo usus fuisset, neutiquam tamen ultimam produxisset. Excidit pronomen ad sensum maxime necessarium, quod e Regiis codd. repono:

ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν σοι πρῷ πάνυ.

Tres codd. γοῦν una voce exhibent. De Attico πρῷ vide doctissimum Ruhnkenium ad Timaeum p. 160. et quae notavi paucula ad Aesch. Prom. 702. ubi dubium non est, quin reponendum sit πρῷ γε στενάζεις. In A. emendate scriptum ΠΡΩι, ι ductu minore ad latus posito. In B. mendose πνωΐ pro πρωΐ, quomodo scribere solebant imperiti librarii, tametsi metri scansio monosyllabum requireret. Et ea est ratio, cur in Platonis codd. semper πρωΐ occurrat, licet certum sit illum pro dialecti suae more adverbium hoc semper una syllaba extulisse. Vera huius vocabuli, ut et aliorum multorum pronuntiatio, e solis poetis cognosci potest, ad quorum normam eorumdem vocabulorum scriptura in metro solutis auctoribus reformanda est, quod meminisse velim futurum Platonis editorem. *Brunck.*

614. ἥξει παρ' ἡμῖν. Melius ἔξει, ut et Veneta ha-

bet editio. Deinde lego τὰ τρί' ἐσκευασμένα, non autem τὰ τρίτ'. Nam τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον intelligit, quia morte damnatis tria proponebant, gladium, laqueum et cicutam. Quis non malit τὰ τρία Στησιχόρου. *Fl. Chr.* F. τὰ πρὶν ἐσκ — Saltim fateri cogor me vulgatam non intelligere, etiamsi fortassis recte habeat. Quid si τὰ θρία, et hoc comice atque plebeie dixerit pro ἐντάφια *amictum feralem.* Conf. v. 664. ubi ἐντετριῶσθαι usurpatur pro *indutus esse vestibus. Reisk.*

τὰ τρίτα. Sunt inferiae tertio a sepultura die inferri solitae, uti ἔννατα quae nono inferebantur die. *Bergl.* V. Wolfii Analecta IV. p. 551.

Vulgo legitur: ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐσκευασμένα: mendose, quia τὰ ante literas τρ male et contra artem producitur. Regius uterque recte ἐπεσκευασμένα. Vide notam ad v. 408. *Brunck.*

615. στρ. ά. 638. ἀντιστρ. ά. *Bentl.* οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν. Supra v. 425. ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἑστάναι. In Avib. 659. καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν ἔτι ὥρα 'στὶν ἡμῖν. *Bergl.*

616. ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ', ἄνθρωποι. Id est ἐπιχειρήσωμεν. Puto autem meliorem Suidae lectionem ἀλλ' ἐπαποδυώμεθα τουτωῖ τῷ πράγματι, ut sit senarius versus, qualis erit sequens, si demas ταδὶ non necessarium. Nam τὸ δοκεῖ refertur ad τὸ πρᾶγμα. *Fl. Chr.*

ἐπαποδυώμεθα. *Exuamur ad hanc rem.* Id est *praeparemus nos huic rei.* Metaphora a luctatoribus, qui nudi certabant. Lucianus: ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. *accinxit se ad philosophiam.* Aelianus V. H. libr. XII. c. 1. πρὸς τὸν πότον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. *ad potandum se accingentes tanquam contra antagonistam. Bergl.*

Vulgo legitur: ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ', ἄνθρωποι, τουτωῖ τῷ πράγματι. Istud ἄνθρωποι metri ratio facessere iubet, quod alias per se ineptissimum est. Duo Regii [et MS. Vossian. ap. Bentl.] dant ἄνδρες, quod etiam sine codd. proclive erat reponere. *Brunck.* Conf. Porson. praefat. ad Eur. Hecub. p. LXI.

617. *ἤδη γὰρ ὄζειν γε ταδὶ μειζόνων καὶ πλειόνων.* Sic Regii ambo, nisi quod A. *ὄζει* habet: alter vero *γε* omittit. Vulgo *ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ πλειόνων καὶ μειζόνων.* Harum lectionum neutra sana est. Scribendum:

ἤδη γὰρ ὄζειν πλειόνων καὶ μειζόνων
πραγμάτων ταδὶ δοκεῖ μοι.

Prior versus senarius est iambicus: alter dimeter trochaicus. Sic olim emendaveram et scripseram in priore meo apographo, quod, tametsi retinendum erat, stolida nescio qua veterum librorum reverentia praepeditus in textu non reposui, et nunc manifesto video fuisse reponendum. *Brunck.*

Strophica esse haec, praetervidens Brunckius, frustra turbat. Dochmaici hic et sequens:

Ἤδη γὰρ ὄζειν γε ταδὶ μειζόνων
Καὶ πλειόνων πραγμάτων μοι δοκεῖ.

Τε duorum Brunckii Regiorum elegans est et retinendum. *Hotib.*

Deleto *γε* scribendum:

ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ μειζόνων καὶ πλειόνων.

et sic Elmsleius quoque ad Acharn. p. 294. Respondet versus 659.

619. *τῆς Ἱππίου τυραννίδος.* Quasi tyrannidem affectent, quam obtinuit Athenis Hippias Pisistrati filius. Sed cur Hippiae meminit praecipue et non alius alicuius tyranni? Scholiastes dicit: *εἰκότως τοῦ Ἱππίου μόνου ἐμνημόνευσεν, πρεσβύτατος γὰρ ἦν οὗτος τῶν ἄλλων*, Pisistrati filiorum nempe; de iis enim loquitur scholiastes. Propter *aetatem* inquit. Quasi vero Pisistratus, qui inchoavit tyrannidem, non fuerit senior filio suo. Non haec est ergo causa. Alludit enim comicus ad *ἵππον*, qui *κέλης* dicitur, unde *κελητίζειν* obsceno sensu; in Vespis 497. *κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας, ὅτι κελητίσαι ἐκέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι, ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα*; ubi vide notam. Eodem sensu hic in Lysistr. 678. dicit *ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή.* *Bergl.*

620. Hic versus et tres sequentes dimetri sunt paeonici. *Brunck.*

623. *ἄνδρες ἐκ Κλεισθένους.* Clisthenes erat *γυναι-*

κώδης, solebatque ferre κερκίδα, ut dixit Sophocles, cuius versus luculentos habes apud Suidam. Is rasa semper apparebat barba, ut iunior videretur. Proverbium hinc est *Clisthene intemperantior* vel *Clisthenem video*. Itaque quod ait hic δόλῳ, eo pertinet, quia rasi essent ut Clisthenes. Vide Suidam ποῖ γῆς ἀποδημεῖς. *Fl. Chr.* Meminit huius, quia erat γυναικώδης, ut dicit scholiastes. Vide in Ecclesiaz. v. 580. et sqq. *Bergl.*

ἐκ Κλεισθένους. MSS. Vat. et Voss. rectius ἐς Κλεισθένους i. e. *in domum Clisthenis*. *Kust.*

625. 626. Duo hic versus videntur mihi dimetri trochaici, etsi primi pes primus. Sed illud ἐγὼ, quod in fine est alterius, tanquam glossema videtur tollendum. *Fl. Chr.* τὰ χρήματα. Scholia: τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Bergl.* Hi versus sic disponendi sunt:

καταλαβεῖν τὰ χρήματ' ἡμῶν, τόν τε μισθὸν,
ἔνθεν ἔζων ἐγώ.

Secundus est dimeter paeonicus, in quo non debebat Brunckius ἐγὼ delere. *Hermann.* de metris p. 358.

καταλαβεῖν τὰ χρήματ' ἡμῶν
τόν τε μισθὸν,
ἔνθεν ἔζων ἐγώ.

Sic metra huius loci describi debent, quae non satis accurate digessi in libro de metris. *Hermann.* de emend. rat. gr. Gr. p. 316.

626. τόν τε μισθὸν ἔνθεν ἔζων. Cave credas casu aut typothetae negligentia omissam fuisse vocem ἐγὼ, quam in fine huius versus addunt editiones omnes, agnoscuntque codd. A mala manu est, ex inutili et inepta glossa orta. Versus hic dimeter est trochaicus, ut praecedens. *Brunck.*

629. Versum hunc et sequentem adducit Suidas v. διαλλάττειν. *Kust.* In διαλλάττειν subintell. τὴν ἔχθραν aut τὸ μῖσος. *Reisk.*

πρὸς hic adverbii vicem fungitur, nec construitur cum ἡμᾶς: idem est ac προσέτι. Ordo est: καὶ πρὸς διαλλάττειν ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς: *et insuper*. Sic in Aesch. Prom. 937.

ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω.

confer Ran. 415. 611. Eq. 578. *Brunck.*

630. MS. *οἷσιν οὐδὲν πιστόν. Bentl. οἷσι πιστὸν οὐδέν.* De Lacedaemoniorum perfidia in Acharn. 307. *εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει. Bergl. λύκῳ κεχηνότι.* Proverbium est *λύκος χανών*, de quo Erasmus in *Lupus hiat. Bergl.*

631. *ἐπεὶ τυραννίδι.* Legendum *ἐπὶ* et contra in sequenti versu *ἐπεὶ φυλάξομαι*, non *ἐπί*. Tum vero *τυραννεύουσ'*, non *τυραννεύουσιν. Fl. Chr.* MS. omittit *ἡμῖν* et habet *ἐπὶ* cum Gry. pro *ἐπεί. Bentl.*

632. *ἀλλ' ἐμοῦ μὲν οὐ τυραννεύσουσι.* Euripides in Hercule v. 258. *ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ σὺ δεσπόσεις χαίρων ποτέ. Bergl.* Lege *τυραννεύσουσ' ἐπεὶ* ut MS. *Bentl.*

633. Vide Suidam v. *φορήσω* et v. *ἐν μύρτου κλαδί*, ubi locum hunc citat et explicat. *Kuster.*

ἐν μύρτου κλαδί. Exstant versus antiqui, puto scolion fuisse, metro Phaleucio *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω* etc. Sed arbitror hos senes alludere ad feminarum libidinem. Nam *μύρτος* pudendum muliebre saepe vocatur ab isto praesertim comico. Lego autem post *Ἀριστογείτονι*, non *Ἀριστόγειτον*, ut in Veneta editione. Utuntur vero Attici ut et Plato *τῷ ἑξῆς* in dativo, ut hic *ἑξῆς Ἀριστογείτονι. Fl. Chr.* Scolion hoc erat in conviviis cantari solitum et recitatur ab Athenaeo p. 695. *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥςπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην. ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν.* His tota illa historia recte et breviter continetur. Ceterum aliquid obsceni intelligitur apud comicum, ut recte vidit Florens. *μύρτος* enim dicitur etiam pudendum muliebre, ut infra v. 1005. *Bergl.*

Alludit ad notissimum scolion, quod in minore nostra Anacreontis editione legitur p. 85. *τοῦ μύρτου*, eo sensu quo usurpat hoc nomen infra 1004. Lacedaemonius caduceator, haud equidem sum osor. Nolim tamen eos interpretes imitari, qui, ubicunque occurrit vox aliqua apud comicum, quae ad obscenum sensum detorqueri queat, illico aiunt eo poetam respexisse. Scio illum perquam libenter in ambiguitate vocum ludere, qui fons est ei iocorum facetissimo-

rum: sed nihil inde haurit nisi lepidum et ingeniosum. Quod autem post Florentem commentus est Berglerus, id sane insulsum est. *Brunck.*

654. Vide Suidam v. *ἀγοράσω*. *Kust.* *Ἀριστογείτονι*. Columnam eius intelligit. *Bergl.* Lege *Ἀριστογείτονι* ut Gry. et MS. *Bentl.*

655. *αὐτὸς γάρ μοι.* Puto pro *αὐτὸς* melius legi *αὖτως*, nisi *αὐτὸς* sit pro auctore: nam et in Ranis *αὐτὸς* est *ὁ δεσπότης* et *αὐτὸς ἔφα* dixit Pythagoras de deo, vel *αὐτοῦ* lege. *Fl. Chr.* F. *παρ' αὐτόν. γίνεται γάρ μοι πόθος. nam lubido me invadit huic vetulae alapam infligendi,* aut *παρ' αὐτόν. αὖρα γάρ μοι γίνεται.* — Interdum *αὖρα* pro *instinctu*, *impetu* sumitur, ut in illo Anthologiae Constantini Cephalae carm. 471. p. 29. ed. nostrae *καί τινος αὔρη δαίμονος εἰς τὸν ἐὸν τύμπανον ἦκε χέρας.* Timo apud Diogen. Laert. p. 582. *τίνος αὖραι Ἑλλάδ' ἔχουσι. Reisk.*

Sententia pariter ac metrum reponi suadent vel, ut Bisetus iussit:

Ὧδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν· αἴτιος γὰρ γίγνεται
Τῆς etc.

vel, asyndeto usurpato: *αἴτιός μοι γίγνεται* etc. Aristogitonem, virum strenuum, esse sibi auctorem ait chorus colaphos anui pessimae infligere. *Hotib.*

αὐτὸς γάρ μοι γίγνεται. Sic quidem libri omnes, sed manifesta corruptela, ob spondeum in quinta octonarii sede. Metri labem non persensisse videtur Berglerus, qui solius sententiae ductu *αὐτὸ* suasit. Florens meras egit nugas. Menda est in *γὰρ*, ratiocinativa particula, cui nullus est hic locus. Legendum *αὐτὸς οὖν μοι γίγνεται.* Nisi forte quis putet *γὰρ* subnatum esse ex *ἄρ'*, qua gratia legere etiam possit, *αὐτὸς ἄρ' ἐμοὶ γίγνεται.* Quod ad sententiam adtinet, vide not. ad Nub. 1483. *Brunck.* in Supplem.

αὐτὸς auctorem non potest significare. Scribendum videtur:

αὐτόθι γάρ μοι γίγνεται
τῆς θεοῖς ἐχθρᾶς πατάξαι τῆσδε γραὸς τὴν γνάθον.
Hermann. ad Nubes 1487.

Mallem *αὐτό*. *Bergl.* Sic etiam Porsonus apud Kidd. ad Dawes. p. 445. „Al. *αὐτὸ γάρ*. MS. *αὐτὸς* et annotat „*λείπει βοηθός*." *Bentl.*

De vitio metri consentiunt grammatici: de correctione dissentiunt: de qua varie periclitatus est Brunckius. Hermannus, libro de metris, p. 117., assentitur Brunckio de *αὐτὸς ἄρ' ἐμοὶ* —. alibi idem sensit aliter. recte enim ille ad Nubium versum 1487., quod *αὐτός* auctorem significare negat. Sed dudum iam aliquid certe Berglerus vidit, quem pro nimia levitate sua contempsit Brunckius. Scriptum est enim ab Aristophane, ut arbitror:

ὧδέ θ' ἑστήξω· παρ' αὐτὸν αὐτὸ γάρ μοι γίγνεται.
propter Aristogitonis enim statuam stanti mihi illud ipsum contingit, ut scelestae huius anus maxillas feriam. Reisig. I. p. 146.

656. *τοῖσι θεοῖσιν ἐχθρᾶς*. Claudicabit versus. Ut rectum habeas, censeo legas *τοῖς θεοῖς ἐχθρὰς* vel *τὰς θεοῖς* etc. *Fl. Chr.* Frob. *τοῖσι θεοῖσι:* lege vel *τοῖς θεοῖς* vel *τῆς θεοῖς*, ut supra [v. 624.]. *Bentl.* Conf. Reisig. I. p. 181.

657. Hinc videtur incipiendum, non ab illis *ἀλλὰ θωμεσθ'*, et est velut *ἀντεπίρρημα*, et omnes versus fere similes, nisi quod in quibusdam claudicatur per errorem, puto, librariorum. *Fl. Chr.*

οὐ γὰρ — ἡ τεκοῦσα γνώσεται. Forte quia non habent iam matrem tanquam valde senes. *Bergl. οὐ γὰρ εἰσιόντα σ' οἴκαδε. scilicet quando domum veneris, non agnoscet mater tua te illum fuisse, qui sibi alapam inflixerit.* Admonet eum ne inscius matrem caedat, reputans aliam esse. *Reisk.* Lege *εἰσιόντα σ' b). Bentl.*

658. Chorus vetularum commemorat commoditates, quas in iuventute sua habuerit in republica Atheniensi, ex legibus et institutis civitatis. *Bergl.*

642. *γεγῶσ'*, non, ut vulgo, *γεγῶσα*, habent duo

---

b) At ea non est scriptura Bentleii, nisi senescentis. *Editor* not. Bentleii.

Regii, et recte quidem. Versus hic dimeter est paeonicus, ut et tres sequentes et v. 659. *Brunck.*

645. *ἠῤῥηφόρουν. Ἀῤῥηφορία* vel *ἑρσηφορία* sacrificia sunt, quae a virginibus ferebantur in honorem Erses Cecropis filiae vel deae puta Dianae, et dicta *ἀῤῥηφορία* quasi *ἄῤῥητα ἐν κίσταις φερόμενα μυστήρια.* Hesychius agnoscit *ἐῤῥηφόρους* ut hic. Menander autem comoediam docuit titulo *ἀῤῥηφόρου* vel *αὐλητρίδος*, ut testatur Athenaeus, apud quem mendum esse arbitror libro X. quum de panibus agit. Ait enim turundam illam, quae *νάστος* dicitur, fieri solitam *τοῖς ἀρνηφόροις*, puto legendum *ἀῤῥηφόροις. Fl. Chr. ἠῤῥιφόρουν.* Editio Farrei *ἠῤῥηφόρουν* recte. Est autem vel ab *ἀῤῥηφορεῖν* pro *ἄῤῥητα φέρειν, mysteria gestare:* vel ab *ἐῤῥηφορεῖν* pro *ἑρσηφορεῖν*, quia, ut dicit scholiastes ex Istro historico, *τῇ Ἕρσῃ πομπεύουσι τῇ Κέκροπος θυγατρί.* Prior opinio magis placet scholiastae. Gestabant autem arcana illa sacra puellae cistis. *Bergl.*

ἠῤῥηφόρουν. Sic emendate Aug. et A. Perperam vulgo *ἠῤῥιφόρουν.* Vide Meursium Gr. Fer. in *Ἀῤῥηφόρια. Brunck.*

644. *εἶτ' ἀλετρὶς ἦ.* Distinguo ut in versione videre est *c*). De his molitricibus scholiastes: *γίνονται δέ τινες τῶν εὐγενῶν ἀλετρίδες τῇ θεῷ παρθένοι, αἵτινες τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα ἀλοῦσι· καὶ ἔστιν ἔντιμον τοῦτο. εἰσὶ δὲ καὶ ἱεροὶ μυλῶνες.* Illud autem *ἦ* est pro *ἦν* et *ἤμην eram*, ut in Pluto 77. ubi vide notam. De *δεκέτις* vide notam sequentem. *Bergl.*

ἦ δεκέτις. Puto *ἦ* esse pro *ἔα* per synaeresin et hunc locum innui a Suida voce *ἦ*, aut positum est pro *ἤμην. Fl. Chr.* Frob. *ἦ*: al. *ἦ* i. e. *ἦν* Attice et MS. *ἦ· ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Bentl.*

645. *Ἀρχηγέτις.* Scribendum est *Ἀρχηγέτι*, ut sit dativus contractus, vel scribendum citra contractionem *Ἀρχηγέτιδι.* In dativo accepit scholiastes, apud quem legitur *Ἀρχηγέτι, τῇ δεσποίνῃ Ἀρτέμιδι* id est *Dianae dominae.* Ordo autem horum verborum est:

---

c) In prioribus edd. interpunctio post *ἦ* aberat.

οὖσά τε δεκέτις, ἡ ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις, κατέχουσα κροκωτόν. Nempe virgines decimo aetatis initiabantur Dianae, unde id δεκατεύειν dicebatur. Vide notam sequentem. *Bergl.* Lege οὖσά τ' ἀρχηγέτις. MS. et schol. οὖσά τ' ἀρχηγέτι] τῇ δεσποίνῃ Ἀρτέμιδι, ὡς Δήμητρι. Ergo ordo est ἀλετρὶς ἡ δεκέτις οὖσα τῇ ἀρχηγέτι, κἄτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἡ Βραυρωνίοις. Scal. καταχέουσα τὸν κροκωτὸν — ἢ 'ν. Vide Suid. in ἄρκτος ἐν Βραυρ. *Bentl.*

Ἀρχηγέτι. Sic tres codd. cum schol. Perperam vulgo Ἀρχηγέτις. Dativus est contractus, ut μήτι. [Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 429.] Significatur Diana, quae in Braurone colebatur, et *praeses* erat illius pagi. Vide rursus Meursium Gr. Fer. in Βραυρώνια. *Brunck.* οὖσα τἀρχηγέτι Buttmannus gr. Gr. T. I. p. 211.

646. καταχέουσα τὸν κροκωτόν. MSS. Vat. et Voss. rectius κατέχουσα τὸν κροκωτόν. *Kust.* καταχέουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἡ Βραυρωνίοις. Sic legendus hic versus. Claudicat vulgo ob omissionem articuli τὸν, quem habent tres codd. cuiusque indicium, seu potius reliquias servant vett. editt. in quibus excusum καταχέουσαν. In Aug. perspicue καταχέουσα. In Regiis κατέχουσα, quod in duobus aliis repertum praeferendum duxit, immo in textu reposuit Kusterus sine ullo acumine, summaque cum metri imperitia. Nam κατέχουσα respuit versus trochaici lex, quae trochaeum vel tribrachyn, neutiquam vero pyrrichium in prima sede admittit. Praeterea absurda est illa lectio. Quis unquam κατέχειν κροκωτὸν Graece dixit, pro *crocota amictam esse?* καταχέουσα τὸν κροκωτὸν significat *laxam, recinctam fluere sinens crocotam, fluente crocota amicta. Brunck.*

ἄρκτος ἡ Βραυρωνίοις. Vide omnino Suidam v. ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις et scholiasten veterem ad hunc locum. *Kuster.* In editione Veneta ἦν legitur, sed malim ἡ 'ν pro ἡ ἐν. Legerem autem καταχέουσα τὴν κροκ. Quid sit autem ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις, vide apud Suidam. Virgines nupturae sacra faciebant Artemidi et hoc ἀρκτεύειν dicebatur vel δεκατεύειν, quia decennes erant virgines ἀρκτεύουσαι: neque enim minores quin-

que annorum vel maiores decem oportebat esse. Corrigenda mihi videntur Hesychii grammatici veteris exemplaria, ubi ait ἀρκτεία· τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελευτή· ἀρκτεύει γὰρ καθιεροῦν. Lege τελετὴ et ἀρκτεύειν. Paulo post ubi habes ἦν ἂν ἀναμείνω delendum τὸ ἂν ut glossema τοῦ ἦν. Sed quod Probulus ait supra ἄρα προὐφείλω, in Veneta editione deest Probuli persona et loquitur chorus mulierum. *Fl. Chr.*

Virgines, quum initiarentur Dianae, oportebat crocotulam gestantes inter sacrificandum reptare instar ursae; unde etiam ἀρκτεύεσθαι illae tunc dicebantur. Originem illius ritus exponunt grammatici Graeci. Quum olim Athenis fuisset occisa ursa mansueta, Dianae sacra, quod irritata laesisset quandam virginem, pestilentia mox invasit regionem. Ad placandam itaque Dianam introduxerunt illum ritum. Quidam vero dicunt, illa, quae circa Iphigeniam in Aulide contigisse feruntur, ut notum ex Euripide, in Braurone, loco quodam Atticae, facta esse, sed paulo aliter. Quum enim ibi Agamemnon esset immolaturus Dianae filiam suam Iphigeniam, hanc divina virtute ex caede creptam esse, et loco eius ad mactandum subiectam ursam, non cervum. Itaque ἄρκτευσις illa virginum Atticarum in memoriam huius rei fuerit instituta. *Bergl.*

647. κἀκανηφόρουν. Hoc etiam virginum erat. Vide infra v. 1196. *Bergl.*

648. σχοῦσ'. Sic ad metri praescriptum [cum Bentleio] scribendum. Vulgo ἔχουσ'. *Brunck.* παῖς καλὴ, σχοῦσ' ἰσχάδων ὅρμαθόν. Libri omnes pro σχοῦσ' habent ἔχουσ'. Dicere debebam, ingrati hiatus vitandi gratia ἔχουσ' me in σχοῦσ' mutasse, de metri autem praescripto silere, quod minime observavi. Quod enim pro versu dedi, versus non est, ne trochaicus quidem, quippe qui desinat in duas breves; nec, si pro tali haberi posset, in hoc canticum rite insereretur, cuius constructio non alios admittit trochaicos, quam dimetros et tetrametros. Versus esse debet tetrameter paeonicus, quod manifesto ostendunt tres integri pedes, secundo duobus temporibus defecto. Facile erat frequens librariorum peccatum hic deprehendere, quo-

rum culpa excidit praepositio verbi compositi. Scripserat comicus:

παῖς καλὴ, περιέχουσ' ἰσχάδων ὁρμαθόν.

Agnoscis iam suavissimos paeonicos numeros. περιέχουσα autem praecise dictum valet ἔχουσα περὶ τὸν τράχηλον. *Brunck.* in Supplem.

ἰσχάδων ὁρμαθόν. Sic κριβανιτῶν ὁρμαθὸς in Pluto 675. *Bergl.*

649. In editione Farrei recte deest hic Probuli persona et v. seq. *XO. ΓΥ.* nam omnia haec a choro mulierum dicuntur. *Bergl.* Dele *ΠΡ.* et mox *XO. ΓΥ. Bentl.* Delenda persona Probuli. Sunt enim anus eius, quae praecedentia dixit. *Ego ergo, quae tot honores in patria gessi, nonne debeo in compensationem ipsi utilia suadere?* Delenda quoque persona sequenti versui praefixa. *Reisk.*

650. εἰ δὲ — τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι. In Acharn. 496. μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι, εἰ πτωχὸς ὤν, ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν μέλλω περὶ τῆς πόλεως. *Bergl.*

651. Mallem sic constituere: ἦν ἀμείνω τῶν παρόντων γ' εἰσενέγκω πραγμάτων. Nam γε ad παρόντων πραγμάτων pertinet. *Reisk.*

652. τοὐράνου. Cave de coelo intelligas. Est enim pro τοῦ ἐράνου. Sic autem vocat τὴν ἐκ κοινοῦ ἑστίασιν et εἰσφοράν. Latini collectam, symbolum, contributionem, munus. Postea enim vocat ἔρανον παππῶον, quod quid sit explicatur apud Suidam his verbis ἐγένετο ἐπὶ τῶν Μηδικῶν (sic autem Aristoteles in Polit. dixit τὰ Μηδικὰ) ψήφισμα, ὥστε ἕκαστον κατὰ δύναμιν συμβαλέσθαι εἰς τὰ κοινὰ χρήματα, ταῦτα δὲ ἔταξεν Ἀριστείδης δοῦναι τοῖς συμμάχοις, εἰ τοῖς βαρβάροις πολεμοῖεν. Quibus verbis intelligitur, temporibus belli Medici scitum fuisse, ut in aerarium conferret unusquisque pro facultate certam pecuniam, quae iussu Aristidae tribueretur socialibus et auxiliaribus copiis, quae barbaros bello infestarent. *Fl. Chr.* τοὐράνου. Pro τοῦ ἐράνου. Est autem ἔρανος collecta, symbola, contributio, munus. *Bergl.*

654. Locum hunc ex veteribus scholiis bene explicat Suidas v. *Μηδική* et v. *παππῶον. Kust.* τὸν ἔρα-

νόν. Illud tributum est, quod ordinante Aristide contulerunt quum Persae invasissent Graeciam: τὰ Μηδικὰ enim sunt τὰ Περσικὰ apud bonos scriptores. *Bergl.* Fo. ἐπὶ τῶν. Vid. Suid. in *Μηδικῶν:* at ἐκ Suid. in παππῶον. *Bentl.* Vid. Schneider. ad Xenoph. opusc. polit. p. 125.

655. εἶτα. Hanc particulam scholiastes hic dicit abundare. *Bergl.* MS. εἶτ' ἀναλώσαντες] τὸ εἶτα παρέλκει: sed forte ἀνταναλώσαντες. *Bentl.* εἶτ' ἀναλώσαντες. Metro coactus poeta particulam εἶτα ante participium collocavit, quae ei subiici debebat. Ordo enim naturalis est: ἐπεὶ τὸν ἔρανον ἀναλώσαντες, εἶτα οὐκ ἀντεισφέρετε. Observatum hoc Koenio ad Corinthum de Dial. p. 62. [146.] ubi usus particulae εἶτα post participia comico admodum familiaris illustratur. *Brunck.*

657. ἆρα γρυκτόν. Id est ἆρα γρύξαι ὀφείλετε ἢ παῤῥησίαν ἄγειν; An, inquit, mussandi causam habetis aut liberius loquendi. *Fl. Chr.*

658. ἀψήκτῳ *d*) πατάξω. Verberabo, inquit, genas tuas duro calceamento. Est enim ἄψηκτον σκληρὸν et ἀμάλακτον. *Fl. Chr.*

πατάξω. Legit interpres πατάξω et interpretatur *verberaverim*, quod melius; sed ἀψήκτῳ interpretantur ἀκαμάτῳ, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ, forte ex Suida. Sed melius mihi videtur intelligere πηλώδει, μολυνομένῳ, a privativo α et ψήχω τὸ ψάω *detergo:* et Suidam quidem secutus est Bisetus, sed a Suida ad rationem provoco; nam cothurnus non habet tantum duritiem. *Palmer.* Citat hunc locum Suidas v. ἀψήκτῳ. Pro πατάξω autem, quod priores editiones habent, reposuimus πατάξω, secuti auctoritatem non solum MSStorum, sed etiam Suidam v. ἀψήκτῳ. *Kuster.* MS. πατάξω. *Bentl.* πατάξω. Ita editio Farrei et teste Kustero MSS. nec non Suidas. Aliae editiones κατάξω, quod et ipsum non est alienum. *Bergl.*

659. στρ. β'. 685. ἀντιστρ. β'. 659. lege ταῦτ' οὖν ut

---

d) Suidas explains ἀψήκτῳ in this passage ἀκαμάτῳ, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ: but why may it not mean *unwiped; dirty as it is? Iohn Seager* in classical Iournal III. p. 498.

MS. *Bentl.* *ΠΡ.* *ταῦτ'*. MSS. versui huic rectius praefigunt *χορ. γερ.* i. e. chorus senum. *Kust.* In ed. Farrei praefigitur *ΠΡ.* i. e. *Πρόβουλος*. Etiam bene. In aliis autem editionibus *ΧΟ. ΓΥ.* i. e. *χορὸς γυναικῶν* male. Kusterus ex MSS. praefixit *ΧΟ. ΓΕ.* i. e. *χορὸς γερόντων*, non male. *Bergl.*

Hic et duo seq. versus male distincti sunt. In Regiis diversa est nec tamen melior primi scriptura: *ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὸ πρᾶγμ' ἐστίν.* Rescribe:

ταῦτ' οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ'
ἐστὶ πολλή; κἀπιδώσειν
μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μᾶλλον.

Primus dimeter est iambicus catal. quem sequuntur duo dimetri trochaici. *Brunck.* Scribe:

ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' ἐστὶ κ. τ. λ.

Hermannus.

662. *ἐνόρχης.* Quia cum mulieribus iis negotium est. Oportet autem *rem agi magnis testibus*, ut est in Priapeis. *Bergl.*

663. In editione Farrei hic praefigitur *ΧΟ. ΓΕ.* etiam bene, quia secundum antecedentia Probulus dixerat. *Bergl.* *ἐξωμίδα.* Erat tunicae et pallii vicem *ἡ ἐξωμὶς* id est *χιτῶνος* et *ἱματίου*. Nam et indui poterat et superindui. Puto fuisse quod Gallofranco vocamus idiotismo *souquenie*. Itaque recte vocat Hesychius *χιτῶνα δουλικόν*. Sed locus apud illum grammaticum mihi videtur corruptus et emendandus. Suidas quidem non satis sibi constat quum ait esse *χιτῶνα ἐλευθέριον* et mox *εὐτελῆ*. *Fl. Chr.*

664. *ἐντεθριῶσθαι.* Metaphora sumta a cibis vel edulibus quae circumvoluta foliis ficus, quae *θρῖα* dicuntur. Hinc verbum *ἐντεθριῶσθαι* pro *ἐνεσκευάσθαι* et *ἐντετυλίχθαι*. Galli dicimus *enveloppper*. Habes hanc vocem in Acharnensibus. *Fl. Chr.* Scholia: *ἐντετυλίχθαι, ἐνεσκευάσθαι· μετήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ λεγομένου θρίου, ὃ ἐν σύκου φύλλοις εἰλεῖται.* Hic *ἐνεσκευάσθαι* scripsi pro *ἐσκευάσθαι*. Usurpavit autem illud verbum de amictu comicus in Acharn. 585. de cibo, quamvis non de thrio ibid. v. 1095. *Bergl.* Citat Suid. in *ἐντεθρ.* *Bentl.*

665. Citat Suid. in *Λυκόποδες*. *Bentl.* *λυκόποδες*. Lycopodes dicebantur stipatores regii et servi grandiores, quos Franci et Itali vocant *estaffiers*, quia pedes haberent amictos pellibus lupinis, ne urerentur *ἀπὸ τοῦ περιέχοντος*, ut ait Suidas, sed verbis, ut puto, corrigendis, aut quia insigne lupi gerebant in clypeis. Sed hoc loco Aristophanes intelligit Alcmaeonidas, qui bellum inferebant Hippiae tyranno et Pisistrati filiis, munimentumque habebant *τὸ λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος, εἰς ὅπερ συνῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ*, ut idem ait Suidas. Dictum autem Lipsydrion mons Atticae a defectu aquae, quem muniverat Alcmaeon. Eustathius in libr. IV. Iliad. [p. 461.] huius historiae meminit, quum ait *Ἄργος πολυδίψιον* vocari posse *λειψύδριον* et ab Agamemnone puteos cavatos in Aulide et Attica, scoliumque affert, quo laudabantur Alcmaeonidae, qui in Lipsydrii obsidione occubuerant. Id tale est: *αἳ αἳ Λειψύδριον προδοσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας μάχεσθαί τ' ἀγαθοὺς καὶ εὐπατρίδας*, ut proverbium hinc manarit, *pugna ad Lipsydrium*. Scribitque Hesychius, Alcmaeonidas *Λυκοποδᾶς* vocatos a quibusdam propter pedum albedinem, quia semper vincti erant. *Fl. Chr.*

Nunc intelliguntur Alcmaeonidae, qui Hippiam tyrannum oppugnarunt, communito Lipsydrio, loco Atticae. Haec ex scholiis. Compellat autem senum grex sese hoc nomine, quasi et ipsi tunc fuerint inter Alcmaeonidas (solet enim comicus choro senum tribuere, quae longe antecesserunt aetatem illorum hominum), ut aemulentur scilicet Alcmaeonidarum virtutem oppugnanda tyrannide Hippiae, quia nunc etiam mulieres affectent eiusmodi tyrannidem. Supra enim v. 621. dicebat: *καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος*. Alias Lycopodes dicuntur etiam tyrannorum satellites. Est autem origo nominis a pellibus lupinis, quibus tuebantur pedes. *Bergl.* Scribendum *ἀλλ' ἄγετε λευκόποδες*. *Hermann.* de metris p. 358.

666 *Λειψύδριον*. De isto Lipsydrio et de Alcmaeonidis cantabant scolion in conviviis, quod vide apud Athenaeum p. 694. *Bergl.*

667. ὅτ' ἦ μὲν ἔτι. Puto legendum ἦμεν et ἀνηβῆσαι, quomodo legitur et in Veneta editione. Est autem ἀναπτερῶσαι μετέωρον ποιῆσαι. *Fl. Chr.* ὅτ' ἦμεν ἔτι. Vide ad Acharn. 697. ubi etiam senum chorus dicit ὅτ' ἦμεν. *Bergl.*

670. κἀναπτερῶσαι. Hanc metaphoram explicat ipse comicus in Avibus v. 1437. et seqq. *Bergl.*

671. κἀποσείσασθαι τὸ γῆρας. In Ranis v. 343. γόνυ πάλλεται γερόντων, ἀποσείεται δὲ λύπας χρονίων τ' ἐτῶν παλαιοὺς ἐνιαυτούς. In Pace v. 336. τὸ γῆρας ἐκδύς. *Bergl.*

672. Laborat etiam versiculus iste. Repone:

σθαι τοδὶ τὸ γῆρας.

dimeter est trochaicus brachycatal. quem phallicum vocant. *Brunck.* Nihil mutandum. Respondet versus 696.

673. ἐνδώσει λαβήν. In Equit. 842. λαβὴν γὰρ ἐνέδωκας. *Bergl.*

674. λιπαρᾶς χειρουργίας. Nihil, inquit, remittent mulieres assiduae operae et audaciae. Est enim hic λιπαρὸν, προσεχές, dictum παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι. Legendum porro τεκτανοῦνται in futuro. Quod autem ait de Artemisia, innuit procul dubio nobile illud strategema, quod ausa est regina illa Cariae, quum in portu suo captas Rhodiorum naves ascendit et ita Rhodum victrix ingressa est, quam historiam luculenter describit Vitruvius libr. II. *Fl. Chr.*

λιπαρᾶς. Lege λιπαροῦς. at λιπαρᾶς Suid. in λιπαρές. *Bentl.* Scribendum potius λιπαροῦς a λιπαρὴς, quod est a λίαν παρεῖναι, ut ait scholiastes. Aliud est λιπαρὸς, unde λιπαρὰ et genitivus λιπαρᾶς, quod nec versus hoc loco potest tolerare. *Bergl.* λιπαροῦς χειρουργίας. Absurde vulgo et labante metro legitur λιπαρᾶς. Illud reponendum esse vidit etiam Berglerus. *Brunck.*

675. Lege τεκτανοῦνται. *Bentl.*

676. ὥσπερ Ἀρτεμισία. Haec etiam fuit in magna illa classe Xerxis contra Graecos, et eius virtutem admiratus est Xerxes. Vide Herodotum. *Bergl.*

677. διαγράψω τοὺς ἱππέας. Id est, improbabo et

expungam et delebo. Dicitur etiam *περιγράφειν* in Irena, qua ratione dixit M. Tullius circumscribere magistratum. *Fl. Chr.* MSS. ad sensum melius *διαγράψ ι:* pendet enim a praecedenti *ἐπιχειρήσουσι*. Dicit nimirum comicus: *si ad studium equitandi animum converterint feminae, conabuntur prorsus abolere alios equites.* Obscenus tamen etiam sensus in his verbis latet. *Kust.* Non video quare Kusterus *διαγράψαι* praetulerit. Potest quidem se tueri, non tamen id, quod ille voluit, sed *χρὴ* subintelligitur. *Reisk.*

διαγράψω. Ita editio Farrei et aliae; in Kusteri editione *διαγράψαι*, quod vir cl. in MSS. se invenisse dicit. Sed malui retinere alteram lectionem; nam et scholiastes in futuro indicativi legerat, qui exponit *περιαρῶ tollam*, et *εὐτελεῖς ἡγήσομαι αὐτούς· νικηθήσονται γὰρ ὑπὸ τῶν γυναικῶν.* Est autem metaphora, ut idem scholiastes dicit, a litigantibus; nam *διαγράφειν δίκην* est *annihilare dicam* alicui scriptam. In Nubibus v. 775. *πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη. Bergl.* V. Ruhnken. ad Timaeum p. 82.

διαγράφω τοὺς ἱππέας. Sic ad metri normam scripserat poeta [quod etiam Bentleius vidit]. Editiones omnes ante Kusterum *διαγράψω*, haud quidem repugnante sententia, sed cum versus labe, quod illi ne quidem suboluit. Quum vero in codicibus mendosiorem adhuc scripturam, quam praeferunt etiam duo Regii, reperisset, *διαγράψαι*, istuc arripuit, perperamque interpretatus est. Reiskius, qui minus etiam quam Strepsiades metra curabat, saltem *διαγράψαι* illud, quod tamen prae *διαγράψω* non flocci faciebat, ad sensum non admodum improbabiliter explicavit, subintelligendo *χρή*. Praeterquam quod praesens tempus hic omnino requirit lex metri, in eo etiam est quiddam elegans. Terentius Eun. II. 3.

O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres.

Brunck.

678. *ἱππικώτατον.* Latet in his verbis sensus obscenus, ut et Kusterus vidit. Vide supra ad v. 21. *Bergl.* Alluditur ad illum *Ἀφροδίτης τρόπον*, de quo

supra ad v. 60. Ad pendulam illam Venerem, cuius fructu delectabantur etiam mulieres tribades alternis se inscendentes, spectant Asclepiadis Epigrammata XXIX. XXX. *Brunck.* V. Welckeri libellum de Sapphone p. 25.

κἄποχον γυνή. Pro *καὶ ἔποχον*, quo nomine intelligitur, qui firmiter invehit equo. Sed suspicor alludere comicum ad *ὀχείαν* vel *συνουσίαν*. Nam *ὀχεύειν* etiam est *βινεῖν*, unde illa *ἔσθιε, πῖν', ὄχευε*. Equum autem per metaphoram ad obscena tralatum testabitur ille versus: *Hectoreo quoties sederat uxor equo.* Sane Hesychius ex eo, ut opinor, moechos vocat *φιλίππους*. *Fl. Chr.*

679. *κοὐκ ἀναπολίσθαι τρέχοντος.* Puto legendum *ἀναπολεῖται* et interpretor: non versatur currentem equo. Sed quid dissimulem, hic mihi nec lucere nec liquere? Exspecto donec me labantem regat et sublevet felicius ingenium. Lego autem *ἔγραψ' ἐφ' ἵππων*, non *ἔγραψεν*, ut metrum sit rectum. *Fl. Chr.* Neque grammatice neque quoad sensum video, quid sibi velit *ἀναπολεῖσθαι*, neque metro convenit. *Reisk.* Editio Farrei *κοὐκ ἀναπολεῖται.* Melius quidem, quia non in infinitivo, sed verbum *ἀναπολεῖν*, quod est revolvere hic locum non habet. Ego verti quasi legeretur *κοὐκ ἂν ἀπολῆται. Bergl.*

κοὐκ ἂν ἀπολίσθοι τρέχοντος. Sic distincte et perspicue Aug. et B. quae genuina lectio est, cuilibet Graece scienti statim se approbans. Misere depravata fuit a librariis et editoribus. In A. *κοὐκ ἂν ἀπολέσθαι τρέχον γε.* In Iuntina et utraque Basil. *κοὐκ ἀναπολίσθαι τρέχοντος.* Duae Venetae *κοὐκ ἀναπολεῖται.* Pessime omnium editiones recentiores *κοὐκ ἀναπολεῖσθαι.* Nihil ad hunc locum Kusterus; pauca, sed inepta notavit Berglerus: tentavit eum, sed infeliciter, Taylor Lect. Lys. p. 686. Genuinam lectionem solus coniectura adsecutus est Dawesius Miscell. Crit. p. 339. *ἂν ἀπολίσθοι.* Illi *κουκ* vel *κουδ'* condonandum est. *Brunck.* Lege *ἂν ἀπολισθῇ.* MS. *ἂν ἀπολέσθαι. Bentl.*

680. *Μίκων.* Scholiastes dicit hunc in porticu, quae *Ποικίλη* dicebatur, depinxisse pugnam Amazo-

num. Bisetus etiam annotat mentionem fieri huius Miconis et pugnae Amazonum cum Atheniensibus, ab eo pictae, apud Pausaniam in Atticis. *Bergl.*

ὡς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων. Vulgo, metro reclamante, *ἔγραψεν*, quod iam emendaverat Florens. Facetum in modum depravata est scriptura binorum Reg. *ἔγραψε φιλίππῳ*, ubi tamen latet vestigium veteris lectionis *εγραψ εφ ιππων*. Miconis pictura erat in Porticu, cui nomen *Ποικίλη*, quam describit Meursius Ath. Att. p. 20. In fine versus *ἀνδράσιν* scribendum ob vocalem initio sequentis versus, et sic est in A. *Brunck.*

681. *τετρημένον ξύλον.* Sic in Equit. *οἷόν σε δήσω τῷ ξύλῳ*, puta *ποδοστράβῃ*, quae numella fuit. *Fl. Chr.* Hoc lignei vinculi genus dicitur *πεντεσύριγγον ξύλον* in Equit. 1045. Sed hic simul intelligitur obscene *τὸ τρύπημα τῆς γυναικός*, de quo in Ecclesiaz. 623. *Bergl.*

682. *τουτονὶ τὸν αὐχένα.* Collum etiam imponebatur in lignum illud perforatum; Anacreon apud Athenaeum p. 554. *πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς* (aut potius *θεὶς* vel *δεθεὶς*) *αὐχένα. qui saepe in ligno posuit collum*, sive: *cuius collum saepe in ligno fuit constrictum.* Sic hic etiam obscenitas latet, quod satis ostenditur voce *τουτονί*. *Bergl.*

τουτονὶ τὸν αὐχένα. Sic libri omnes. Mallem *τουτοὶ* ad *ξύλον* relatum. *Brunck.*

683. Citat Suidas in *ζωπυρήσεις*. *Bentl.*

684. *λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὗν.* Si, inquit, me irritassis (est enim hic *ζωπυρεῖν ἀνεγείρειν*) ego suem meam laxabo. Puto respicere proverbium *ὗν ὀρίνει*, nisi subturpiculum hic intelligit sub nomine suis. Est autem *πεκτούμενον ξαινόμενον, τιλλόμενον*. Gallicus idiotismus sic pectendi verbo utitur, quum alicui minatur. *Fl. Chr.*

τὴν ἐμαυτῆς ὗν. Sic tres codd. et vett. editt. In recentioribus *τόν*. Duos seq. versus distinxi ad exemplum Reg. codd. quod recte factum nemo non videt. Prior monometer est trochaicus, alter tetrameter, ut duo sequentes. *Brunck.*

685. Lege *καὶ δή*, ut passim. *Bentl.*

687. *χἡμεῖς — ἐκδυνώμεθα.* Quia virorum grex dixerat: *ἀλλ' ἐπαποδυνώμεθα — τουτῳὶ τῷ πράγματι. Bergl.*

688. *αὐτοδαξ ὠργισμένον.* Utitur in Irena [607.] *αὐτοδαξ τρόπον.* Hic accipe pro *παραχρῆμα* vel *πάνυ*, ut scribit Hesychius. *Fl. Chr.* Irati se ipsos mordent: in Vespis 785. *σεαυτὸν δάκνων.* ibid. 1078. *ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων*, ubi vide notam. Vide etiam ad Nubes 1372. *Bergl.*

689. *νῦν πρόσεμ' ἴτω.* Editio Veneta habet *πρόσειμι.* Malim *πρὸς ἐμὲ* duabus vocibus, quamvis nec illud caret bono sensu. Paulo post pro *ὥσει* lege *ὡς εἰ.* Quod autem se cantharum fore interminatur, referendum hoc ad apologum Aesopi. *Fl. Chr.*

690. In Regiis hic versus cum seq. in unum coaluit. Tetrameter esset paeonicus pro duobus dimetris. *Brunck.*

μήποτε φάγῃ σκόροδα. Scholia: *ἵνα μὴ εἰς ὥρας ἔλθῃ, μηδὲ πολεμήσῃ. παίζει δὲ ἀπὸ τῶν εὐτελῶν, οἳ εἰς τὸν πόλεμον φέρουσι σκόροδα. ne annum posteriorem attingat: iocatur autem* comicus *dum viliores* anni fructus nominat. Aut, *ne belligeret; nam qui in bellum eunt, allium ferunt secum.* Verba Graeca in scholiis traiecta et leviter corrupta videntur. *Bergl.*

691. *μηδὲ κυάμους.* Scholia: *ἵνα μὴ δικάσῃ.* Quia suffragia fabis ferebantur, unde populus Atheniensis dicitur *κυαμοτρώξ* in Equit. 41. *Bergl.*

693. Lege *κακῶς μ' ἐρεῖς. Bentl.*

695. *ἀετὸν τίκτοντα.* Haec allegoria est, cuius sensus: *ego eruam tibi testiculos.* Id propriis verbis dicit supra v. 365. *οὐ μήποτ' ἄλλη σου κυῶν τῶν ὄρχεων λάβηται.* Ratio allegoriae haec est: quemadmodum scarabaeus Aesopicus aquilae in Iovis gremio parientis ova eiecit, ita et ego eruam tua ova, id est tuos testiculos. Fabulae Aesopicae et comicus breviter meminit in Pace 129. et seqq. *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μόνος πετεινῶν (κάνθαρος) εἰς θεοὺς ἀφιγμένος — κατ' ἔχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ, ὃν ἐκκυλίνδων κἀντιτιμωρούμενος. Bergl.* ἀετὸν Attice; vulgo *αἰετόν. Brunck.*

697. Dele *AA. ΓΓ.* MS. *ὑμῶν. Bentl. οὐ γὰρ ἡμῶν.* In Veneta editione legitur *ὑμῶν*, sed nihil puto mutandum. Hoc enim vult alia illa mulier, de nobis, inquit, solicita esse desinam, si vivit mihi Lampito illa, inquam, Spartana. *Fl. Chr. Λαμπιτώ.* Illa est, quae supra v. 78. *Bergl.*

698. *ἥ τε Θηβαία.* Boeotia illa femina est, quae supra v. 86. *Bergl.*

699. Citat Suid. in *ψῆφος* et 701. in *παίγνια. Bentl.*

700. Fo. *παισί. Bentl.*

701. *τῇ Ἑκάτῃ ποιοῦσα παιγνίαν.* Propter metrum lege *τῇ Ἥκάτῃ.* Est autem *παιγνία ἑορτή.* Xenophon dixit *σὺν γέλωτι καὶ παιγνίᾳ.* Hic *ποιεῖν παιγνίαν* est festum agere ludicrum et puerile. Propterea ait advocasse ex vicinis tribulibus sociam *τοῖς παισί*, optimam puellam, anguillam puta ex Copaide lacu Boeotiae. *Fl. Chr.*

τῇ Ἥκάτῃ, pro *τῇ Ἑκάτῃ*, cuius nominis ob metrum prima eliditur. Sic distincte Aug. *Brunck.*

702. MS. *ταῖσι. Bentl.*

703. *καμπητήν.* Etiam in Veneta editione habes hoc scripturae vitium *καμπητήν.* Quod quid sit nescio. Praeterea quum non constet suis pedibus versus trochaicus, non dubitavi versum fulcire correctione, quam puto *ἀναμφισβήτητον*, et legere *Κωπαΐτιν.* Nam a Copaide palude optimae anguillae, ut et in Irena antea vidimus. Paulo post pro *λαβὼν ἡμᾶς* malim *ὑμᾶς. Fl. Chr.*

καγαπητήν. Puto lectionem hanc ortam esse ex emendatione Biseti. Nam vetustiores editiones, monente etiam Florente Christiano, habent *καμπητήν*; quod quum manifesto corruptum sit, modo laudatus Florens Christianus acute et recte, ut puto, eius loco scribendum esse *Κωπαΐτιν* suspicatur. Loquitur enim hic comicus de anguillis Boeoticis, quarum praestantissimas fuisse eas, quas lacus Copais alebat, notissimum est. *Kust.* Editio Farrei et aliae *καμπητήν.* Quae vox viris doctis non immerito suspecta est. Forte *καμπητήν* dicit anguillam a *κάμπτεσθαι*, quia curvatur

et est flexilis. Ab eodem verbo similis vox est καμπήδην, quod est adverbium. *Bergl.* Frob. καμπητήν. Vet. καγαπητὴν et MS. Scal. κωπαΐτιν. An dixisset potius παῖδα χρηστὴν ἐκ Βοιωτῶν ἔγχελυν Κωπαΐδα ut Ach. 880. ἐγχέλεις Κωπαΐδας et Pac. 1005. καὶ Κωπαΐδων in anapaestico. Sed Steph. Byz. ὁ πολίτης Κωπαΐτης. *Bentl.*

καγαπητήν. Sic duo Regii, ut Bisetus recte emendavit. Ante eum e Iuntina legebatur, ut est in Aug. παῖδα χρηστὴν καμπητὴν, sine ullo sensu. Hoc exemplo, multisque aliis passim in his notis obviis, ostenditur optime de antiquis auctoribus eorumque studiosis mereri viros doctos, qui sublatis librariorum mendis, genuinas revocant voces formasque loquendi, quas illis, ut ipsi olim auctori, ingenii acumen, linguae peritia, et perspecta sententia suggerunt. Haec quidem laus a viris quibusdam artis criticae imperitis in invidiam trahitur. Quod pueri audierunt, receptam in veterum scriptis lectionem immutari non debere sine codicum auctoritate, legem iis, quibus pauper est ingenii vena, tenuisque eruditionis apparatus, sane percommodam, hanc omnibus impositam esse clamitant. Sed dicite mihi, quaeso, quaenam est illa recepta lectio, pro qua tam acriter digladiamini? scilicet ea est, quam praefert liber, quo utimini: hic ex. gr. καμπητήν: supra, v. 678. κοὐκ ἀναπολεῖσθαι. Sed absurda sunt ista, quae nullam, ne coactam quidem, admittunt interpretationem: nec vir quispiam elegans huiusmodi sordes ob oculos habere velit, quibus nulla non praeferenda coniectura est. Lectionibus a me repositis nulla amplius controversia moveri potest, quas satis confirmant veteres libri a me primum inspecti. Sed antequam sic suffultae essent, dixisset Biseto, aut ei qui prudenter doctam ingeniosamque Dawesii recepisset emendationem infrunitus aliquis censor: *Heus tu, cur receptam lectionem e coniectura mutas? Quiane probabile tibi videtur, id quod reponis? Sed alius de eo secus iudicabit, suamque coniecturam inferciet, quam rursum alius non flocci faciet prae eo quod ipse commentus fuerit: eoque tandem res adducetur, ut tot diversi textus exstituri sint, quot fuerint editores, utque veteres poetae, si*

reviviscant, suamet ipsorum scripta in libris nostris non sint agnituri. Sed, o bone, ut paratragoedias! Non agnoscet Euripides sua dramata, ob triginta circiter in singulis voces emendatius scriptas, quam in codice quo usus est Aldus? Nae ille si revivisceret, miraretur tot ea maculis a librariorum stupore conspersa fuisse, gratiasque haberet doctis viris, qui vel omnes, vel plurimas abstersissent. Tu' vero eam rationem, qui fraudi vertere potes, quum, emendato textu, portenta priorum editionum, quibus adeo delectaris, in notis fideliter et accurate repraesentata reperias? Si autem aliquis tam hebeti palato est, ut saporem optimae lectionis, sententiae ex omni parte convenientis, et ad loquendi normam exactae, non probet, aliudque sive ingenioli ostentandi cupidine, sive obloquendi studio conquirat, is ludibrium debebit et exsibilabitur, quo modo Kusterum ad hunc locum excipi par est, qui eleganti Biseti emendationi frigidam praetulit et *ταυτολόγον* Florentis coniecturam *Κωπαΐτιν*. Nec unicus hic locus est ubi Kusteri iudicium desideres. Vide Thesm. 128. *Brunck.*

705. MS. *παύσησθε*. Lege *παύσεσθε*. *Bentl.* *κοὐχὶ μὴ παύσεσθε*. Sic ad rectam loquendi normam scribi debuit, quod certis argumentis adstruxit Dawesius Misc. Crit. p. 222. vulgo *παύσησθε*. Quam proclivis fuerit in commutandis modis librariorum lapsus, praesertim ignorantium quidnam interesset, illene an alter cum negativis particulis *οὐ μὴ* adhiberetur, nemo non videt; et proinde quid amplectendum sit ex perspecta linguae indole potius quam e scriptis libris decernendum est. Hi tamen, quo sunt antiquiores et emendatiores, eo minus hac in parte peccant, quod saepius aliis in comici locis ostendam. Nunc tragicorum quaedam loca proferre iuvat quae certissimam hanc Graeci sermonis regulam confirmant. Sophocles Electra 42. *e*).

οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ
γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον.

Vides ibi *γνῶσι* aor. 2. subi. et *ὑποπτεύσουσιν* futurum

e) Vid. Schneider. ad Xenophont. Hieron. p. 263.

indic. in eadem phrasi coniungi cum *οὐ μή*. Qui Parisiensibus librorum institoribus nuper operam suam addixit, ut ante triginta circiter annos excuso Sophocli praefationem, notas, metrica scholia adderet, ne situ corrumperetur, sumtusque nunquam exsarciret suos, ad illum tragici locum sic commentatur. *Cl. Brunck. ex Cl. Dawes legibus edidit ὑποπτεύσουσι. conf. not. in Aiac. v.* 561. Temperare mihi nequeo, quin cum illo homine pauca verba commutem. „Dic mihi, amabo, CLARISSIME PROFESSOR, undenam rescivisti me *ὑποπτεύσουσι* edidisse *ex Dawesii legibus?* Ignorabas utique quid me permovisset ad eam lectionem amplectendam. Quanto tibi satius erat mei non meminisse, quam meas rationes temere sic hariolari! Scias velim in quatuor codicibus melioris notae *ὑποπτεύσουσιν* a me fuisse repertum, quorum scriptura leges illas Dawesianas, quas tu ne quidem intelligis, confirmat. In Aiace v. 560.

οὔ τοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσει.

Sic in uno cod. perspicue scriptum reperi: in alio, *ὑβρίσῃ*, superposita ultimae literae diphthongo *ει*: in utroque vetus glossa *ἀτιμάσει*, quae manifesto ad *ὑβρίσει* refertur, non autem ad *ὑβρίσῃ*. Age iam videamus, quid ad eum locum, quo nos amandas, nugeris. *Etiam in his aoristum primum subiunctivum locum habere vetat Cl. Dawes Miscell. Crit. p.* 222. *et probat Cl. Brunck. Sed exceptionem nullam aoristo passivo concedit. Non meminerat scilicet in Oedipo Tyr. οὐ μὴ στερηθῇς. v.* 790. *nec in Aeschyl. Sept. ad Theb. οὔ τι μὴ ληφθῶ δόλῳ. v.* 38. *De versu autem Trachin.* 996. *οὐ μὴ ἐξεγείρῃς, ubi Cl. vir legere iubet οὐ μὴ ἐξεγερεῖς. Vide notam ad locum.* Nondum nos docuisti particulas *οὐ μή*, qua lege aut qua ratione cum aor. 1. subi. vocis activae construantur; nec argumenta Dawesii adtigisti, nedum ea convelleris. Sed quid tibi vis cum tua exceptione aor. subi. vocis passivae? Nonne illud est, quod modo aiebam, te Dawesianas leges ne quidem intelligere? Nam ille in egregia illa observatione ad Nub. 566. de voce passiva ne verbum quidem facit. Sed paulo infra, scilicet p. 229. ubi de particularum *ὅπως μή*, quarum eadem est ratio, constructione agit, haec habet: *Idem di-*

ctum puta de altero vocularum pari ΟΥ *MH.* Et mox: *Legitime quidem construitur vocula ὅπως, altera μὴ vel comite vel absente, cum aoristo secundo formae vel activae vel mediae, uti et cum aoristo primo passivae.* Postrema haec tam de οὐ μὴ, quam de ὅπως μὴ ex Dawesii sententia intelligenda esse adeo manifestum est, ut Th. Burgess, qui summa cum laude Dawesiani operis novam editionem adornavit, binas observationes in indice coniunxerit his verbis: *ΟΥ ΜΗ non nisi cum futuro indicativi vel cum aoristo altero subiunctivi activae, vel aoristo primo passivae vocis construitur.* Vide iam quam bene Dawesium reprehenderis. Qui autem vir acutissimus et Graece doctissimus negasset particulas οὐ μὴ cum aor. 1. subi. formae passivae construi, quod tu illi adfingis? Sane illae cum verbis omnibus passivis construi debent, quorum tamen multa aoristo secundo prorsus carent: necesse est ergo, ut primum adsciscant. Denique videamus in nota ad Trachin. quo nos rursus ablegas, meliora sis nos edocturus. Ibi v. 980. medio in systemate anapaestico leguntur hi versus:

οὐ μὴ ᾽ξεγείρῃς τὸν ὕπνῳ κάτοχον,
κἀκκινήσῃς, κἀναστήσῃς.

Prioris versiculi corruptum metrum manifesto ostendit vitiosam esse lectionem. Sciunt pueri qui nondum aere lavantur, ει et η perpetuo a librariis commutata fuisse. Tu vero, ut Dawesio obloquaris, potius quam facillimam probes emendationem,

οὐ μὴ ᾽ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον,
κἀκκινήσεις, κἀναστήσεις.

nobis tuum somnium narras, μὴ ᾽γείρῃς, quod a veteri lectione longius abest, nervosque abscidit verbo, demta praepositione minime hic vacante. Emendationem illam recipiet dehinc quisquis erit sana mente Sophoclis editor: et, crede mihi, lex Dawesii vigebit, quamdiu non ab alio, quam a te, impugnabitur.

Ut autem semel hac observatione defungar, mihique in posterum nihil aliud opus sit dicto, si codd. lectiones adnotavero regulam firmantes, locum solutae orationis scriptoris proponam, in quo duo itidem modi coniuncti, ut in primo e Sophocle exemplo, qui

itidem male vulgo constitutus est, quemque itidem e veteri libro emendabo. Initium est fragmenti DIOTOGENIS PYTHAGORAEI apud Stobaeum p. 251. *f*) quod sic legendum est: *Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐπῆμεν δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἠθέεσσι τῶν πολιτευομένων. τίς ὦν ἀρχὰ πολιτείας ἁπάσας; νέων τροφά. ΟΥ γὰρ ΜΗ πόκα τὸν καρπὸν ὀνασίφορον ἀμπέλοι ΓΕΝΑΣΟΝΤΙ, μὴ φυτοτροφεῖσαι καλῶς, ΟΥΔ' ἵπποι ΜΗ πόκα ΓΕΝΩΝΤΑΙ καλοὶ, πωλοτροφίαν παρέντες.* Latini etiam scriptores duplici negatione more Graecorum utuntur. Plautus Epid. V. 1. 57.

neque ille haud obiiciet mihi
pedibus sese provocatum. — Bacch. IV. 9. 114.
Neque ego haud committam, ut si quid peccatum siet,
fecisse dicas de mea sententia.

Terentius Andr. I. 2. v. ult.

Ne temere facias. Neque tu haud dices tibi non
praedictum. Cave.

Brunck.

τῶν ψηφισμάτων. Versus supplendi gratia ex MSS. addendum est *τούτων*. Vide etiam Suidam v. *ἀποτρωγλίζοντες* et v. *ψηφοφορία*, ubi loci huius meminit. *Kust.* *τούτων.* Hanc vocem addidit Kusterus ex MSS., ut ait. Est autem necessaria ad complementum versus. *Bergl.* Frob. *ψηφισμάτων πρὶν ἂν*] Fo. *τούτων:* at MS. Suid. in *ψηφοφόρια* omittit *τούτων*. *Bentl.*

706. *τοῦ σκέλους ὑμᾶς λαβών τις.* Sic recte ad metri legem edidit Kusterus, nec alio ordine collocatae sunt voces in duobus Regiis. Ante Kusterum prorsus *ἀμέτρως* legebatur *τοῦ σκέλους λαβὼν ὑμᾶς τις*, quod tamen revocavit Berglerus, homo vanissimus, qui in edendo Aristophane nulli rei magis studuisse videtur, quam ut a Kustero descisceret. *Brunck.* Lege *τις ὑμᾶς* et sic MS. *Bentl.*

Suid. l. c. *ἐκπραχηλίση θέλων:* an leg. *θένων*. vid. Kusterum. *Bentl.*

---

f) Conf. Iacobs. animadv. in Athenaeum p. 365.

707. Alloquitur Lysistratam ex arce venientem cum tristi vultu. Causa autem tristitiae est incontinentia et libido mulierum, quae in arce non possunt coerceri, ne ad viros elabantur. *Bergl.*

710. ποιεῖ μ' ἄθυμον περιπατεῖν τἄνω κάτω. Male distinctus est hic versus. Excudi debuit:

ποιεῖ μ' ἄθυμον, περιπατεῖν τ' ἄνω κάτω.

Id est καὶ περιπατεῖν ἄνω κάτω. Recte in Regio B. post ἄθυμον positum est comma. *Brunck.* in Supplem. Concinnius hoc foret: ποιεῖ μ' ἄθυμον περιπατεῖν ἄνω κάτω. *Hotib.*

714. Sumtus hic versus ex Aeschylo Prom. 197.

ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα.

Brunck. Attulerat hunc locum *Bergl.*

715. Frob. τι. MS. ὅτι. *Bentl.*

716. βινητιῶμεν. Qui potuit brevius vel Attica simplicitate dignius morbi causam indicare? Non possis hanc breviloquentiam Romano pede assequi, nisi si dixeris *perpruriscimus*, atque adeo addideris *ex unguiculis*, quae tamen tria verba verbuli illius Graeci ἔμφασιν non est ut exprimant. Sed bene quod nupta verba non possunt nisi recte enunciari. Atque utinam hominum nequitia ea non esset, ut statim intelligeret τοὔπος, ut ait Aeschylus, ἐξ αἰνιγμάτων. *Fl. Chr.*

βινητιᾶν occurrit apud Athenaeum in iambis Machonis p. 583. C. apud eundem p. 9. ex Menandro ὑποβινητιῶντα βρώματα. Apud eundem Plato comicus: ἔξεστιν ὑμῖν διὰ κενῆς βινητιᾶν. Nam βινητιᾶν ibi legendum esse ex metro patet, pro κνητιᾶν, quod idem significat. *Bergl.*

719. MS. διαδράσκουσι. *Bentl.*

721. διαλέγουσαν. Ad hunc locum respexit Suidas v. διαλέγουσαν. *Kust.* Scio διαλέγεσθαι γυναιξὶν esse ὁμιλεῖν et συνουσιάζειν. Hoc loco est διορύττειν et οἰκοδομεῖν, velut usus est ipse Thucydides, ut διαλέγειν ὀπὴν sit foramen fodere et fenestram facere. In re architectonica etiam ὀπὰς vocant tignorum et asserum

cubilia et cava columbaria. *Fl. Chr.* Xenophon in Apomnem. IV. p. 472. *Bergl.*

διαλέγουσαν. Bergleri versionem retinui *pertundentem*. Fucum nobis fecit scholiastes exponens διορύττουσαν, detorto in obscenum sensum hoc verbo. Quam bene haec conveniant, non video. Longe melius Hesychius: διαλέγειν, ἀνακαθαίρειν. Verti debuit, *foramen repurgantem*. *Brunck.*

722. Πανὸς αὔλιον. Panis antrum subter rupes, quae *Macrae* dicebantur, ad latus arcis septentrionale. In eo compressa Creusa ab Apolline, ibidem post exactos menses Ionem peperit. In cognomine Euripidis dramate Creusae arcana sua revelanti, v. 946. [quem locum attulit *Bergl.*]

οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;

respondet senex patris illius olim paedagogus:

οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.

Ibid. v. 11.

ἔνθα προσβόρρους πέτρας
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.

Vide Meursium Ath. Att. II. 6. ubi tamen Panis non meminit, cui sacrum fuit hoc antrum. *Brunck.* Add. Musgrav. ad eiusdem fabulae v. 504.

723. ἐκ τροχειλίας. Legendum τροχιλιᾶς, ut sit tribrachus. Est autem *trochlea* indidem e Latinis fictum nomen. Recte autem Veneta editio habet κατειλυσπωμένην per υ non per ι. Nam κατειλυσπᾶσθαι est εἱλούμενον σπᾶσθαι. Lycophron ait, teste Hesychio, καταρτωμένην, quod hic convenit. Sed εἱλυσπᾶσθαι est serpentum et vermium more tractim incedere. *Fl. Chr.* Gry. et MS. τροχιλίας. *Bentl.*

Frob. κατειλισπωμένην. Gry. et Hesych. κατειλυσπωμένην. *Bentl.*

724. στρουθοῦ. Fortassis hic Libyca est avis struthio. Tamen στρουθὸς dicitur et impudicus et πόρνος et pars illa, quae honeste nominari non potest. *Fl. Chr.* V. Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 156.

726. εἰς Ὀρσιλόχου χθός. Et obscenus et obscurus

hic mihi videtur locus. Tamen ut effugium inscitiae quaererem, interpretatus sum *εἰς Ὀρσιλόχου ad Orsilochi aedem*, sane temere faciens et sine ullo rationis fulcro. *χθὲς* autem saepe est *παρέλκον* et *πάρεργον*, et sic usurpatum a Platone, qui dixit, *κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ*. *Fl. Chr.* Scholiastes dicit hunc notari tanquam lenonem et adulterum et effeminatum. *Bergl.*

728. *ἔλκουσιν*. Wakefieldo ad Euripidis Ion. 1450. in Tragoediar. delectu T. II. p. 155. corrigendum videtur *πλέκουσιν*, collato Hesychio v. *πλέκει*.

ἤδη γοῦν. *ἦδὲ γοῦν* Elmsleius ad Acharn. p. 55.

730. *Μιλήσια*. Milesia vellera erant in pretio. *Bergl.*

731. *ὑπὸ τῶν σέων*. A recto *σεύς*, unde accusativus pluralis *σέας* occurrit apud Lucianum *ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον*, ipso statim initio, ubi tamen doctissimus Graevius in Addendis vocem illam vitii arguit, quasi ne Graeca quidem sit et nusquam alibi occurrat, aliter certe sensurus, si ei loci huius Aristophanici in mentem venisset. Vide etiam Etymol. v. *σεύς* et Thomam Magistrum v. *σέες*. *Kuster.*

κατακαπιόμενα. Sic legit auctor Etymol. M. in *σεύς* p. 709. extrema, ubi *κατακαμπτόμενος g*) male editum pro *κατακαπτόμενα*. Lectionem hanc, viro docto, cuius non recordor, probatam, praetuli vulgatae *κατακοπτόμενα*, quam nunc meliorem esse agnosco, et reponi velim. Vide Scaligeri notam ad Plauti Mostell. III. 2. 140. Bene verteretur, *quam tineae secant*: vel, *quam caedunt tineae*. Thomas M. *σέες Ἀττικοὶ, καὶ σέας, ἀπὸ τῆς σεὺς ἀχρήστου εὐθείας, ὥςπερ καὶ υἷέας, ἀπὸ τῆς υἱεύς — σῆτες δὲ καὶ σῆτας, Ἑλληνικὸν, ἀπὸ τοῦ σῆς σητός*. Observationem confirmat ex Luciano adv. indoctum libros multos ementem, ubi legitur T. III. p. 99. *ἦ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν, τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο, καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν*

g) Eodem modo Philemon Lexic. technol. p. 66.

παραλαμβάνοις. Hinc apparet codd. lectionem κατακοπτόμενα locum suum optime tueri. *Brunck.*

733. διαπετάσασ' — Mendam editionis Iuntinae διαπετάσασα nullus editor adeo cordatus fuerit ut elueret. Accurata scriptura est cum elisione et apostropho in Aug. et A. quorum auctoritas tamen hic non requiritur. *Brunck.*

ἐπὶ τῆς κλίνης. Hinc mens mulierculae cognoscitur, eam propter alia domum properare. *Bergl.*

735. In prioribus editionibus totus hic versus Lysistratae tribuitur contra sensum et auctoritatem MSStorum. Nam priora illa, ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρια loquitur femina, Lysistratae respondens: *sed an lanam perire sinam?* Nimirum ἐῶ hic non est imperativus passivus, ut Bisetus et Florens Christianus male existimarunt, sed praesens indicativi, quod hic more Atticorum pro futuro ponitur. Deinde quae sequuntur, ἢν τούτου δέῃ, MSS. recte Lysistratae tribuunt, ut sensus sit: *imo lanam perire sinas, si sic fieri* oporteat. Pro τούτου enim vel cum MSS. legendum est τοῦτο, addita particula expletiva γε, versus gratia, vel οὕτως. *Kust.* In hoc versu recte disposuit personas Kusterus ex auctoritate MSS. In aliis totum versum Lysistrata dicit. *Bergl.*

ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; ἢν τούτου δέῃ. Vulgo minus bene τἄρια sine elisione. Tum quod Kusterus habet ἢν τοῦτο δέῃ mendum est typographicum, quod religiose servavit nuperrimus editor apud Batavos. Priores editt. omnes habent τούτου, quod metri lex flagitat. Initio versus nonnemini placere poterit *h*) lectio cod. A. vulgata mollior: ἐῶ δ' ἀπολέσθαι τἄρι'; *Brunck.* Lege ἀλλ' ἔα 'πολέσθαι — τούτου. *Bentl.*

736. τῆς ἀμοργίδος. Id est λινοκαλάμης vel byssi. Quin etiam potest accipi pro amictu tunicae. Sed hic de lini segete accipiendum contendo. Videtur haec dictio ficta a verbo ἀμέργειν, quod est decerpere et colligere, ut intelligas fuisse δράγμα et manipulum

---

h) Sed vide Reisig. I. p. 209.

istius segetis. *Fl. Chr.* Vide Pollucem VII. 74. ibique interpretes, itemque Suidam v. *ἀμοργὶς*, ubi locus hic exponitur. *Kust.* Vide supra ad v. 150. *Bergl.*

737. *ἄλοπον.* Id est *ἀλέπιστον.* Nam id genus lini velut desquamatur et decorticatur, quod *περιλεπίζεσθαι* dicitur, ut postea ab operariis mulieribus neatur et texatur. Apud Suidam vox haec *ἄλοπον* cubat in mendo. Ego excitatam emendabo facile: nam pro *ἴσως πιστὸν* lego *ἀλέπιστον.* Tamen *ἄπτιστον* esse *ἀλέπιστον* et *πτίσσειν τὸ λεπίζειν καὶ κόπτειν*, testatur Erotianus in Lexico Hippocratico [p. 68. ed. Franz.], neque sane ego putem aliter dictum in Evangelio Nardum *πιστικήν.* Ludit autem hic in nominibus *ἄλοπον* et *λέλοιπα*, proinde ut in illo vulgari et proverbiali senario:

γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος,

Paulo post lege *χώρει πάλιν δεῦρ'*, ut elidatur *ο* parvum propter *τὸ ἀλλὰ* sequens. *Fl. Chr.*

αὖθ' ἡτέρα. Scribendum *αὖθ' ἡτέρα.* *Reisig.* I. p. 23.

739. *νὴ τὴν Φῶσφόρον.* Supra v. 444. *Bergl.*

740. *ἀποδείρασα.* Subindicat rem obscenam. Supra etiam v. 138. *κύνα δέρειν δεδαρμένην.* *Bergl.*

ἀπέρχομαι. MS. Vat. *ἐπέρχομαι.* Sed sensus requirit *ἐπανέρχομαι* i. e. *redibo.* *Kuster.*

ἔγωγ' ἀποδείρασ' — Sic Regii. Perperam vulgo *ἐγὼ δ'* — Saepissime *ἐγὼ δὲ* pro *ἔγωγε* a librariis positum fuisse observavi ad Eurip. Hippol. 485. — *ἀπέρχομαι.* Sic, ut impressi, Aug. et A. In B. *αὐτίκα μάλα ἐπέρχομαι.* Legi possit *ἀνέρχομαι* vel *ἐπανέρχομαι.* Sed vulgatum bonum est: subauditur *οἴκοθεν*, *ἐξ οἴκου.* *Brunck.*

741. *μὴ μὴ ᾽ποδείρῃς.* Male vulgo sine elisione *μὴ ἀποδείρῃς.* *Brunck.*

ἄρξῃ τούτου σύ. MSS. habent *ἄρξῃ τοῦτο σὺ*, quae lectio metro est convenientior. *Kust.* *τοῦτο.* Ita MSS. teste Kustero. In aliis editionibus praeter Kusterianam *τούτου*, quod tamen aptius cum verbo *ἄρξῃ* con-

struitur quam τοῦτο. *Bergl.* Scal. et MS. τοῦτο σύ: lege τουτουΐ. *Bentl.*

743. ὦ πότνι' Εἰλείθυι' — Claudicat versus. Prima in πότνια nusquam apud comicum producitur, nec salva prosodiae lege produci potest. Scribendum sine elisione, ὦ πότνια Εἰλείθυι — *Brunck.* in Supplem. ἀλλ' ὦ πότνι' Εἰλ. corrigit Porsonus in censura p. 577. Sed nihil mutandum. Vid. Reisig. I. p. 102.

744. ἕως ἄν, *donec, usquedum.* Eo sensu particulas ὡς ἄν ab ullo poeta Attico usurpatas fuisse negavi in nota ad Eurip. Phoen. 89. quod effatum librorum cuidam censori temerarium visum fuit. Si lis ex Aristophanis usu dirimenda sit, non equidem causa cecidero. Quippe in iis quae comici nostri supersunt ne semel quidem ὡς ἄν pro *donec* reperietur. Non cavillationibus, sed exemplis eiusmodi observationes refelli debent. *Brunck.*

ὅσιον. Florens Christianus male interpretatur *sanctum.* Nam contra ὅσιον χωρίον hic dicitur *locus profanus*, et in quo partum edere fas esset. ἀκρόπολις enim, quam mulieres occupasse poeta fingit, erat locus sacer, praecipue ob templum Minervae, quod illic erat, in quo proinde parere per religionem non licebat. Hinc mulier ait: *o veneranda Lucina, partum inhibe donec* (ex sacra acropoli) in locum profanum venero. Hic est verus huius loci sensus. *Kust.* Scholia: ἀντὶ τοῦ εἰς βέβηλον καὶ μὴ ἱερόν, ἀλλ' ὅσιον εἰς τοκετόν. ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἦσαν. παρθένος δὲ ἡ θεός. Sed in nullo templo fas erat parere. Hinc Euripides reprehenditur in Ranis v. 1106. quod in tragoediis suis fecisset τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς. *Bergl.* Suidas in ὅσιον habet ἀπέλθῃ: an fo. ἀπέλθω pro μόλω γώ. *Bentl.*

750. ἀλλ' ἢ χαλκίον. Sic Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.]: vulgo ἀλλὰ χαλκίον. *Brunck.*

752. ἱερὰν κυνῆν. Ad hunc locum doctissimus Bisetus ait se ignorare, quare κυνῆν ἱερὰν vocet, et putat μεγάλην significare. At non meminerat eas mulieres in acropoli fuisse, ubi erat Palladis simulacrum, quae dea armata fingebatur et galea, credo, erat ad pedes iuxta. Eam ergo ceperat mulier et vesti subiecerat, ut prae-

gnans videretur. Ideo eam galeam sacram vocat Lysistrate eo quod erat Palladis. De quo dubito eo quod colossaeum erat id simulacrum. Fuerat cuiusdam ducis, qui eam Palladi sacraverat. *Palmer.* Sacra erat illa galea quia ex Minervae templo. *Bergl.* Galeam intelligo, colossaeo Minervae simulacro, quod in arce erat, ablatam a muliere; non ducis cuiusdam, Palladi consecratam. Certe ingentem fuisse, ex versu 756. colligas. *Hotib.*

753. κυεῖν. Alludit ad κυνῆν. Habebat autem vestem fartam galea, ut gravida videretur. Scholia ad v. 744. περικεφαλαίαν εἶχεν ὥστε δοκεῖν κυεῖν. *Bergl.*

754. εἶχες. Lege εἶχες, non ἔχεις, translato ι ad priorem ε. Mox legerem τόκος ἐν πόλει, non ὁ τόκος. *Fl. Chr.* Frob. ἔχεις: Scal. εἶχες et MS. *Bentl.*

755. ὁ τόκος ἐν]: Scal. ὁ τόκετος. MS. ὁ τόκος ἔτ' ἐν. *Bentl.*

756. Similiter in Augusti Bodii opusculo, inscripto Burlesken, calceorum purgator prae timore nescio cuius Anthropophagi doctissimi confugit in ipsam monstri crepidam ingentem (Siebenmeilenstiefel), in eaque conditus theatro se evolvit. *Hotib.*

757. MS. τί προφασίζει. *Bentl.* τί λέγεις; τί προφασίζει περιφανῆ πράγματα; Vulgo, τί λέγεις; προφασίζῃ περιφανῆ τὰ πράγματα. In B. τί προφασίζει; περιφανῆ τὰ πράγματα, syllaba ultra numerum excurrente. In A. τί προφασίζῃ περιφανῆ πράγματα; Hinc proclive fuit genuinam lectionem reconcinnare. Meliore distinctione vulgata iuvari possit:

τί λέγεις; προφασίζει. περιφανῆ τὰ πράγματα.

In hac necessarius est articulus: in nostra otiosus esset et contra linguae indolem. Quid intersit manifestum reddet utriusque phraseos Gallica versio. *Que dites-vous? vous cherchez des prétextes. La chose est claire. Que dites-vous? pourquoi envelopper de prétextes une chose évidente? Brunck.* Vid. Reisig. I. p. 209.

758. τἀμφιδρόμια. Dies haec erat quinta post partum, qua lavant obstetrices et infantem cursu circumferunt per focum, et qua munera natalitia feruntur a

propinquis ut polypodes et sepiae. Decima autem die nomen imponebatur. *Fl. Chr.* Dies est, ut plerique veterum aiunt, a nato infante quintus, in quo gestantes puerum cursitabant circa lares, unde etiam nomen accepit. Illo die etiam obstetrices purgabantur et dona ferebantur. Quidam aiunt decimum esse, quo nomen imponebatur infanti, ut scholiastes ad hunc locum. Vide lexicographos Graecos. *Bergl.*

οὐ τἀμφιδρόμια. Perperam vulgo *οὔτ' ἀμ* — Regii *οὔθ' ἀμ* — Vide Meursium Gr. Fer. in *Ἀμφιδρόμια. Brunck.* Lege *οὐ τἀμφιδρόμια:* MS. *οὐθ' ἀμφ* — *Bentl.*

κυνῆς. Scholia: *δέον παιδίου, εἶπε κυνῆς. Bergl.*

759. Frob. *δύναμ' ἔγωγ':* lege *δύναμαι "γωγ'.* MS. *δύναμαί γ' ἔγωγ'. Bentl. ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἔτ' οὐδὲ κοιμᾶσθ' ἐν πόλει.* Sic A. [Vid. Reisig. I. p. 209.] Vulgo, *ἀλλ' οὐ δύναμαι "γωγ' οὐδὲ* — Peius in B. *δύναμαί γ' ἔγωγ' οὐδέ. Brunck.* Scribendum videtur *ἀλλ' οὐδὲ δύναμαι "γώγε. Elmsleius* ad Acharn. p. 72.

κοιμᾶσθ' ἐν πόλει. Vid. Brunck. infra ad Thesmoph. 916.

760. *τὸν ὄφιν — τὸν οἰκουρόν i).* Herodotus in Urania [c. 41.]: *λέγουσιν οἱ Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλεως ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. Bergl.*

τὸν ὄφιν εἶδον. Sic bene Regii. Perperam vulgo *ἴδον*, quod poeticum in sermone comico locum non habet. Huc respexit Hesychius in *οἰκουρὸν ὄφιν*, ad quam glossam vide interpretes et imprimis Valckenarium ad Herodot. p. 658. [T. VI. P. II. p. 115. ed. Schweigh.]. *Brunck.*

761. Dele *γε. Bentl.* Versum corruptum esse monuit Elmsleius ad Acharn. p. 61. et ad Euripidis Medeam p. 105. Reisigio in diariis Ienensibus a. 1817. fol. 224. p. 404. scribendum videtur:

ἐγὼ δέ γ' ὑπὸ γλαυκῶν τάλαιν' ἀπόλλυμαι.

---

i) *τὸν ὄφιν ἴδον τὸ οἰκουρόν.* Lege *τόν.* Est autem *οἰκουρὸς ὄφις* draco custos aedis Poliadis, quem nonnulli acropolis custodem putant, alii unum, alii duos esse dicunt in fano Erechthei. *Fl. Chr.*

τῶν γλαυκῶν. Plurimae Athenis noctuae, unde proverbium γλαῦκ' Ἀθήναζε. Hinc etiam Minervae tutelari sacra est avis. *Bergl.*

762. κακκαβιζουσῶν. Perdices etiam vocantur κακκάβαι, proprieque de his altilibus dicitur κακκαβᾶν et κακκαβίζειν. Sane enim perdix dicta est ab illo crepitu, quem edit qui quasi est peditus aut cacatus. Tamen etiam ad alia animalia transfertur, ut ex Theophrasto recitat Athenaeus, causamque addit de noctuis, eas nempe interdiu caecutire, noctu tantum videre et venari, neque tamen omnino nocte, sed ἀκρέσπερον id est mane et vesperi, ut vult Aristoteles. Propterea Virgilius ait: *seros exercet noctua cantus.* Sunt autem, teste eodem Athenaeo, qui existiment musicae primordia ab avibus sumpta per solitudinem cantillantibus. *Fl. Chr.* Proprie perdicum vox est; sed aliis etiam Avibus tribuitur. *Bergl.*

κακκαβιζουσῶν, *tutubantium.* Hoc in versione reponendum, ubi male *cacabantium.* Plautus Men. IV. 2. 90.

Tu, tu istic, inquam. Vin' afferri noctuam
quae *Tu tu* usque dicat tibi? nam nos, iam nos
defessi sumus.

ad quem locum vide interpretes. *Brunck.*

765. ποθεῖν ἐκείνους; ἀργαλέας εὖ οἶδ' ὅτι — Sic bene Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.], otiosas non agnoscentes particulas quas alius inseruit librarius. *Brunck.* Legebatur ἐκείνους γ'; ἀργαλέας τ'.

766. ἄγουσι νύκτας. Sophocles in Electra 268. ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν; *Bergl.* ἄγουσι. Iortino in Tracts philological II. p. 64. scribendum videtur ἄγεσθε.

767. καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ' ὀλίγον — Sic ex Aug. edidi. In A. προσταλαιπωρήσατ' ὀλίγον — B. [et MS. Voss. ap. Bentl.] ut vulgo, προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον. *Brunck.* καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον. Sic recte Kusterus. Quod edidit Brunckius, καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ', repudiandum esset, licet in mille codicibus reperiretur. *Porson.* ad Euripidem p. 427.

769. μὴ στασιῶμεν. Omnino legendum puto στα-

σιάσωμεν. Per *στάσιν* autem *διχοστασίαν* intelligit, ut et magnus magister in Politicis usurpat. *Fl. Chr.* Futurum *στασιῶμεν* habent Iunta et Rav. unde totum locum ita constituo:

ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν ἀεὶ,
εἰ μὴ στασιῶμεν ἔτι. τίς ἐστιν οὑτοσί;

Elmsleius ad Acharn. p. 72. Sed vid. Hermann. praefat. ad Epitom. doctr. metr. p. XII.

770. *λέγ' αὐτόν.* His verbis praescripta in Regiis chori persona. *Brunck.*

771. *ἀλλ' ὁπόταν.* Videtur prae oculis habuisse oraculum, quod exstat apud Herodotum in Eratone:

ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
ἐξελάσῃ καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται.

Bergl.

πτήξωσι. Hoc verbum proprie de Avibus usurpatur. Euripides in Hercule 974. *ἄλλος δὲ βωμὸν, ὄρνις ὡς, ἔπτηξ' ὑπο.* *Bergl.*

χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον. Sic a Lycophrone in obscuro poemate ipsa Cassandra vocatur hirundo, *τὴν Φοιβόληπτον αἰνίσσει χελιδόνα.* Sed et notandum est hac voce etiam designari *τὸ γυναικεῖον μύριον.* *Fl. Chr.*

772. *φαλήτων.* Dicitur *φαλῆς* et *φαλλός.* Vide in Acharn. 259. et 262. Sed in Acharn. de artificiali sermo est, hic autem de naturali. *Bergl.*

773. *ὑπέρτερα νέρτερα θήσει.* Alias idem quod *ἄνω κάτω ποιήσει τὰ πράγματα.* de qua phrasi ad Equites 862. *Bergl.*

775. *ἢν δ' ἀποστῶσι.* Id est *φύγωσι καὶ μακρὰν γένωνται.* Sed legerem *ἢν δ' ἄρ' ἀποστῶσιν.* *Fl. Chr.* *ἢν δὲ διαστῶσι.* Sic recte legit non solum MS. Voss. sed etiam vetus scholiastes. Nam *ἢν δ' ἀποστῶσι,* quod priores editiones habent, in metrum manifesto peccat. *Kust.* Lege *ἢν δ' ἄρ' ἀποστῶσιν* [et sic ed. Amst. 1670.]. MS. *ἢν δὲ διαστῶσιν.* *Bentl.*

ἢν δὲ διαστῶσι καὶ ἀναπτῶνται. Sic bene duo Regii, servata ratione epici metri et imitatione veterum oraculorum. Vulgo *διαστῶσιν κἀναπτῶνται.* In

Aug. ἦν δὲ ἀποστῶσιν. Peius Iuntina ἦν δ' ἀποστῶσι. *Brunck.*

777. καταπυγωνέστερον. Supra v. 137. de muliebri sexu: ὦ πᾶν καταπύγον ἡμέτερον ἅπαν γένος. *Bergl.* Ita Suid. in καταπυγωνέστερον: MS. —ωνίστερον. *Bentl.*

778. σαφὴς γ' ὁ χρησμός. Sic Regii. Vulgo particula omissa. *Brunck.*

782. Paeonicos dimetros ac tetrametros catalecticos in disyllabum Aristophanes adhibuit in choro Lysistratae, qui v. 781. incipit. Sed locus mutilus est, quod quum non animadvertisset Brunckius, alia delevit, alia ad suam scilicet paeonicorum formam accommodavit. Scribe sic:

μῦθον βούλομαι
λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκου-
σ' αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν,
οὕτως·
ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, ὃς
φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν,
κἀν τοῖς ὄρεσσιν ᾤκει,
κἄτ' ἐλαγοθήρα
πλεξάμενος ἄρκυς,
καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.

Antistropha sic scribenda videtur:

κἀγὼ βούλομαι
μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι
τῷ Μελανίωνι.
Τίμων
τις ἦν αἴθρυπτος ἀβάτοισιν ἐν
σκώλοισι, τὰ πρόσωπα περιειργμένος,
Ἐριννύων ἀπορρώξ.
οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους,
κοὐκέτι κατῆλθεν,
πολλὰ καταρασάμενος ἀνθρώποις πονηροῖς.

Versiculum κοὐκέτι κατῆλθεν quidam Biseto teste addiderunt: recte. Septimus versus forsitan etiam sic legi possit:

κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει
Ἐριννύος ἀπορρώξ.

ut sit paeonicus cum anacrusi iambica, quemadmodum is, qui praecedit. *Hermannus* de metris p. 367. 368.

Paeonici catalectici in disyllabum, itemque anacrusin iambicam habentes, rarius inveniuntur. Exemplo sit hic locus in Lysistrata v. 781. qui quum pessime habitus sit ab librariis, nec quidquam prosit Suidas, mentionem eius faciens in v. ἀπορρῶγας, Ἐρινύων ἀπορρώξ, Μελανίωνος σωφρονέστερος, Τίμων, venia erit coniectura tentanti, quae librorum inopia sanari nequeunt.

μῦθον
βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὃν ποτ' ἤκουσ'
αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν,
οὕτως·
ἦν ποτὲ νέος Μελανίων τις, ὃς
φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν
κἀν τοῖς ὄρεσιν ὤκει,
κᾆτ' ἐλαγοθήρα,
πλέξαμενος ἄρκυς,
καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.

Antistrophici sic habent:

κἀγὼ
βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι
τῷ Μελανίωνι.
Τίμων
ἦν τις αἴθρυπτος ἀβάτοισιν ἐν
σκώλοισι, τὰ πρόσωπα περιειργμένος
Ἐρινύος ἀπορρώξ,
. . . . . .
οὗτος ἆρ' ὁ Τίμων
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους
πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.

Hermannus Elem. doctr. metr. p. 512.

Venustissima haec stropha sic expedienda est:

Μῦθον βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, *dochm.*
Ὃν ποτ' ἤκουσ' αὐτὸς, ἔτι παῖς ὤν, *compositus ex trochaeo et paeon. dim. catal. in disyllabum, quo saepius hic utitur hoc loco.* Similes sunt 1014 seqq.

Οὕτως.
Ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, similis secundo horum versuum.
Ὃς, φεύγων γάμον, ἀφῖκετ' ἐς ἐρημίαν, paeon. trim. cum basi 3 vel 4 temporum.
Κἂν ὄρεσιν ᾤκει, κἀτ' ἐλαγοθήρα, asynart. ex 2 paeon. dim. catal. in disyllabum.
Πλεξάμενος ἄρκυς, καὶ κύνα τιν' εἶχε, similis praecedenti.
Κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. Monui de hoc genere versuum paeonicorum ad 559.
Οὕτω τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη, similis primo horum versuum.
Κεῖνος· ἡμεῖς troch.
Τ' οὐδὲν ἧττον τοῦ Μελανίωνος, similis secundo.
Οἱ σώφρονες. iamb.

Legitur autem vulgo *Κἂν τοῖς ὄρεσιν*, sicut infra 1195. *φέρειν τοῖς παισὶν*, et *κατῆλθεν*, utrumque inconcinne. Posterius vitium correxit G. Hermannus de Metris p. 367.

Paulo corruptior est antistropha, quam sic restituere mihi videor:

Κἀγὼ βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν
Ἀντιλέξαι τῷ Μελανίωνι.
Τίμων
Ἦν ἀΐδρυτός τις, ἀβάτοισιν
Ἐν σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος, Ἐρινύος ἀπορρώξ. Οὗτος ἂν ὁ Τίμων
Ὤιχεθ' ὑπὸ μίσους, κοὐκέτι κατῆλθε,
Πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.
Οὕτω κεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει
Τοὺς πονηρούς
Ἀνδρας αἰεὶ, ταῖσι δὲ γυναιξὶν
Ἦν φίλτατος.

De levibus quibusdam maculis, quas elui, nihil amplius dicam. *Ἐρινύος* pro inconcinno *Ἐρινύων* dedit I. I. G. Hermann. Versu 6 vulgo legitur, itidem inconcinne, *Οὗτος οὖν ὁ Τίμων*. *Ἂν* pro *οὖν* inveniri, constat; quanquam et temere, interpretandi causa, inculcari solent hae et similes particulae *γὰρ*, *δὲ*, *καὶ*,

μὲν, οὖν, ut, si quis rescribi iubeat potius *Οὗτοσὶ δ' Τίμων*, ei non magnopere ego repugnarim. *Hotib.*

786. *Μιλανίων* [sic editio Farrei. *Bergl.*]. Proverbium est *Μελανίωνος σωφρονέστερος*. Fortassis ille est Milanion de quo Propertius dixit: *Partheniis errabat in antris Ibat et hirsutas saepe videre feras.* Sed quod ait de leporum captura, crediderim allusum ad aquilae speciem illam, quae *μελαναίετος* et *λαγωθήρας* dicitur. Lege autem *κἀν τοῖς ὄρεσι* pro *καὶ ἐν*. *Fl. Chr.*

787. *καὶ* Suid. in *Μελανίωνος*. *Bentl.*

789. MS. *ἐνώκει*. *Bentl.*

790. Suid. in l. c. *καὶ κύνα τιν' εἶχε κἄτ' ἐλαγοθήρει*: v. 792. omisso. *Bentl.* *κἄτ' ἐλαγωθήρα*. Male vulgo *ἐλαγοθήρει*. Duo Regii et schol. *ἐλαγοθήρα*. Sed quum Atticismi, tum metri ratio flagitat id quod reposuimus, *ἐλαγωθήρα*. *Brunck.* Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 627.

793. Suid. *κοὐκ ἔτ' ἦλθεν οἴκαδ'*. *Bentl.* *κοὐκέτι κατῆλθ' οἴκαδ' ὑπὸ μίσους*. Sic omnino legendum, ut hic versiculus pari suo congruat,

μενοῦς κἀκ' ἀνδράσιν πονηροῖς.

Est uterque iambicus hypercatal. Vulgo legitur *κοὐκέτι κατῆλθεν πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους*. Adverbio *πάλιν* sententiam frustra onerari nemo non videt. *Brunck.*

796. *ἡμεῖς δ'* — Sic Regii: vulgo *ἡμεῖς τ'* — *Brunck.*

797. *τοῦ Μελανίωνος*. Comma hic feci. Sensus enim et ordo est: *ἡμεῖς τε οἱ σώφρονες βδελυττόμεθα τὰς γυναῖκας οὐδὲν ἧττον τοῦ Μελανίωνος*. Nempe illud *οὐδὲν ἧττον* refertur ad *βδελυττόμεθα* sive *ἐβδελύχθημεν*, quod *ἀπὸ κοινοῦ* sumitur ex v. 795. non autem ad *σώφρονες*. Ne quis hic putet cum Erasmo proverbii alicuius mentionem fieri, nempe huius: *σωφρονέστερος Μελανίωνος*. *Bergl.* Suid. *Μελανίωνος σωφρονέστεροι*. *Bentl.*

798. Frob. *ΠΡ.* quod delet Bentl. *Editor* adnotat. Hic versus in Veneta editione profertur a choro mulierum, tertius a virorum choro, quartus a mulierum, quintus a virorum, usque ad illa *κἀγὼ κ. τ. λ.* *Fl. Chr.*

799. τ' ἄρ' Suid. in κρόμμυον: lege κρομμύων ἄρ' οὐ δέει, i. e. δέῃ, χρῄζεις, *non opus est tibi cepis, ut fleas. Bentl.* κρόμμυον γάρ. Id est καὶ ἄνευ κρομμύων κλαύσεις, legoque τ' ἄρ' pro γάρ. Proverbium est κρομμύου ὀσφραίνομαι et κρόμμυα ἐσθίειν. Unde Bias, quum ab Alyatte accerseretur, dixit, Ἀλυάττῃ φημὶ κρόμμυα ἐσθίειν. *Fl. Chr.* Scholia: κλαύσῃ γὰρ καὶ χωρὶς κρομμύων. Nempe quia cepae odor lacrymas ciet. In Ranis 661. quidam interrogatus cur lacrymaret, dicit κρομμύων ὀσφραίνομαι. Quodsi verbum ἔδομαι exponas non per *edam* in futuro, ut plerumque solet, sed per *edo*, ut Florens fecit, qui ἔδει exposuit *edis*, tunc alia expositio posset afferri. οὐκ ἔδει γὰρ κρόμμυον, *non edis enim cepam*, id est, *non olet tibi graviter os tuum.* Itaque osculeris me licet. Nam esus cepae ingratum facit osculum. Vide ad Thesmoph. 501. Quodsi scholiastae expositio admittatur, et ἔδει obtineat futuri significationem, ut plerumque solet, tunc legendum in contextu, κρόμμυόν γ' ἄρ' οὐκ ἔδει, id est, *cepam itaque non edes.* Atque hac ratione valet altera etiam expositio scholiastae, quae haec est: ἢ κατὰ τὸ εἰρημένον ἄνω, (v. 690.) Ἵνα μήποτε φάγῃ σκόροδα καὶ κυάμους μέλανας. Vide ibi notam. Hac ratione sensus loci est: *nunquam attinges annum posterum;* nam occidam te, si me osculaberis. *Bergl.*

κρόμμυόν τ' ἄρ' — id est τοι ἄρα. Sic optime duo Regii. [Vid. Elmsl. ad Acharn. p. 103.] Vulgo γάρ, quod male scriptum coniunctim pro γ' ἄρ'. Hoc autem antea depravatum fuerat ex τ' ἄρ'. *Brunck.*

800. Vulgo inepte κἀνατείνας τὸ σκέλος λακτίσαι. Saltem adscripsissent τὸ πέος: nam hoc intelligendum. Nosti Ovidianum illud:

Et percussori plaudit amica suo.

quomodo et κρούω similiaque usurpantur. Inconcinne quoque: cf. antistrophicum 823. *Hotib.* Verba τὸ σκέλος eiicienda esse monuerunt etiam Bentl. et Reisig. I. p. 202.

801. λόχμην πολλήν. Id est, barba tibi velletur, quam nimis densam gestas. Hoc proverbiale facit Suidas, aitque Phormionem pilosum et hirsutum fuisse et nates nigras habuisse. Alibi imperatorem stre-

nuum et Crotoniatem facit, de quo meminerit Theopompus. Existimabant autem fortes viros τοὺς μελαμπύγους et δασυπύγους (nam pili nigredinem videntur facere): contra imbelles et femineos τοὺς λευκοπύγους. Apud eundem Suidam atque Athenaeum reperias φορμίσιον δασὺν γενέσθαι καὶ αἰνίττεσθαι τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. *Fl. Chr.*

802. *Μυρωνίδης.* Scholia: δύο Μυρωνίδαι ἦσαν, ὡς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις δεδήλωται. (nihil tale hodie ibi exstat in scholiis.) Nempe Boeotos vicit iste Myronides. Thucydides libro I. Ἀθηναῖοι δὲ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἐστράτευσαν ἐς Βοιωτοὺς Μυρωνίδου στρατηγοῦντος, καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες κ. τ. λ. *Bergl.*

803. *μελάμπυγος.* Qui tales essent, eos putabant fortes, ut contra, qui essent λευκόπυγοι, eos molles et effeminatos. Vide Hesychium et Suidam. *Bergl.*

805. *Φορμίων.* Dux celebris, cuius mentio in Equitibus v. 558. *Bergl.*

809. *Τίμων.* Vide Suidam v. *Τίμων* et v. *ἀποῤῥῶξ*, et Plutarchum in M. Antonio p. 948., qui ad locum hunc Aristophanis respexit. *Kuster.* Iste *μισάνθρωπος* satis notus est, aut esse debet ex Luciani egregio libello, cui titulus Timo. *Bergl.*

810. MS. ἦν τις ἀΐδρυτος et Suid. in ἀποῤῥῶγας et Scal. vide Hesych. ἀΐδρυτος; forte ἀϋδρευτοῖς ἐν. Suid. in Τίμων habet ἀνίδρυτος ἀβάτοις ἐνὶ σκόλοισι περιειργμένος: lege Τίμων | ἦν ἀ — τις ἄβατ —. *Bentl.* ἀνίδρυτος. Vid. Harpocrat. v. ἀνίδρυτος et ibi Valesium, et Hesychium v. οὐδὲν ἱερόν. Ceterum vox haec, haud temere alibi obvia, occurrit etiam apud Euripidem Iphig. Taur. 971. ubi de Furiis Orestem agitantibus tragicus ille inquit: δρόμοις δ' ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί. MSS. in loco hoc Aristophanis habent ἀΐδρυτος m). *Kust.* Harpocration exponit ἀνεξίλαστος, *qui non potest reddi propitius.* Proprie ἄΐδρυτος est, *cui non erigitur statua, qui non dedicatur.* hoc enim signifi-

m) Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 730.

cat verbum ἰδρύσασθαι. Per consequens autem ἄϊδρυτος *malum* significat; nam ἴδρυσις competit diis et quidem bonis. *Bergl.*

ἀβάτοισιν εὐσκώλοισι. Lego ἐν σκώλοισι. Est autem σκῶλος genus spinae, unde in apologo asinus ad lupum ait:

ἔκ μοι σκῶλον ἔρυσσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὑπλῇ.

Legendum autem ἀΐδρυτος, ut et in Veneta editione, qua voce innuitur τὸ κακὸν, καὶ οἷον ἄλλοι αὐτοῖς οὐκ ἂν ἱδρύσαιντο. Ceterum dicitur et σκόλος et σκόλον et σκόλοψ. Sed de vera huius loci lectione dubitandum non est. Nam apud Suidam sic hunc locum explanatum reperio: Τίμων τις ἀνίδρυτος ἀβάτοις ἐν σκόλοισι περιειργμένος etc. Quem ait a pyro arbore lapsum, claudum fuisse et mortuum ex putredine, quum medicos non admitteret, post mortem inaccessum fuisse locum circumque a mari ruptum. ἄβατον, inquit, οἷον ἀκάνθαις τεθριγκωμένον καὶ σκληροῖς σκόλοψι καὶ παττάλοις ἠφανισμένον. Ita erat σκυθρωπὸς et μισάνθρωπος. Hunc porro secundum chorum mulierum, qui volet, poterit reducere ad modos superioris chori virorum, et fortassis fecerat comicus noster. *Fl. Chr.* εὐσκώλοισι est vitium typorum pro ἐν σκώλοισι, quod habent veteres editiones. *Reisk.*

ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι. Vulgo ἀβάτοισιν εὐσκώλοισι. In A. ἀσκώλοισι. Vide Toupium Cur. Nov. in Suidam p. 122. *n*) [T. III. p. 167.]. *Brunck.*

812. MS. περιειργασμένον [et sic schol.]. *Bentl.*

813. Frob. ἐρινύων: lege ἐριννύων. *Bentl.* ἐρινύων cum unico *ν* scriptum in B. Vide quae notavi ad Aeschyli S. Th. 490. *Brunck.* Add. Blomfield. ad Aeschyli Prometh. p. 102.

ἀποῤῥώξ. Vid. Valckenar. de Aristobulo p. 16. Böttigers Furienmaske p. 61. Heyn. ad Homerum T. IV. p. 392.

814. Lege νυν encliticum. *Bentl.*

---

n) Add. T. II. p. 52. Toupius scribi vult:
ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι
τὸ πρόσωπον περιειργασμένος.

816. Voculam *κἀκ'* metro necessariam inserui, quam codices non agnoscunt. *Brunck.* Nondum satis exaequatus est hic versus antithetico suo. Scribendum: *κακὰ πονηροῖς ἀνδράσιν.* Trimetri sunt paeonici, quos sic dimetiare:

κουκετι κα | τηλθ' οικαδ' | ὑπο μισους.
μενος κακα | πονηροις | ανδρασιν.

Monuerunt rei metricae magistri pedem, cui nomen *Antibacchio*, melicis carminibus parum esse congruentem, *ἀνεπιτήδειον πρὸς μελοποιΐαν.* Est tamen apud comicum haud infrequens. Observari potuit supra v. 542.

ουτε τα γο | νατα κοπος έ | λοι μου κα | ματηρος.

Brunck. in Supplem.

819. Post hunc versum lacuna est in utroque Regio usque ad v. 890. qui in A. post v. 819. continuatur: in B. vacuum relictum spatium quatuor circiter plagularum. *Brunck.* Lege *αἰεί. Bentl.*

822. *μηδαμῶς ἔδεισά γε.* In Veneta editione habes *σ' ἔδεισά γε.* Dubium autem mihi est, num post *μηδαμῶς* distinguendum sit, ut dicat: *minime gentium; te enim metuo. Fl. Chr.* Gry. *μηδαμῶς σ'. Bentl.* Reisigius I. p. 137. corrigit: *μηδαμῶς· ἔδει γέσαι.*

824. *τὸν σάκανδρ' ἐκφανεῖς.* Lego *τὸν σάκανδρον.* Nam trochaici sunt versiculi. Est autem *σάκανδρος γυναικεῖον αἰδοῖον.* Hesychius *σάκαν* vocat. *Fl. Chr.* Frob. *σάκανδρ'*: al. *σάκανδρον*: ita Suidas. *Bentl.* Suidas: *σάκανδρος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.* Derivatur a *σάκος*, *barbam* significante. Vide Conc. 502. *Brunck.*

827. *ἀπεψιλωμένον.* Hoc graphice admodum depingit initio statim Concionatricum et proprie est, quod dixit Laberius, *cum cano eugio puellitarier.* Nam eugium, ut Graecis *εὐδίαιον*, pars illa est inter muliebria naturalia. Ad eas partes purgandas psilothro utebantur. Itaque dixit *ἀπεψιλωμένον:* nam hirsutam illam specum et pilis armatam quasi velitem faciebant et *ψιλὴν* curiosa conlucatione densae et nigrae istius segetis. Sed ohe dicamus et huic fumo lucem dare desinamus. *Fl. Chr.* In Ecclesiaz. 12. mulier lychnum alloquens dicit: *μόνος δὲ μηρῶν εἰς*

ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπεις ἀφαύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. Bergl.

831. *ἄνδρ' ὁρῶ.* Legerem *ἀλλ' ἄνδρ' ὁρῶ*, vel *ἄνδρ' ἄνδρ' ὁρῶ.* Sed videone, inquit, virum furentem et vere *μανικόν. Fl. Chr.* Lege *ἄνδρα* bis. *Bentl. ἄνδρ', ἄνδρ' ὁρῶ.* Claudicat in vulgatis versus, semel tantum posita vocula *ἄνδρ'*. Emendandi viam, quam aliquoties ingressus sum, stravit Orvillius ad Charit. p. 200. ubi memoriae lapsu suppleti huius versus laudem Kustero tribuit, quam sibi vindicat Florens. *Brunck.*

832. *Ἀφροδίτης ὀργίοις.* Infra v. 898. *τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱερ' ἀνοργίαστα. Bergl.* Gry. *εἰλυμένον. Bentl.*

835. *παρὰ τὸ τῆς Χλόης.* Cereris est epitheton Chloe, cuius fanum fuit in Attica regione columnis septum, ut ait Hesychius. Sic autem dici potest, quum messis adhuc est in herba. *Fl. Chr.* Subintellige *ἱερόν.* Est autem Chloe Cereris cognomen, a virescentibus segetibus. Vide Athenaeum p. 618. Sic ferme *flava Ceres* apud Virgilium. *Bergl.* Cereris *Χλόης* dictae templum erat in urbe prope arcem. Vide Meursium Gr. Fer. in *Χλόεια. Brunck.*

856. *o*) Lysistratae hic versus absurde continuatur in vulgatis libris, in quibus totius huius lepidissimi colloquii ita confusae et perturbatae sunt personae, ut vix se quis eo extricare et actionem scenae mente concipere queat. In Aug. lineola mutatae personae index huic versui praefixa: quae vero initio seq. v. praefigi debuit, male omissa: at rursus posita est ante *νὴ Δία.* Melius in cod. *ὦ νὴ Δί'* — ut infra 857. *ὦ πρὸς τῶν θεῶν. Brunck.*

858. Malim *ἐμὸς ἀνήρ. Elmsleius* ad Acharn. p. 72. Sed vid. Hermann. praefat. ad Epitom. doctr. metr. p. XII.

Κινησίας. Cinesiae dithyramborum poetae ali-

---

o) Sic distinguend. *Feminae. ὦ νὴ Δί', ἔστι δῆτα per Iovem est omnino vir aliquis. τίς κἀστίν ποτε? quisnam tandem ille est?* respondet Lysistrata. *ὁρᾶτε, γινώσκει τις ὑμῶν? Reisk.*

quoties meminit comicus. Sed hic videtur tantum propterea introducere *Κινησίαν*, quia hoc nomen derivatur a *κινεῖν*, quod pro *βινεῖν* saepe accipitur. Tales allusiones ad etymologiam sunt frequentes apud comicum. Vide et infra ad v. 850. et seq. *Bergl.*

840. *καξυπεροπεύειν*. Etiam legi potest per *η*, ut sit pro *καὶ ἐξηπεροπεύειν*. Est autem *ὑπέγειν* hoc loco *παρέχειν*, et morigeram esse, aliquando *ὑφίστασθαι* et *ἀποκρίνεσθαι*, ut Aristoteles, *ῥᾴδιον ὑπέχειν τὰς θέσεις*. *Fl. Chr.*

841. *ὧν σύνοιδεν ἡ κύλιξ*. Nam foedus factum est inter eas per calicem et vinum, ne quae virum suum aut alienum fovere vellet *ἄρθρα ἐν ἄρθροις*. *Fl. Chr.* Supra v. 209. et seqq. apud calicem iurant mulieres se non velle viris facere copiam sui corporis. *Bergl.*

843. *παραμένουσά γ' ἐνθαδί*. Perperam vulgo *παραμένουσ' ἐνθαδί*, deficiente ad integritatem versus syllaba. *Brunck.* *παραμένουσά γ' ἐνθαδὶ* etiam Bentleius.

844. *ξυνισταθεύσω*. Respicit ad *ὀπτᾶν* v. 859. nam eadem aut cognata est horum verborum significatio. Vide supra v. 578. *Bergl.*

845. *ὁ σπασμός*. Multae sunt convulsionum species secundum partes affectas. Haec in pene est et dicitur satyriasis. Nam et *σάτυρον* grammatici volunt vocari *ἔντασιν*. Quin satyrion herba dicta *συνεργὸς πρὸς τὰς ἀφροδισίας ὁρμάς*. Hic vero Cinesias dithyrambicus poeta perhibetur et famosus propter impietatem et *παρανομίαν*. Qui Paeonides fuit: legendum enim *Παιονίδης*, non *Παιονείδης*. Tamen in Ranarum fabula Thebanus fuisse dicitur pessimus poeta lento et pigro corpore et in sceleti formam facto. Is fertur pyrrhicham fecisse et propter frequentes motus nomen tulisse Motorium: id enim est *ὁ Κινησίας*. Comicorum iram in se traxit, nam conatus est facere ut essent *ἀχορήγητοι*. Ne multa, vix audeam praestare coniecturam aut affirmare hunc esse Cinesiam hoc loco, qui in Ranis tangitur. *Fl. Chr.* De convulsione hac, qua penis afficitur, infra etiam v. 1094. *ἤ που πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει*. Mox v. 968. tales convulsiones vocat *ἀντισπασμούς*. *Bergl.*

846. *τέτανος*. In eadem significatione supra v. 555. *κἄτ' (ἡ Ἀφροδίτη) ἐντέξῃ τέτανον τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς*. *Bergl.*

ὥςπερ ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον. Plautus in Cistellaria II. 1, 4. *Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser*. Quod ad verba Graeca attinet, similiter in Pluto v. 876. *ἐπὶ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανούργηκας*. ubi vide notam. *Bergl.*

849. *ἡμεροσκόπος*. In Avibus 1174. *λαθὼν κολοιοὺς, φύλακας ἡμεροσκόπους*. *Bergl.*

850. *Μυῤῥίνην*. In hoc etiam nomine alludit ad etymologiam, ut paulo ante v. 838. ut sub nomine proprio res ipsa significetur. Derivatur autem *Μυῤῥίνη* a *μύρτον*, quod pudendum muliebre significat quandoque, ut infra v. 1005. *ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῷ μύρτῳ θιγῆν ἐῶντι*. *Bergl.*

851. *τὴν Μυῤῥίνην*. Ne quid in versu redundet, delendus articulus *τήν*. *Kuster.*

Vulgo legitur: *ἰδοὺ, καλέσω 'γὼ τὴν Μυῤῥίνην σοι. σὺ δὲ τίς εἶ*; metro corrupto. Diversa, sed non melior, cod. lectio: *ἰδοὺ, καλέσω τὴν Μυῤῥίνην νῦν σοι. σὺ δὲ τίς εἶ*; Hinc expuncto *νῦν*, illinc *'γὼ*, constant numeri. Superest adhuc suspicio de forma minus Attica *καλέσω*, quam librario imputo. Scripserat, ni fallor, comicus:

ἰδοὺ, καλῶ τὴν Μυῤῥίνην σοι; σὺ δὲ τίς εἶ;

Et sic infra 864. rursus *καλῶ* rescribi velim. Vide ad Ran. 298. *Brunck.*

852. *Παιονίδης Κινησίας*. Habent haec quidem formam nominum propriorum hominis, et nunc introducitur persona sub his nominibus, sed vi vocis res consignificatur. *Παιονίδης* enim est a *παίειν*, quod de re Venerea usurpatur, ut in Pace 874. Vocem *Κινησίας* etiam eiusdem esse significationis dixi paulo ante ad v. 838. *Bergl.* F. *Πεονίδης* a *πέος*. *Bentl.*

855. *αἰεὶ* et mox *λάβοι* Suid. in *αἰεί*. *Bentl.* *ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα*. Non hoc tam insolenter dictum, quam rebatur Bisetus. In Aesch. S. Theb. 51. *οἴκτος δ' οὔ τις ἦν διὰ στόμα*. *Brunck.*

858. *κἂν περὶ ἀνδρῶν ἐμπέσῃ λόγος τις.* Antidotus apud Athenaeum p. 240. *περὶ τοῦ παρασιτεῖν εἴ τις ἐμπέσοι λόγος. Bergl.*

860. *λῃρός ἐστι τἄλλα πρύς.* Isocrates p. 160. 40. *Bergl.*

861. *τί οὖν δώσεις τί μοι.* Distingue: *τί οὖν; δώσεις τί μοι; Kust.*

862. Lege *ἔγωγέ σοι. Bentl.* Vulgo legitur, metro pessundato, *ἔγωγε νὴ τὸν Δί', ἢν βούλῃ γε σύ.* Nec aliter cod. nisi quod *Δία* plene habet sine elisione, versu non melius ideo fluente. Nihil interpretes ad hunc versum, quem ego non male restituisse mihi videor. V. seq. *τοῦτο, δεικτικῶς*, scilicet rigentem nervum. *Brunck.* Legas licet: *ἔγωγέ νυν, νὴ τὸν Δί', ἢν βούλῃ γε σύ. Hotib.*

864. *φέρε νῦν καλέσω.* Lege *νιν* i. e. *αὐτόν.* Paulo post pro *αὕτη ξυνῆλθεν* legerem *αὐτὴ 'ξῆλθεν* pro *ἐξῆλθεν. Fl. Chr. καλέσω.* Vid. Brunck. ad 851.

καταβᾶσα. ἀναβᾶσα. Nam in imo stabat Cinesias, in editioribus agebant feminae. *Reisk.*

865. *οὐδεμίαν ἔχω γε τῷ βίῳ χάριν.* Lysias contra Andocidem: *καί τοι τίς χάρις τῷ βίῳ κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; Bergl.*

866. Frob. *ξυνῆλθεν:* lege *'ξῆλθεν* ut Gry. *Bentl. αὐτὴ 'ξῆλθεν.* Male cod. ut vett. editt. *αὐτὴ ξυνῆλθεν.* Florentis coniecturam, seu potius certam emendationem prudenter receperunt editores. Vide notam ad v. 702. *Brunck.*

869. *ἔστυκα. στύειν* est tentigine laborare. Proverbium est apud Suidam, *οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐστυκὼς ἀνήρ.* Eustathius magis integrum proponit ex rhetore Aelio Dionysio. Meminit huius proverbii vir doctus et diligens Had. Iunius, recteque notat lactucam ab Atheniensibus *ἄστυτιν* dictam, quod eius usus laxos nec rigentes ad Venerem reddat. *Fl. Chr.*

873. *οὐκ* in fine versus scribendum, sequente versu a vocali incipiente. Sic bene vulgo Ran. 68.

κοὐδείς γέ μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ

ἰδεῖν ἐπ' ἐκεῖνον.
Brunck.

8-6. ἐπιτετριμμένος. Infra v. 1035. et alibi saepe. *Bergl.*

8-8. Moeris: *Μάμμην, καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί· Ἕλληνες τὴν μάμμην.* Ad quem locum videndi interpretes. *Brunck.*

8-9. μαμμία. Attici matrem vocabant μαμμίαν, quia infantes τὸ φερτὸν vocabant μαμμᾶν, ut notant bonae notae grammatici. Et sane Latinum *mamma* pro papilla hinc puto fluxisse. *Fl. Chr.*

884. οἷον τὸ τεκεῖν. Euripides in Iphig. Aul. 917. *δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα. parere multum valet, et affert magnum amorem* erga prolem. *Bergl.*

τί γὰρ πάθω. Haec aliquando putavi non a Cinesia, ut notatur, sed a Myrrhina dici. Nunc cohibeo assensionem, et recte arbitror proferri ab ipso viro. Est autem hic ἀγανὸν, ἱλαρὸν, καὶ καλόν. *Fl. Chr.*

τί γὰρ πάθω; Perperam vulgo verba haec Cinesiae tribuuntur, quae mulieri continuanda. Formulam illustravit Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 555. Ea utitur noster Conc. 860. Nub. 798. Av. 1452. Librarii error in personarum distinctione alium peperit errorem: ut enim postrema haec verba cum sequentibus connecteret, particulam γὰρ posuit, pro ea quam adhibere debuit poeta, quamque reposui: ἐμοὶ μὲν αὐτῇ — *Brunck.*

885. In Bekkeri Anecd. I. p. 355. haec sic scripta afferuntur:

ἐμοὶ γὰρ αὐτῇ καὶ νεωτέρα δοκεῖ
πολλῷ γεγενῆσθαι κἀγαθώτερον βλέπειν.

887. δυσκολαίνει. Hic τὸ δυσκολαίνειν est δυσφορεῖν. Alias δυσκολία Aristoteli est ἀπόκρισις συλλογισμοῦ φθαρτική. Est autem βρενθύεσθαι, ἐπαίρεσθαι et προσποιεῖσθαι ὀργίζεσθαι. *Fl. Chr.*

βρενθύεται. In Pace 25. ὑπὸ φρονήματος βρενθύεται καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ. *Bergl.* βρενθύεται. De hoc verbo vide Hemsterhusium ad Lucianum p. 367. *Brunck.*

883. *ταῦτ' αὐτὰ δῆσθ'*. Puto δ' ἦσθα pro δ' ἦν. Haec, inquit, quae me desiderio torquent, vel lege *δῆτα*. Tamen ἦς pro ἦν dicitur, ut apud Theocritum *ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν*. *Fl. Chr.* Frob. *δῆσθ' ἄκαμ'*. Lege *δή 'σθ' ἀ κἄμ'* vel *δῆτ' ἐσθ' ἄμ'*. *Bentl.*

889. *τεκνίδιον κακοῦ πατρός*. Alludit ad versum Aeschyli, ex Prometheo soluto, puto. Quum enim Prometheus liberatorem suum Herculem cum arca et sagittis auxiliaturum sibi vidisset, dixit: *ἐχθροῦ πατρὸς μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον*. i. e. *haec cara proles patris invisissimi*. Plutarchus vitam Pompeii ab hoc Aeschyleo versu ordiri voluit. Paulo post pro *διατιθεῖσ'*, quasi sit pro *διατιθεῖσα*, lego, ut in Veneta editione *διατίθεις*, et mox *ἄπειμ' ἐκεῖσε* extrito *ι*, et *σὺ δ' ἀλλὰ*, non *ἄλλα*. *Fl. Chr.*

891. MS. *KIN.* et 893. *αὐτή τε λυπεῖ*, i. e. *λυπῇ*. *Bentl.* Male vulgo huic versui praefixa est persona Lysistratae, quae postquam v. 864. Myrrhinam evocatura intro abiit, non amplius prodit in scenam. Hoc quidem vidit Berglerus; sed male constituta verba insulse vertit. *γυναιξὶ* sine *ν* in fine exhibent duo Regii; tum habent *κἀμέ τ' ἄχθεσθαι ποιεῖς, αὐτή τε λυπεῖ*, sensu perspicuo et optimo. In Aug. ut in vett. editt. est etiam *κἀμέ τ'*: sed in cod. post *ποιεῖς* non distinctum, nec initio seq. versus ante *αὐτή* ducta lineola mutatae personae index. At vulgo, quum duo praecedentes versus Lysistratae, dudum e scena egressae, tributi fuerint ista lectione, *χ' ἁτέρωις πείθει γυναιξίν, κἄμ' ἔτ' ἄχθεσθαι ποιεῖς;* initium versus 893. seu verba *αὖτη με λυπεῖ* Cinesiae tribuuntur. Absurda autem ista sic reddidit Berglerus: CINESIAS. *Cur, o improba, haec incipis, aliisque pares mulieribus, et me anxium facis? haec me contristat.* Quaenam est illa, quae pronomine *haec* demonstratur? *λυπεῖ* est 2. pers. passiva, quam pro 3. activa accepit. Facile sagacior quispiam inspecta veteri editione mendam deprehendisset, quae tota est in *με* pro *τε* posito, quod postremum hic requiri satis indicat prius *τε* praecedentis versus, cui alterum reddi debebat: *καὶ ποιεῖς ἐμέ ΤΕ ἄχθεσθαι, αὐτή ΤΕ λυπῇ*. *Brunck.*

893. Medeae apud Euripidem v. 1361. Iason haec dicit:

καὐτή γε λυπῇ, καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ.

Brunck. in Supplem.

895. χεῖρον διατιθεῖς. In Iuntina διατιθεῖσ', tanquam si participium esset διατιθεῖσα. Adsueti non erant sequioris aevi librarii veteri formae verbi τιθέω, quae nullibi fere occurrit, quin aliquo in codice depravata reperiatur. Equit. 717.

μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεῖς.

Ibi codicum optimus habet ἐντίθης, forma qua pueri verbum hoc coniugare docentur. In Eurip. Ione 747. et 1540.

ἔπου νυν· ἴχνος δ' ἐκφύλασσ' ὅπου τιθεῖς —
ἔπειτα τῷ θεῷ προστιθεῖς τὴν αἰτίαν —

Duorum Regg. codd. alter habet τιθεῖς et προστιθεῖς, tanquam si participia essent. In Soph. Phil. recte aliquando excudetur v. 992.

ὦ μῖσος, οἷα καξανευρίσκεις λέγειν·
θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τιθεῖς.

Confer vulgatam lectionem in Iohnsoni editionibus sive Britannis, sive nupera Parisina v. 1017. *Brunck.* Vid. Porson. ad Euripidem p. 130. Buttmann. gr. Gr. T. I. p. 524.

896. κρύκης φορουμένης. Suidas [et Zonaras T. I. p. 535.] legit κρόκης διαφορουμένης, sed invito metro. Vide eum v. διαφορουμένης. *Kust.*

898. Citat Suid. in ἀνορχίαστα. *Bentl.* τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱερ' ἀνορχίαστα. Supra v. 832. τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ἀρχίοις εἰλημμένος. *Bergl.*

901. Post hunc versum is, qui sequi debebat, omissus fuit in omnibus editionibus, magno cum sententiae et venustatis dispendio. Causam omissionis manifestam vides. Duobus continuis versibus in eadem verba τοιγὰρ ἂν δοκῇ desinentibus, a superiore ad inferiorem deflexit librarii oculus, alioqui non animadvertentis absurde Cinesiae tribui ista, κἄγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε. Versum qui desiderabatur, personis recte distinctis, exhibent tres codd. [et MS. Voss. ap. Bentl.] solus quidem B. in contextus serie, duo reliqui in margine ab eadem manu. *Brunck.*

904. κατακλίθητι. κατακλίνηθι tacite Elmsleius ad Acharn. p. 265.

διὰ χρόνου. In Pluto 1056. *βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; Bergl.*

906. MS. *κατακλινεῖ σ'. Bentl. ὦ Μύρριον.* Sic optime Regii. Vulgo iugulato metro, *ὦ Μυρρίνιον.* Diminutivum *Μύρριον* deductum a nomine primitivo *μύρρα*, unde *Μυρρίνη*. Hoc certum, et longe praestat Orvillii commento *Μυρίδιον*, quem vide ad Charit. p. 259. [p. 344. ed. Lips.]. *Brunck.*

907. *Μανῆ.* Manes servi nomen saepe occurrens apud comicum. *Bergl.*

910. *κατακλινεῖ* in futuro: sic Regii [et Bentleius]. Vulgo *κατακλίνει Brunck.* MS. *ὦ τάλαν. Bentl.*

911. *δράσειε τοῦτο.* Lege vel bis *τοῦτο*, ut sit *τοῦθ' ὅπου* etc. vel *δράσειε τοῦθ' ὅπου τουτὶ πανὸς καλόν.* Sed nihilominus obscurus mihi est locus, ac nescio an *πανόσκαλον* melius, de quo Hesychius, nisi quod per *ω* effert *τὸ σκῶλον.* Mihi autem videtur innui antrum Panis. *Fl. Chr.*

ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς καλόν. Sic non solum habent omnes quas vidi editiones, sed etiam MSS., quam proinde lectionem male sollicitat Bisetus, legendum existimans *ὅπου τὸ Πανὸς αὔλιον.* Verum quidem est supra in hac ipsa fabula v. 722. legi *ἡ τοῦ Πανός ἐστι ταὔλιον:* non tamen inde petenda est medicina huic loco, qui nullo vitio laborat. Sensus enim verborum istorum hic est. Quum Myrrhina ad Cinesiam maritum dixisset: *ubi, miselle, hoc quis facere queat?* (nimirum, tecum concumbere, et quidem ita, ut nemo id videat) Cinesias respondet: *καλὸν* (sc. *ἐστὶ τοῦτο δρᾶν*) *ὅπου τὸ τοῦ Πανός. commodum et opportunum erit hoc facere, ubi Panis est antrum*, vel *fanum.* Hoc enim sensu *τὸ καλὸν* apud Atticos interdum sumitur, ut in Pace 277. 291. Eccles. 321. Thesmoph. 299. *τὸ τοῦ Πανὸς* autem apud Atticos dici *κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἱερόν*, vel *ἄντρον*, vix tirones ignorant. Ceterum ex MSS. pro *τοῦτο Πανὸς*, ut priores editiones habent, reposuimus *τὸ τοῦ Πανός. Kust.* Lege *τοῦθ'; KI. ὅπου τὸ Πανὸς αὐλίον:* vid. 722. vel *ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς καλὸν* ut MS. *Bentl.*

Scholia: *ἐπεὶ ἐρωτικὸς ὁ Πάν. πλησίον δὲ τοῦ Πα-*

νείου ἡ Κλεψύδρα ἦν κρήνη. Propterea dicit hunc locum esse opportunum ad concubitum. Ceterum ut hic *τὸ τοῦ Πανὸς*, ita paulo ante v. 857. *τὸ τῆς Χλόης.* Subaudi *ἱερόν.* Sic Terent. *ad Dianae. Bergl.*

ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς, καλόν. Supra 721. *ἦ τοῦ Πανός ἐστι ταῦλιον.* Conc. 521.

ἦ πανταχοῦ τοι νυκτὸς ἐστὶν ἐν καλῷ.

Thesm. 292.

ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων
ἵν' ἐξακούω;

Hic *καλόν ἐστι*, vel *καλὸν ἂν εἴη*, diversa loquendi forma idem valet, ac illis in locis *ἐν καλῷ εἶναι.* Ceterum duo Regii bene habent *τὸ τοῦ Πανὸς*, quod e suis reposuit Kusterus. In Aug. ut in Iuntina, *ὅπου τοῦτο Πανός. Brunck.*

912. *καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' ἐς πόλιν;* Sic ad linguae normam legendum. Male vulgo duae voces coaluerunt *ἀνέλθοιμ' — Πῶς* cum optativo non construitur, nisi comite particula *ἄν.* Vide Dawesii Misc. Crit. p. 207. *Brunck.*

913. *τῇ κλεψύδρᾳ.* Clepsydra fons Athenis, quae prius dicta *ἐμπεδὼ* (puto qua ratione *ἄϊδης* dicitur *ἔμπεδος*) et sub terram fertur viginti stadiis ab acropoli. Sic autem vocatur, ait Suidas, quia interdum exundat, interdum vero deficit. Sed verecunde arbitror ludere comicum ad virilem penem, qui etiam dicitur *κλέψυδρος*, quia *ὕδωρ κλέπτει*, ut dixit in Vesparum fabula. *Fl. Chr.* Clepsydra fons erat Athenis ex arce fluens. Vide Hesychium in *κλεψίῤῥυτον ὕδωρ. Brunck.*

917. *ἀρκεῖ χαμαὶ νῷν.* Nicaenetus apud Athenaeum p. 673. *ἀρκεῖ μοι κοίτη μὲν ὑπὸ πλευρῇσι χαμεύνη. Bergl.*

918. *καίπερ τοιοῦτον ὄντα.* Sophocles in Aiace v. 1347. aut 1359. *ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ οὐκ ἄν γ' ἀτιμάσαιμ' ἄν. Bergl.*

919. MS. *ἦ τοι*: mox lege *φιλεῖν μὴ δῆλη 'στιν* ut MS. *Bentl. ἦ τοι γυνή.* Sic Regii: vulgo *ἡ δὴ γυνή.* Male iidem *φιλεῖν* pro *φιλεῖ.* In A. *φιλεῖ* primo scriptum fuit: postea superscriptum *ν. Brunck.*

ἥ τοι γυνὴ φιλεῖ με, δῆλη ἐστὶν, καλῶς. Sic vulgo interpungunt, *καλῶς* referentes ad *φιλεῖ*. Perperam. Iunge *δῆλη ἐστὶν καλῶς*. Sophocles Oed. R. v. 1008. *ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς*. ubi Glossator Augustanus *καλῶς* recte interpretatur *πάνυ*. *Schaefer.* ad Gregor. Corinth. p. 551.

921. *καί τοι, τὸ δεῖνα, ψιαθός ἐστ' ἐξοιστέα.* Voces *τὸ δεῖνα* cum ceteris partibus sermonis non construuntur, quod distinctione indicativi. Est *ἐπιφώνημα*, seu interiectio affectum animi significans, sive mirantis, sive dolentis, sive indignantis, nec alio verbo melius reddi potest, quam comicis Latinis frequentissimo *Perii.* Plaut. Truc. III. 2. 21.

Perii! rabonem? quam esse dicam hanc beluam? Terent. Eun. II. 3. 69.

Perii! nunquamne etiam me illam vidisse?

Vide aliud exemplum supra ad v. 202. Alibi, ut Pace 268. alia comicis Latinis non minus frequenti interiectione usus sum, *Malum.* Quid sibi vellet istud *τὸ δεῖνα* non intellexerunt interpretes. Verti equidem: *At, perii! teges efferenda est.* Berglerus vero insulse: *sed illud erat efferendum, teges inquam.* Et ubicunque recurrit illud *ἐπιφώνημα*, eadem elegantia et perspicuitate vim eius exprimit. In Acharn. 1149. *τὸ δεῖνα* aliud quid significat; nempe *κατ' εὐφημισμὸν* ut ait scholiastes, *τὸ αἰδοῖον*. Scilicet idem olim quod hodie contigit, ut proletarius sermo animi affectus quosdam significaret vocabulis e re Venerea sumtis. Italorum etiam politissimi vocem *cazzo*, qua primaria sua significatione non utuntur, nisi indecore *εὐθυρρήμονοῦντες*, frequenter pro interiectione adhibent, plane idem significante quod comici *τὸ δεῖνα*, et Latinorum *Perii.* Nostrum autem quis sibi in tota vita adeo temperavit, ut illi nunquam exciderit

ce mot des Français révéré,
mot énergique, au plaisir consacré,
mot que souvent le profane vulgaire
indignement prononce en sa colere?

Brunck.

923. *αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε.* Vox *τόνου* auctore Suida etiam significat *τοῦ κραββατίου τὰ σχοινία*. Sed

lege hic cum Veneta editione ἐπ' ἐπιτόνου. Est autem ἐπίτονος δέρμα, ᾧ κατησφάλισται ὁ ἱστὸς (sic enim lego apud Hesychium, non τὸν ἱστὸν) τῆς νεώς. Suidas ad hunc locum dixit γελοῖον ἐπὶ δέρματος, Ὁμήρου, ἐπίτονος βέβληto. *Fl. Chr.* Editio illa, quam dicit habere ἐπ' ἐπιτόνου, est, ut puto, Farrei; nam et haec ita habet et est Veneta etiam. Placet autem illud ἐπ' ἐπιτόνου, quamvis scholiastes aliter legerit, non tamen ἐπὶ τόνου, sed ἐπιτόνου, qui hic esse ellipsin praepositionis ἐπὶ statuit: λείπει γὰρ ἡ ἐπὶ, inquit, et vocem exponit: δηλοῖ δὲ ἐπὶ δέρματος· καὶ Ὁμήρος, ἐπίτονος βέβληto. *Bergl.* Leg. ἐπ' ἐπιτόνου γε. *Bentl.*

αἰσχρὸν γὰρ ἐπ' ἐπιτόνου γε. Sic recte edidit Zanettus, et legitur etiam in posteriori Veneta: in aliis γὰρ ἐπὶ τόνου. In A. coniunctim ἐπιτόνου, ut legit etiam scholiastes, qui nugatur ellipsim hic esse statuens praepositionis ἐπὶ, quam olim scriptam, absorpsit postea sequens syllaba. Sunt autem ἐπίτονοι lora, quibus lecti instruuntur ad sustinendas culcitas, aut stragulas, aut tegetes. *Brunck.* Vulgata scriptura ἐπὶ τόνου revocanda est. V. Reisig I. p. 69. τόνος ex Lysistrata affert Pollux X. 37.

924. Alteram *MY.* delet MS. et — 925. addit *MY. Bentl.* ἦκε νῦν ταχέως πάνυ. In Pace 275. ἦκε νῦν ταχύ. *Bergl.*

927. MS. οὐδὲ δέομαι: lege ἀλλ' οὐδὲ δέομαι Ἴωγε: ut infra 953. δέομαι Ἴωγ'. *Bentl.* Versum corruptum esse censet Reisigius in diariis Ienensibus a. 1817. fol. 224. p. 406. Elmsleio ad Acharn. p. 72. scribendum videtur ἀλλ' οὐδὲ δέομαί γωγε.

928. ἀλλή τοι τὸ πέος. ἀλλ' εἰ pro εἰ μὴ vel ἄρα. Delendum autem puto τοι. Proverbium est Ἡρακλῆς ξενίζεται de tarde venientibus dictum, quia qui hospitio accipiebant Herculem, multum temporis exspectabant donec satur fieret: nam erat πολυφάγος et ἀδηφάγος et cui illud Theocriti competeret πεινῶντι μὲν οὐδέποκ' ἔνδοις. Ait igitur, non opus est mihi pulvinarii, nisi mentula sit velut Hercules hospitio acceptus et diu moraturus, quasi dicat, statim expedi vero. Tamen existimo per hoc proverbium innui, properan-

dum esse, neque moram trahendam, quia ubi accipitur Hercules magnus comedo, eo non tarde veniendum. Quod autem ait ὦ χρυσίον, notandum est apud Hesychium sic etiam dici τὸ τῶν παίδων αἰδοῖον. *Fl. Chr.*

ἀλλ' ἢ τὸ πέος. Sic primum emendaveram, tam certus genuinam lectionem restituisse, quam nunc, postquam eandem in ambobus Regiis reperi. In Aug. et in binis Venetis ἀλλ' ἤ τοι τὸ πέος, syllaba ultra numerum excurrente: ceterae editt. et ἀμέτρως et absurde ἄλλη τοι τὸ πέος. Confer Vesp. 60. et Suidam in Ἡρακλῆς ξενίζεται. *Brunck.* MS. ἀλλ' ἢ τό. *Bentl.*

Ἡρακλῆς ξενίζεται. Proverbium est, ut scholiastes dicit et Suidas, de iis, qui diu morantur. Hercules erat vorax; hinc diu morari videbantur, qui ei coenaturo non statim afferrent dapes. Apud Euripidem in Alcestide Hercules hospitio Admeti excipitur, ubi servus, qui ei ministraverat, dicit v. 747. πολλοὺς μὲν ἤδη, κἀπὸ παντοίας χθονὸς, ξένους μολόντας οἶδ' ἐς Ἀδμήτου δόμους, οἷς δεῖπνα προὔθηκ· ἀλλὰ τοῦδ' οὔπω ξένου κακίον' ἐς τήνδ' ἑστίαν ἐδεξάμην. deinde post duos versus: — οὔτι σωφρόνως ἐδέξατο τὰ προστυχόντα ξένια, συμφορὰν μαθὼν, ἀλλ' εἴ τι μὴ φέροιμεν, ὤτρυνεν φέρειν. Forte etiam data opera quandoque morabantur, ut magis irritarent Herculem, et forte nonnulli aliquando spem ei fecerunt coenae, deinde lupum hiantem deluserunt; unde risus materia comicis fuit Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος, ut est in Vespis v. 60. Sic et iste Cinesias, qui misere exspectat et sperat concubitum, deludetur. *Bergl.*

929. In MSS. duo hi versus personis rectius sic assignantur:

ΜΥΡ. ἀνίστασ', ἀναπήδησον. *ΚΙΝ.* ἤδη πάντ' ἔχω.
ΜΥΡ. ἅπαντα δῆτα; *ΚΙΝ.* ὀεῦρό νυν, ὦ χρύσιον. *Kuster.*

Longe aliter, ac vulgo, personis distributa sunt quae sequuntur: nempe ut in duobus Regiis, binisque aliis codicibus quorum collationes Kusterus habuit. Eadem in Aug. lineolis indicata distinctio. *Surge*, ait Myrrhina, *ut cervical tibi subponam.* Verba ἅπαντα δῆτα interrogative cum ironia proferri possunt:

omniane, quaeso? me tamen nondum. Vel affirmative: *omnia sane, ut dicis. Brunck.*

ἀνίστασο. Penem alloquitur. *Bergl.*

950. *δεῦρό νυν, ὦ χρύσιον.* Sic ille in Acharn. v. 1201. appellat meretriculas: *φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω. Bergl.* Conf. Iacobs. ad Antholog. Palat. T. III. p. 696.

955. *νὴ Δί' ἀπολοίμην ἄρα.* Qui non animadverterunt editores ad metri legem scribendum esse *ἆρα*, non autem, ut vulgo, *ἄρα*, nae illi prosodiae prorsus erant rudes. Scilicet versum dimetientes mediam in *σισύραν* producebant, quae corripitur semper. Conc. 347.

ἵνα μὴ 'γχέσαιμ' ἐς τὴν σισύραν. φανὴ γὰρ ἦν.
421. *χειμῶνος ὄντος τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω.*
Av. 122. *ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλιθῆναι μαλθακήν.*
Vesp. 738. *λείχειν, χλαῖναν μαλακὴν, σισύραν.*
Confer Toup. ad Suidam III. 132. [T. III. p. 166.] *Brunck.*

934. Lege *μὰ τὸν Δί' οὐ δέομ' ἀλλά:* vel *μὰ Δί' οὐ δέομαι 'γωγ' ἀλλά.* MS. *οὐδὲ δέομαι. ἀλλά. Bentl. μὰ Δί' οὐ δέομαι 'γωγ' ἀλλὰ* — Sic ad metri integritatem legendum, ut Thesm. 594.

οὐκ οἴομαι 'γωγ', ὦ πολυτιμήτω θεώ.

Infra 1114. *τάχα δ' εἴσομαι 'γώ.* Vulgo claudicante metro *οὐ δέομαί γ' ἀλλά.* Peius B. *οὐ δέομαι ἀλλά.* In A. bona lectio *οὐ δέομαι δῆτ'. ἀλλά.* Illam tamen sinceriorem puto cuius vestigia servant alii libri. *Brunck.*

956. *ἄνθρωπος.* Possit aliquis putare haec a Myrrhina dici, ut *ἄνθρωπον* de suo viro dicat. Sed qui considerabit Hesychii verba, quibus apud Laconas feminam proprie vocari *ἄνθρωπον* constat, deinde quae postea dicuntur ab ipso Cinesia, ut puto, *ἐπιτέτριφέ με ἡ γυνή*, sententiam mutabit, neque Cinesiae personam Myrrhinae persona. *Fl. Chr. ἄνθρωπος* nunc in feminino genere, ut apud Alciphronem epist. 19. libr. I. *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου.* Plura videri possunt in notis meis ad illum auctorem. *Bergl.*

ἡ 'νθρωπος. Male vulgo omisso articulo *ἄνθρωπος.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἡ γυνή, ἡ ἄνθρωπος εἶπε.* Quod

Toupio observatum fuit ad Suidam I. 15. [T. I. p. 24.]. *Brunck.*

939. *ἦν τε βουλῇ.* Sic bene Regii, ut supra 194. Soloece vulgo *βούλει. Brunck.*

940. Fo. *βδεῦ:* vid. Prolegom. *p*). *Bentl.*

941. *πρότεινέ νυν τὴν χεῖρα.* Vulgo *πρότεινε δή.* Regii *πρότεινε νῦν.* Glossema est *δὴ* pro *νυν* enclitico. *Brunck.*

943. *εἰ μὴ διατριπτικόν.* Vel propter moram et tarditatem, qua prudens utitur coniux Myrrhina, unguentum illud vocat *διατριπτικόν*, vel quia trita unguenta sunt suaviora. Notandum est autem per unguentum Rhodium allusisse videri comicum ad *μύριον τῆς γυναικὸς*, quia apud Mitylenaeos *ῥόδον* et *ῥοδωνιὰν* sic vocent, aliquando *τὸ τοῦ ἀνδρός*, teste Hesychio, ut etiam vocatur *μύρτος τὸ γυναικεῖον. Fl. Chr.*

εἰ μὴ διατριπτικόν γε. Sic bene schol. et A. Vulgo *τε.* Copula hic locum non habet. *Brunck.*

944. *τὸ Ῥόδιον — μύρον.* Apparet, Rhodium unguentum vilius fuisse aliis unguentis. Vide Eustathium in Odyss. p. 82. lin. 25. edit. Basil. ubi loci huius est mentio. *Bergl.*

945. *ἀγαθόν· ἔα ὔτ', ὦ δαιμονία.* Sic emendate scribi debet. Vulgo *ἔα αὖτ',* quod si plene pronuntietur, et aures ingrato hiatu offendit, et numeros solvit. *ἔα αὖτ'* pes est bacchius, quem nullibi versus iambicus admittit: duae voces tanquam una efferuntur *εαυτ':* et sic versui constat rhythmus. *ἐῶ, ἔα* apud poetas Atticos saepe in unam syllabam coalescunt; sed in *ἔα* ultima, quae longa est, nunquam eliditur. Vide ad Ranas 1243. *Brunck.* Conf. Wolfii Analecta II. p. 456.

Ἀγαθόν; ἔα αὖτ', ὦ δαιμονία. — Λήρεις ἔγωγ'. Maim *ἔα τ', ὦ δαιμόνια;* i. e. *ἔα τοι q*). vid. ad Av. 1454.

---

p) P. XIII. ed. Kust. in *Ἄλλως περὶ κωμῳδίας,* ubi legitur in Frob. *βδεῦ:* at Kust. *ξεῦ. Editor* not. Bentl.

q) Idem placuit Porsono apud Kidd. ad Dawes. p. 625.

Exempla contractionum harum et similium ἔα ὖτ', μὴ ὑτοῦ, μὴ ὕρω, quae Dawesio placent ac Brunckio, sunt incerta. vid. ad Ran. 169. *Hotib.*

ληρεῖς ἔχων. In Ranis 202. *οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων.* *Bergl.*

946. *ὁ πρῶτος ἐψήσας.* Sic bene ambo Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.]. Vulgo *πρῶτον.* *Brunck.*

947. *ἀλάβαστον* ex B. reponi iubet Brunckius ad Acharn. p. 267.

ἀλλ' ἕτερον ἔχω. Scholia: *τὸ αἰδοῖον.* *Bergl.*

948. *ὦ ζυρά,* pro *ὦ οἰζυρά.* Ad vulgarem pronuntiandi morem, qui Athenis obtinebat, referendum videtur, quod media hic in *οἰζυρός* corripiatur, quod sane analogiae repugnat, nec aliorum poetarum exemplis confirmari posse arbitror. Etymol. M. p. 620. l. 3 *οἰζυρός, τὸ ζυ μακρόν.* In Daphnidis et puellae colloquio inter Theocritea, ubi ediderunt:

τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· οἴζυον οὐδὲν ἀρέσκει,

Scaliger *οἰζυρὸν* contra prosodiam reponebat: nec scio an melius locum tueatur *οἴζυον* significatione transitiva. Ut autem ad *ὦ ζυρά* revertar, si unico in hoc loco reperissem, vitii suspectum mihi fuisset: sed recurrit Nub. 655.

οὐ γάρ, ὦ ζυρέ,
τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν.

quo in loco non magis quam hic variant codd. *Brunck.*

950. *ὑπολύομαί γ' οὖν.* Puto esse calceos demere ut *ὑποδύομαι* contra. Facilis lapsus *τοῦ Δ* et *τοῦ Λ*, une sequaris editiones quae habent *ὑποδύομαι.* *Fl. Chr.*

ὑπολύομαι γοῦν. Sic duo codd. In A. *ἀποδῦομαι γοῦν.* Supra bis dixit *ἐκδύομαι.* Supererat ut calceos exueret. Male *r*) vulgo divisim *γ' οὖν.* *Brunck.*

951. *Κλ.* delet MS. et addit in 952. *Bentl.* Cinesias, vir mollis atque uxorius, quem in spem copiae ipsi faciendae femina erexit ea lege, ut pro inducis ineundis dicat in concione, profiteri iussus, id vel

r) Vide supra p. 40.

necne, ut respondeat *βουλεύσομαι?* Aures non praebeo: tarda res est consultatio: Glaucon ille (Xenophont. Memorab. Socrat. 3, 6, 12.), ridicula iussus facere: *Σκέψομαι,* respondet; Micio Terentianus: Post, inquit, consulam. Idem minus civiliter dixissent *Οὐ ποιήσω,* Non faciam. Quali responso deterritam fuisse feminam a tali viro, non est quod credamus. Reponendum *βουλήσομαι,* i. e. *βούλομαι,* sicut Sophocl. Oedip. Tyr. 1056., Oedip. Col. 1264. et passim; nec quis obmoveat *τὸ ἂν δοκῇ* supra 902., siquidem ibi de populi decreto agitur, hic de solius Cinesiae suffragio. *Hotib.*

952. *ἀπολώλεκεν.* Deseruit eum mulier atque abiit. *Bergl.*

953. *καὶ ποδείρασα.* Scholia: *εἰς τὸ αἰσχρόν.* Forte ut supra v. 168. *κύνα δέρειν δεδαρμένην. Bergl.*

954. — 958. Stropham efficiunt primam: 959. — 961. mesodum: 962. — 966. antistropham primam. *Reisig.* I. p. 265.

956. Scribendum: *πῶς ταυτηνὶ παιδοτροφήσω. Reisig.* l. l.

957. *ποῦ χηναλώπηξ.* Species est avis. Hoc nomine vocatus est Lysistratus, mollis homo, pauper et aleator, *ἐν ἀγορᾷ Χολαργέων:* nec id solum, sed colax et adulator. Alii Theagenem dicunt. Uter uter fuerit, sive Lysistratus, sive Theagenes, certe artem exercuit lenoniam. *Fl. Chr.* Scholia: *ὁ Φιλόστρατος. καὶ ἀλλαχοῦ· Φιλόστρατος ἢ κυναλώπηξ.* Locus ille, quem scholiastes hic citat, est in Equit. 1066. ubi vide notam. Apparet autem hunc et *χηναλώπεκα* dictum fuisse et *κυναλώπεκα.* Sic Socrates iurabat modo *μὰ τὸν κύνα,* modo *τὸν χῆνα. Bergl.*

ποῦ Κυναλώπηξ. Sic ambo Regii. Vulgo *χηναλώπηξ.* Quis non miretur editores latuisse, versus hos esse anapaesticos, quorum legi illud *χηναλώπηξ* neutiquam accommodari potest? At Kusteri socordiam non video, quomodo excusari queat, qui repertae in scholiis, quae ille primus edidit, genuinae vocis ne meminerit quidem in notis, nedum illam in textum referret. Bergleri nota nihil est ineptius. Innuitur

Philostratus, famosus illius aetatis leno, cuius meminit comicus etiam Eq. 1069. *Brunck.*

958. *μίσθωσόν μοι κύσθην.* Philostratus notatur tanquam leno, teste scholiaste. *Bergl.*

μίσθωσόν μοι τὴν τίτθην. Sic omnino legendum, quod e scholiaste discere poterant nuperi editores. In B. liquido et emendate scriptum *τὴν τίτθην.* In A. *τὴν τίθην.* Vulgo barbare *τὴν κύστην.* Aug. *τὴν κύστιν,* quod saltem Graecum est. Berglerus spreta scholiastae lectione, cuius venustatem non adsequebatur, legebat *τὴν κύσθην,* quae vox ne Graeca quidem est: oportebat *τὸν κυσθόν:* et vertit: *conduc mihi cunnum mercede.* Cui talia placuerint, ille

οὗ ποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.

Coriaceum penem erectum manu tenens et ostendens Cinesias, tanquam si puellula esset partu recenti edita, quaerit: *Quomodo istam educabo? ubi Cynalopex? loca mihi mercede nutricem.* Intelligebant ex alumni visu spectatores, et ex notissimo lenonis cognomine, quanam nutrice opus esset. Facetum hoc et comicum est: quod antea legebatur, inficetum et absonum. Nominis *τίτθη* veram scripturam hic locus ostendit: ut mendosa est in A. sic aliis in auctoribus peccatum a librariis, quorum error fraudi fuit Scaligero, apud Ammonium p. 155. scribere iubenti *τιθὴ* pro *τιτθὴ,* cui morem non gessit Valckenarius noster. *Brunck.* MS. et schol. *τίτθην. Bentl.*

μίσθωσόν μοι τὴν τίτθην. The article is improper here: it interferes with the sense. The verse should certainly be printed thus: *μίσθωσόν μοί τινα τίτθην.*

μῖσθῶ | σῦν μοι | τινὰ τῖτ. | θην.

John Seager in classical Iournal III. p. 498.

959. Frob. *ΧΟ. ΓΥ.* Gry. *ΧΟ. ΓΕ.* MS. *ἔχοι δεινῶ γ'. Bentl. ἐν δεινῷ γε.* Chorus commiserationem suam ostendit erga Cinesiam. Facete autem imitatur choros tragicorum, qui idem faciunt erga eos, quos vident maximis malis implicitos. Malum, quo Cinesias tenetur, nihil aliud est nisi tentigo penis. *Bergl.*

962. *ποῖος γὰρ ἂν ἦ νέγρος ἀντίσχοι.* Aristoph. Avibus dixit *ἦ* pro *ἔα* et in hac fabula *ἦ δευέτις* supra. Est

autem per synaeresin vel crasin, ut etiam habes in Vespis ἆρα δεινὸς ἦ τότε. Sunt autem *νέφροι renes* vel *nefrundines*, εἰς οὓς νείφεται τὸ οἶνον. Sed et νεφροὶ sunt λογισμοί, ἐπειδὰν τὰς ὑπογαστρίους ὀρέξεις οἱ νεφροὶ διεγείρουσι: ἐντεῦθεν κινοῦνται τῆς ἐπιθυμίας οἱ λογισμοί. Ceterum ἀντίσχοι est ὑπομείναι. *Fl. Chr.*

965. *ποία ψυχή.* Alludit ad locum quendam ex Andromeda Euripidis, teste scholiaste. Ceterum hic subauditur ἤ, ut sit ἢ ποία ψυχή. *Bergl.*

Alieno loco hic positum mihi videtur nomen ψυχή, quod librarius repetiit e v. 960. τείρει ψυχήν. Ad institutam partium enumerationem non pertinet ψυχή. Scripserat, ni fallor, comicus, *ποία ψωλή; ποῖοι δ' ὄρχεις* — de his non dicas, *ὡς οὐ ξύμφορον. Brunck.*

964. *ποῖος δ' ἂν ὄρρος.* Legerem propter metrum *ποῖος δ' ὄρρος.* Est autem ὄρρος quae dicitur τράμις vel ταῦρος, ὁ μεταξὺ τῶν διδύμων. Et κατατεινόμενος est μακρότητα παρέχων. *Fl. Chr.*

ὄρρος. Est pars quaedam circa genitalia virorum inter medios testiculos, alias ταῦρος dicta, teste scholiaste ad Ranas 224. ab ista voce ταῦρος est ἀταυρώτη, *virgo intacta:* item mulier a concubitu abstinens, ut supra v. 217. *Bergl.*

ποῖος ἂν ὄρρος. Metrum iugulans particula male vulgo inserta, *ποῖος δ' ἂν* — Recte eam omittit B. [et MS. Voss. ap. Bentl.]. *Brunck.*

966. *καὶ μὴ κινῶν τοὺς ὄρθρους.* Nescio quid sit ὄ. Quid si legas, *καὶ μὴ κύνων τοὺς ὄρθρους?* quasi producant noctes ista uropygia. Dicitur autem ὄρθρος et ὄρθρον. Revocabo querelam imperitorum antiquam: corruptus est locus, quem sanare non est opis meae praesentis. Tantum hoc addam, postea huc fortassis respicere, quod ait πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει. *Fl. Chr.*

μὴ βινῶν. Sic ambo Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.]: vulgo κινῶν. Frequens horum verborum permutatio. Quia κινεῖν ad rem Veneream non raro traducitur, eandemque vim significandi habet quam βινεῖν, loco huius magis notum illud librarii saepe posuerunt. *Brunck.*

τοὺς ὄρθρους. Scholia: *ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς ὄρθροις.* Deerit itaque praepositio aliqua, ut *κατὰ* aut *πρός.* Arrigunt autem plerumque mane; infra v. 1091. *ἦπου πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει; Bergl.*

967. *ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν.* Sic distingui oportet. Genitivi pendent a suppresso admirationis adverbio *ὤ.* Sic Nub. 155.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Loquendi formam imitantur Latini. Plautus Most. III. 3. 9.

Di immortales, mercimoni lepidi!

Brunck.

967. — 972. efficiunt stropham: 973. — 979. antistropham. Lacunam, quae in stropha est v. 967. Reisig. I. p. 267. sic explendam esse suspicatur:

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῶν ῥοπαλιῶμῶν,
καὶ τῶν δεινῶν ἀντισπασμῶν.

970. MS. *XO. ΓΤ.* pro *ΚΙ. Bentl.*

972. *δῆτ'. ὦ Ζεῦ, Ζεῦ.* Monometer est seu basis. Vulgo contra artem *ὦ* repetitum. Mox v. 977. *ἐς τὴν γῆν,* non *εἰς,* habent ambo Regii. Lege in scholio ad v. 973. *θωμοὶ δὲ λέγονται οἱ τῶν πυρῶν σωροί.* Male excusum *πυρσῶν.* Hesychius: *θωμός, σωρὸς σταχύων. Brunck.* Probari non potest, quod posuit ex coniectura Brunckius *ὦ Ζεῦ, Ζεῦ,* nec dixit usquam Aristophanes *Ζεῦ* simpliciter. nam antiquis in libris legitur *ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ.* Illud igitur paene necessarium est, ut sic scribantur versus 971. 972.:

ποία γλυκερά;
μιαρά, μιαρὰ δῆτ', ὦ Ζεῦ.

Alterum vero illud *ὦ Ζεῦ* non delendum, sed retinendum est, ut medium sit inter stropham et antistropham. *Reisig.* I. p. 267.

973. *ὥσπερ τοὺς θωμούς.* Acervi sunt lignorum vel spicarum. *τυφὼς* autem est *συστροφὴ ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς.* Haec apud Suidam reperiuntur, non alia mente, quam ut locum hunc exponant. *Fl. Chr.* Citat Suid. in *θωμούς. Bentl.*

979. *περὶ τὴν ψωλήν.* Perstat in metaphora: nam *ψωλὸς* est titio vel torris. Huc autem alludit, quum

ait ψωλήν. Est etiam ψωλὸς et ἀπεσκολυμμένος, ὁ λιπόδερμος καὶ περιτετμημένος. *Fl. Chr.*

980. γερωχία. Lege ἃ γερωχία. Teste Hesychio et γερωνία et γεροντία dicitur apud Laconas, qui γεροάκιας vocabant τοὺς δημάρχους. Sed quid sit γερουσία apud Spartanos, testantur et Demosthenes εἰς Λεπτίνην et Aristoteles libr. II. Politic. Certe summus magistratus. *Fl. Chr.*

πᾶ τᾶν etc. Scholia: ἀντὶ τοῦ, ποῦ τῶν Ἀθηνῶν ἐστιν ἡ γερουσία· τουτέστιν ἡ ἐκκλησία καὶ ἡ σύνοδος. Venit autem praeco Spartanus pacis ineundae causa, quia nec Spartani amplius possunt durare sine complexu mulierum, quae iurarunt, se viros non admissuras nisi pace prius facta. Iste praeco Dorice hic et in sequentibus loquitur. Habet autem arrectum penem, ut Athenienses inde cognoscant miserabilem statum virorum in Lacedaemone. Penis ille erat tantum artificialis, grandior, ut spectatoribus magis esset conspicuus, et coriaceus, dicebaturque φαλῆς. Omnes autem viri in hac comoedia deinceps introducuntur cum eiusmodi phalete. Huc faciunt quae scholiastes de comico nostro dicit ad Nubes 542. τοὺς μὲν γὰρ φάλητας εἰσήγαγεν ἐν τῇ Λυσιστράτῃ. Vide hic in Lysistr. ad v. 990. et 1075. *Bergl.* Frob. ἐστιν. insere ἁ: MS. ἀγερ — Schol. ἡ γερουσία. *Bentl.*

γερωσία. Sic bene A. Vulgo γερωχία. Hinc emendari possit Hesychius in γερωνία. *Brunck.*

981. ἦτοι πρυτάνεις. Editio Farrei πρυτάνιες, quod et Doricum est, ut debet, et ad metrum hic necessarium. Pro ἦτοι autem lego ἦ τοὶ etiam Dorice *s*). Communi autem dialecto totus versus potest reddi: ἦ οἱ πρυτάνεις· θέλω τι μυθίσαι (sive usitatius μυθήσασθαι) νέον. Sumitur autem ἀπὸ κοινοῦ, ut scholiastes monet, ποῦ εἰσιν, ut sit ἦ ποῦ εἰσιν οἱ πρυτάνεις. *Bergl.* Lege ἦ τοι πρυτάνεες. MS. πρυτάνιες. Gry. πρυτανίεις. *Bentl.*

Πρυτάνιες. Sic tres codd. Vulgo Πρυτάνεις clau-

s) Conf. Schaefer. ad Theocritum p. 216.

dicante versu. Tum ambo Regii *μυσίξαι* itidem e dialecto, ut supra 94. *μύσιόδέ τοι*. Vulgo *μυθίξαι*. *Brunck.* Quod legitur *μυθίξαι* mutari debet in *μυσίξαι t*). sed quum praeterea *Senatus* ore Laconico non videatur dici potuisse *γερωχία*, locum, prouti videbatur reficiendus, adscribam:

πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐνί γ' ἁ ΓερωϜία ν),
ἦ τοὶ Πρυτάνεις; λῶ τιμυσίξαι νέον.

Laconice *ἡ γερουσία*, secundum usitatam in talibus consuetudinem, dicebatur *Γερωΐα*, vel, digamma Aeolico interposito, *ΓερωϜία*. Eo autem hoc in loco praetulerim *ΓερωϜία*, quoniam editiones exhibent *γερωχία*. alias placuisset *Γερωΐα*, quam formam ad Hesychium illustravit Koenius p. 822. n. 16. hoc ceteris Aristophanis congrueret. v. 1299. *ἐκλιπῶα Μῶα*· v. 1301, *πλεῶα* etc. in quibus *ου* in ω mutato, *σ*, vocalibus interpositum, fuit ciectum. *Valckenarius* in epist. ad Hoeverum p. LXXII. (in Opusculis T. I. p. 387.) MS. *μυσυξαι* super *υ* scripto *ι*. *Bentl.*

982. *σὺ δ' εἶ τίς; πότερον ἄνθρ.* Metri gratia versum hunc ita scribendum puto:

σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος;

Vide nos ad Suidam v. *Κονίσσαλος*. In MS. Voss. legitur: *σὺ δ' εἶ πότερον ἄνθρωπος* etc. Recte itidem, quod ad metrum attinet. *Kust.* Lege *τί; πότερ'*; MS. *σὺ δ' εἶ πότερον*. *Bentl.*

σὺ δ' εἶ πότερον— Vulgo syllaba redundante, *σὺ δ' εἶ τίς; πότερον*— Illud *τις* Regii non agnoscunt. Kusterus ad Suidam in *Κονίσσαλος* versum sic emendabat: *σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσσαλος;* Poterat etiam sine ullius vocis dispendio et cum eodem hiatu: *σὺ δὲ τίς; πότερ' εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσσαλος*. Sed sunt hi versus pravi commatis. Scripturam nominis *Κονίσσαλος*, quam habet Suidas, duplici *σ*, male praetuli. Codd. comici, Hesychius, auctor Etymol. M. alteram, quae impressorum librorum est, unico *σ*, confirmant. A *κονίσω* futuro verbi *κονίω*, cuius penultima longa est, derivatur *κονίσαλος*, ut ab *ἴξω*, *ἴξαλος*. Sic *κονίποδες*

---

t) *μουσίξαι* Valckenar. ad Theocr. Adoniazus. p. 279. B.

v) Conf. Valckenar. ad Adoniaz. p. 271. C.

Conc. 848. antepenult. producta, ab eodem futuro *κονίσω*. De nominis significatione vide Hesychii interpretes ad *κονιορτόποδες* et seq. aliquot glossas: confer Eustathium ad *Il. γ'*. p. 375. *Brunck.* *σὺ δὲ τίς* cum Biseto scribi vult Maltby ad Morell. Lex. prosod. p. 547. Genuinam scripturam

σὺ δ' εἴ τί; πότερον ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος;

restituit Reisig. I. p. 85.

Κονίσαλος. Deos minorum gentium, ut Priapos, sic vocabant *ἐκ τοῦ μὴ ὀκνεῖν καὶ ἐπὶ κόνεως μίγνυσθαι.* Sane Conissalus et Orthanas dii erant Athenis, quales Priapi Latinis, de quibus Strabo libr. XIII. Geogr. et Athenaeus libr. X. meminere. Apud Hesychium mendosos arguo codices, qui habent *ὀρεὶθανῆς*: legendum enim suspicor *ὀρθάνης* vel *ὀρθάνας*. Vocem autem *κονίσαλον* dicit esse saltationem satyricam, atque adeo *ἐντεταμένον τὰ αἰδοῖα*, ut Orthophallica intelligas. Ibi Hesychius etiam mendosus, ut obiter id doceam, videtur voce *Κόννις*. Ait enim: *Κόννις· ἀλείτις*. Nisi insanum in modum fallor, legendum est *Κοννᾶς· αὐλητής*: ut sit Connas tibicen, de quo Cicero in erudita et verecunda ad Paetum epistola. Initio huius versus legendum censeo *σὺ δὲ τίς;* non *σὺ δ' εἶ*. *Fl. Chr.* Plures huius farinae dii una cum isto Conisalo recensentur in fragmento Platonis comici apud Athenaeum p. 441. *Bergl.*

983. *κάρυξ*. Sic Regii: vulgo *κήρυξ*. Suidas: *κυρσάνιε, νεανία, ἔφηβε, ἢ εὐτελέστατε. κύρσος γὰρ, εὐτελὲς λάχανον. κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους.* Confer Hesychii interpretes ad *κυρσάνιοι*. *Brunck.*

κυρσάνιε. Sic vocabant Lacedaemonii adolescentes, atque adeo viles homines. Hesychium in ea voce audebo etiam emendare: ac vero emendationem praestare sine superbia tamen, ut ait comicus Afer. Nam pro *κυρακίσκους* non dubitem reponere *μειρακίσκους*. *Fl. Chr.* Hesychius et ab eo, credo, Suidas interpretantur hanc vocem *κυρσάνειε, νεανία, ἔφηβε*: sed hoc loco non potest id significare, aut mutanda foret persona Probuli, quem alloquitur Laco. Nam quomodo virum aetate provectum sic compellaret? Citavimus

supra Thucydidem, qui vocat *πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἀρχὴν* eum magistratum, nec *εὐτελέσιν* mihi convenire videtur. Suspicor sensum alium, cui subest aliquid turpiculi et facetiarum comicarum. Probulus Laconem conisalum vocavit turpi vocabulo: vicem reddens eum Laco vocat *κυρσάνειον. κύρσειον* Galenus interpretatur *πρωκτόν*. Hinc forte formatur ea vox: nam *χαυνόπρωκτον* intelligi vult Atheniensem vocari a Lacone, quasi *κύρσειον ἀνειμένον* habentem. Nam quod ad Hesychium et Suidam non aliunde habent eam vocem, quam ex hoc loco, ideo licet eorum coniecturas vel approbare vel reiicere. *Palmer.*

ὦ κυρσάνιε. Id est *ὦ νεανία, ὦ ἔφηβε*, aut etiam *ὦ εὐτελέστατε*. Ita schol. et Suidas. Vide infra v. 1250. *ναὶ τὼ σιὼ* autem est pro *νὴ τὼ θεώ*, ut supra v. 81. et alibi. *Bergl.*

984. *ἅμολον ἀπὸ Σπάρτας γα περὶ διαλλαγῶν* Porsonus ad Euripidem p. 105., recte repugnante Reisigio Syntagm. crit. p. 16.

985. *ὑπὸ μάλης.* Vel *χλαίνης* vel *μασχάλης*. Ut a maxilla, mala, sic a *μασχάλη, μάλη*. *Fl. Chr.*

986. Lege *ἐγώγα*. MS. *ἐγώνγα*. *Bentl.* *ἐγώνγα*. Sic ambo Regii. In Aug. *ἐγώνγε:* at infra 990. recte habet *ἐγώνγα*, ut iterum Regii. Utroque in loco impressi *ἐγώγα*. *Brunck.*

ποῖ μεταστρέφει. In Veneta editione habes hoc loco praepositam Probuli personam. Quod autem ait *βουβωνιᾷς*, sic in Ranis etiam usus: *ὑπαὶ κόπων γὰρ τοὺς νεφροὺς βουβωνιῶ*. Paulo post lege per unicum *λ σκυτάλα Λακωνικά*. *Fl. Chr.*

987. MS. *δέ:* lege *δαί*. *Bentl.*

988. *πάλαι ὄργα.* Sic habent libri editi; quod quum corruptum crederet Bisetus, scribendum putabat *πάλαι ὀργᾷ*, i. e. *iam dudum vehementer concupiscit* (sc. *concubitum*). Sed libenter emendationis huius ei gratiam facimus. Nam comicum nostrum aliter scripsisse mox dicetur. MS. Voss. habet *παλεός γα*, prout etiam legit vetus scholiastes ad hunc locum, qui *παλεὸς* per additionem *τοῦ π* dictum putat pro

ἠλεὸς vel ἀλεὸς i. e. *stultus*, *vanus*. Lectionem hanc videtur etiam confirmare Suidas, qui in collectaneis suis ad hunc, ut puto, locum respiciens, inquit: παλεὸς, ὁ σκώπτης. τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἄφρονος. MS. Vat. habet παλαιός γα, quae lectio recte se habet, dummodo secundum dialectum Laconicam (Laco enim hic loquens introducitur) pro σ finali scribatur ρ, ut sit παλαιόρ γα: quae est ipsissima lectio vulgata, dummodo, quae male divisa sunt, rite coniungantur. Significat hic autem παλαιὸρ (uti et interdum vulgare παλαιὸς) *stultus*, *vanus*: quo sensu etiam vox ei gemina ἀρχαῖος interdum apud Graecos accipi notum est. Hesychius: παλαίωρ (lege παλαιόρ)· μωρός. Ubi eum ad hunc ipsum locum comici nostri respexisse non dubito. Idem: ἀλαιὸς, παλαιὸς, ἄφρων. Porro τὸ γα est particula expletiva dialecti Doricae, pro quo secundum dialectum communem dicitur γε. Sic ergo sensus loci huius clarus erit, dicetque caduceator Lacedaemoniorum: *stultus est, per Castorem, hic homo.*

ερος

Kust. Frob. πάλαι ὄργα. MS. παλεος (sic) ut schol. παλεὸς, πλεονάζει, etc. sed lege propius ad receptam lectionem παλαιόρ γα. Hesych. παλαίωρ, μῶρος: lege vel ex ipsa serie παλαιόρ: ρ pro σ terminatio Laconum. *Bentl.*

παλεός γα. Ita MS. Voss. teste Kustero. Ita et scholiastes ad hunc locum. Est autem παλεὸς pro ἀλεὸς per pleonasmum literae π, ut idem scholiastes vult. ἀλεὸς autem Dorice pro ἠλεὸς, id est *stultus*. γα autem pro γε. In aliis editionibus praeter Kusterianam est πάλαι ὄργα· unde itidem bona lectio potest concinnari, dummodo ita scribatur, παλαιόρ γα dialecto Laconica pro παλαιός γε. mutatur enim in hac dialecto σ in ρ. Significat autem παλαιόρ etiam *stultum*, uti et vox synonyma ἀρχαῖος quandoque. Hesychius παλαίωρ, μωρός. ubi παλαιὸρ legendum, ut censet Kusterus in notis ad hunc Aristophanis locum. *Bergl.*

παλαιόρ γα. Hoc reponere debuerat Kusterus, qui perite vidit genuinam eam esse lectionem, cuius elementa omnia repraesentant veteres editt. sed male distincta, πάλαι ὄργα. Nec diversa est in Aug. scriptura. Laconicum est παλαιὸρ pro παλαιός. Vide Hesychii

interpretem ad v. *σιόρ*. In A. ut in recentioribus editt. *πυλεός γα*. Vocem *παλεὸς* adsciverunt forte e Suida, qui eam a scholiaste ad hunc locum habet. Hic vero *λῆρον ληρεῖ*. Pro *παλαιόρ γα* absurdissime in B. *παλεολόγα*. V. seq. *ὥνθρωπος* edidi, addito ex linguae indole articulo, quod suasit etiam Toupius ad Suidam I. 107. [T. I. p. 140.]. *Brunck.*

990. *οὐ τὸν Δία*. Pro *οὐ μὰ τὸν Δία*, scholia. Vel tantum pro *μὰ τὸν Δία*. Occurrit autem apud Sophoclem in Electra v. 1351. aut 1246. *ἀλλ' οὐ τὰν Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀόμήταν, τόδε μὲν οὔποτ' ἀξιώσω τρέσαι*. Et in Oedipo Tyr. v. 668. aut 674. *οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἥλιον*. *Bergl.*

ἔγωγα. MS. *ἐγώνγα* quod est magis Doricum vel Laconicum. *Kuster.*

μὴ δ' αὖ πλαδδίῃ. MSS. — — *πλαδδείῃ*: et sic scholiastes vetus. At altera lectio metro magis convenit. Est autem *πλαδδίῃ* a verbo Laconico *πλαδδίω*, quod dictum est pro *πλάδδω*, idque pro *πλάζω* vel *πελάζω* (Lacones enim *τὸ ζ* vertebant in duplex *δδ*) *appropinquo, accedo, congredior*: ut Lacon hic dicat: *ne accedas prope*. Forte enim rectius scribetur *μὴ δ' αὖ πλαδδίῃς*, in persona secunda, vel, si tertia persona retineatur, censendum est, Laconem haec secum tacitum et submissa voce dicere: *vereor* (scil.) *ne ad me accedat, nervumque meum inflatum contrectet*. Supra v. 171. ab eodem themate legitur *πλαδδικῶ*, sed ubi vel scribendum est *πλαδδίῃ*, ut hic, vel *πλαδδίειν* in infinitivo, ut Suidas v. *ῥυχάχεστον* locum illum citans legit. Pro *πλαδδιεῖν* enim, ut hodie apud eum legitur, mutato tantum accentu scribere praestat *πλαδδίειν*: nisi forte quis contendere velit, descendere hoc a themate *πλαδδιέω*. *Kust.* Vide supra ad v. 171. *Bergl.*

Male vulgo *πλαδδίῃ* excusum cum *ι* subscripto. Imperativus est formae Doricae *πλαδδίῃ*, ut *πάδη, ἐρώτη, ἔμβη, ὄρη*. Vide Koenium ad Corinthum p. 79. et 105. [230.]. *Brunck.*

991. *σκυτάλα Λακωνικά*. Notum quid hoc sit alias. Hic autem alluditur ad *σκύτινον αἰδοῖον*, quod descri-

bit comicus in Nub. 538. ubi negat illam comoediam habere tale quid: *οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθεύμενον ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ.* Dicitur autem alias *φαλῆς*, ut dixi paulo ante ad v. 979. *Bergl.* MS. *σκυταλα* et mox *σκυτάλη*. *Bentl.*

992. Lege *KI.* —995. MS. *ΠΡ.* — 996. lege *KI.* *Bentl.*

995. *ὀρσὰ Λακεδαίμων πᾶα.* Idiotismus Laconicus mere Doricus pro *ὀρθὰ Λακεδαίμων πᾶσα.* Quum vero ait *Πελλάνας δὲ δεῖ*, fortassis quia tunicae Pelleneae laudabiles (ex Pindaro, Strabone et Hesychio) quaeque festis Iunoniis ferebantur. Nam postea ait *εἰ σωφρονεῖτε, θοιμάτια λήψεσθε. Fl. Chr. ὀρσά.* Pro *ὀρθή.* Schol. Vult autem dicere omnes viros *arrigere.* *πᾶα* autem pro *πασᾶ x*) et *τοὶ* pro *οἱ. Bergl.*

996. *ἐστύκαντι* Pro *ἐστύκασι. Bergl.*

Πελλάνας. Pro *Πελλήνης.* Dicit autem scholiastes meretricem fuisse huius nominis. Alias est urbis nomen etiam. *Bergl.*

997. *ἀπὸ τοῦ δέ.* Pro *ἀπὸ τίνος.* Schol. Quaedam editt. male *ἀπό του δέ.* non enim est indefinitum, sed interrogativum. *Bergl.* Frob. *ἔπεσεν:* Scal. *ἐπέπεσεν:* MS. *ἐνέπεσεν. Bentl.*

998. *ἀπὸ Πανός;* Scholia: *κατ' ἐρώτησιν.* Est autem Pan libidinosus et *ἐρωτικός.* Vide ad v. 912. *Bergl.*

Λαμπιτώ. Lampito Lacedaemonia, Plinio teste, fertur omnium feminarum felicissima, quia fuit regis filia, regis uxor, regis mater. Quod ultimum deest felicitati Margaritae Regis nostri coniugis, quae si mater esset, et ipsa felicius et nos omnes Galli viveremus. *Fl. Chr.*

Sic vulgo legitur hic versus:

ἀπὸ Πανός; Οὐκ, ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἰῶ Λαμπιτώ.

Nonne ergo animadverterunt ultimam in *ἀρχὰ* corripi non posse, ut cum duabus seq. syllabis anapaestum faciat? Praeterea quid sibi vult dubitandi verbum

x) Vid. Valckenar. ad Theocrili Adoniaz. p. 274. C.

οἰῶ? Legendum, *Οὔκ· ἀρχὰ μὲν οἵα Λαμπιτώ. Caput quidem huic rei sola Lampito. Brunck.* οὐκ habet MS. dele tamen. *Bentl.*

Laconum lingua dicebatur οἰῶ, testibus scholiasta Aristophanis ad Lysistratam v. 997. et Suida, apud quem in Mediolanensi quidem editione sic legitur: οἰῶ ἀντὶ τοῦ οἶμαι· ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἷον λαμπιτὰ ἀντὶ τοῦ ὡς οἶμαι ἀρχὴ τῆς μάχης ἡ λαμπιτά. Postea locum correxere, etiam H. Stephanus e veteri codice in Thesauro vol. II. p. 1259. Brunckius horum, ut videtur, auctorum immemor in Aristophanis versu contra omnes libros οἵα pro οἰῶ scripsit, quum verbum dubitandi οἰῶ hic non aptum putaret. Postea vero in addendis ad v. 1256. οἰῶ multo aptius, quam οἵα, adhiberi fassus est. Sed numeri laborantes sic corrigendi videntur:

ἀπὸ Πανός; οὐκ· ἀλλ' ἄρχε μέν, οἰῶ, Λαμπιτώ.

Hermannus de emend. rat. Gr. gr. p. 46. Ni magnopere fallor, scribendum: οὐκ· ἀλλ' ἄρχεν οἷο Λαμπιτώ, et v. sequente, ἔπειτα τἄλλαι. *Elmsleius* ad Acharn. p. 239.

999. ταὶ κατὰ Σπάρταν. Sic Aug. Vulgo κατὰ τὰν Σπάρταν. Articulus hic non magis necessarius, quam supra v. 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας. *Brunck.*

1000. ὑσπλάτιδος. Sic vocat βαλβῖδα, ἀφετηρίαν et καμπτῆρα: *carceres* Latini vocant. *Fl. Chr.* Vide ad Acharn. 482. alias et ὕσπληγξ dicitur. *Bergl.* MS. ἄπερ — ὑσπλάγιδος et in schol. *Bentl.*

ὑσπλαγίδος. Hoc iam reposueram e Piersoni ad Moerin p. 376. emendatione, quae mihi tunc non minus certa videbatur, quam nunc, postquam eandem scripturam reperi in ambobus Regg. perspicue sic ὑσπλαγίδος, accentu in penultima. Vulgo ὑσπλάτιδος. Confer notam supra 702. *Brunck.*

ἀπήλαον. Pro ἀπήλαννον. *Bergl.* MS. et schol. ἀπήλων. *Bentl.* ὑσσάκων. Certum est pudendum muliebre intelligi. Hesychius sic vocat πάσσαλον κερατινόν. Puto ὕσσακον fictam vocem ab ὗς et σάκας, ut superius dixit. *Fl. Chr.* Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. v. 281. A. dubitanter proponit coniecturam νυσσάκων.

1002. Lege *Kl. πῶς. Bentl. μογίομες· ἂν γὰρ τὰν.* Pro *μογοῦμεν· ἀνὰ τὴν.* De *ἂν* scholia: *τὸ τέλειον ἀνά. Bergl.*

μογιῶμες et v. seq. *λυχνοφοριῶντες*, idiomata sunt Laconicae dialecti, a librariis et typographis male habita. Vulgo *μογίομες, λυχνοφορίοντες.* A communibus verbis *μογέω, λυχνοφορέω*, Laconica formantur *μογιάω, λυχνοφοριάω*, ut supra 198. *ἐπαινιῶ* pro *ἐπαινέω.* Vide laudatum Koenium ad Corinthum [p. 229.]. A dialecto longius adhuc recedit scriptura in A. *μογέομες, λυχνοφορέοντες. ᾷπερ* edidi ex Aug. in quo veteris scripturae remanent vestigia, ut et in primariis editt. Hae *αἴπερ* habent: ille *αἶπερ.* In antiquo exemplari *ι*, quod nunc subscribi solet, ad latus erat positum. *Brunck.*

πῶς οὖν ἔχετε; μογιῶμες. ἂν γὰρ τὰν πόλιν. Sic Brunckius ex coniectura. Vulgo *μογίομες*, quod verum esse arbitror cum Hermanno in litteris nuper ad me datis. „*Scripturam μογίομες*, inquit, *spero aliquando idonea auctoritate munitum iri. Nunc illud tantum afferam, Laconicum videri ιο pro οι: quod ut in futuris usurpatum est (vide Koen. ad Greg. Cor. p. 230. ed. Schaef.), ita verisimile est ne a praesenti quidem alienum fuisse.*“ *Erfurdt.* im Königsberger Archiv III. p. 450. Conf. Reisig. I. p. 19.

1003. *αἴπερ λυχνοφορίοντες.* Id est *ὥςπερ λυχνοφοροῦντες κεκύφασι διὰ τὸν ἄνεμον.* Hoc ait quia tenti rigore nervi curvari coguntur. *Fl. Chr.* Gry. *λυχνοφορίοντες.* Suid. *λαμπρόφοροι ὄντες* in *ἀποκεκύφαμεν* et *λαμπρόφοροι. Bentl.*

ἄπερ. Editio Farrei *αἴπερ*; eadem tamen supra v. 84., ubi haec particula Dorica occurrit, *ἀπερ.* Scribitur autem haec Dorica particula diversimode in edit. Farr. et aliis: nam aliquoties occurrit *αἶπερ, αἴπερ, ᾷπερ, ᾶπερ, αἴπερ, ἄπερ.* Rectius autem per circumflexum, quia est pro *ᾖπερ* i. e. *ὥςπερ*, ut *ἄπερ* h. l. exponit scholiastes. *Bergl.*

λυχνοφορίοντες. Sic recte MS. Voss. itemque ed. Paris. At quaedam editiones male *λυχλοφορίοντες.* Suidas legit *λαμπροφόροι* tam v. *ἀποκεκύφαμεν* quam v. *λαμπροφόροι*, sed inepte. *Kuster.*

λυχνοφορίοντες ἀποκεκύφαμες. Pro λυχνοφοροῦντες ἀποκεκύφαμεν. Solent autem illi, qui lychnos gerun in vento, se incurvare, ne exstinguantur. Sic et ist incurvi incedunt, ne, nervo ipsis rigente et promi nente, derideantur, a quibus videntur. Haec prae eunte scholiaste et Suida. *Bergl.* Reiskio scribendun videtur ἐπικεκύφαμες.

1004. οὐδὲ τῶ μύρτω. Pro οὐδὲ τοῦ μύρτου i. e. το γυναικείου μορίου, ut exponit scholiastes. *Bergl.*

θιγῆν. Pro θιγεῖν. At MS. Voss. habet σίγειν, quo est magis Laconicum. Lacones enim τὸ θ in σ muta bant, veluti dicentes Ἀσᾶναι pro Ἀθῆναι, σιὸς pr θεὸς etc. *Kust.* MS. et schol. οὔτε — σιγεῖν. *Benti* σίγειν. Pro θίγειν, ut exponit scholiastes. Scripsi au tem σίγειν ut est in his scholiis et in MS. Voss. test Kustero. *Bergl.*

τῶ μύρτω σίγειν. Sic A. In B. σιγεῖν. In Aug. ver θιγῆν, quod praeferunt etiam vett. editt. Quum ver bum θίγω barytonum sit, non credo terminationen infinitivi ειν mutasse Laconas in ην, quod illis solemn est in verbis formae contractae, ut supra 171. πλαδδιῆ *Brunck.*

1005. ἐῶντι. Pro ἐῶσι. *Bergl.* Malim ἐᾶντι. *Elms leius* ad Acharn. p. 240.

πρίν γ' ἅπαντες. Sic perspicue tres codd. Male bat Koenius [ad Gregorium p. 247.] πρίν γα πάντες *Brunck.* πρίν γ' ἅπαντες Elmsleius ad Acharn. p. 71 et ad Euripidis Medeam p. 119.

ἐξ ἑνὸς λόγω. Pro ἐξ ἑνὸς λόγου, ut est in Pluto v 760. *Bergl.*

1006. ποιησώμεσθα. Sic A. In B. prorsus omis sum est verbum. Vulgo ποιησόμεσθα. Doricam fu turi indicativi formam ποιησουμεσθα reponit Valckena rius in erudito commentario ad Theocriti Idyl. XV p. 280. ubi hunc locum emendatum proposuit, ut eum exhibuimus. Sed πρὶν cum subiunctivo con struitur, ut Conc. 629. 752. saepius quidem cum par ticula ἄν: ita ut, si quid mutandum esset, mallem:

ἐῶντι, πρίν γ' ἂν πάντες ἐξ ἑνὸς λόγω

σπονδὰς ποιησώμεσθα ποττὰν Ἑλλάδα.
Brunck. ποττάν. Pro πρὸς τάν, ταὰν pro τήν. *Bergl.*

1007. Lege *ΚΛ. Bentl.* Huic versui praefixa pers. in impressis Ἀθηναῖος. Recte in A. Πρόβουλος. *Brunck.*

τουτὶ τὶ τὸ πρᾶγμα. Legendum puto τουτὶ τὸ πρᾶγμα: nam τὸ τὶ imprudenti exscriptori fluxit ex syllaba praecedente. In illo autem versu αὐτοκράτορας existimo legendum προπέμπειν, non simpliciter πέμπειν; et in versu ποτάομαι vel πάντα est pro πάντη, vel legendum κράτιστα πάντα γὰρ λέγεις. *Fl. Chr.*

1009. ἀλλ' ὡς τάχιστα φράσον περὶ τῶν διαλλαγῶν. Sic optime A. In B. reclamante metro, φράζε περὶ τῶν — Vulgo φράζε περὶ διαλλαγῶν. Supra 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν. *Brunck.* Vulgatam scripturam recte revocarunt Elmsleius ad Acharn. p. 75. Reisig. I. p. 209.

1010. αὐτοκράτορας πρέσβεις. In Avibus 1549. etiam legati dicuntur αὐτοκράτορες. *Bergl.* πέμπειν ἐνθαδί. Metri gratia legendum est ἀποπέμπειν ἐνθαδί, ut recte habent MSS. *Kust.* πρέσβεις ἀποπέμπειν. Perperam in A. et cum ruina metri πρέσβεις πέμπειν. Confer notam ad v. 408. *Brunck.*

1013. ποτάομαι γ). Pro ποτάομαι. Comm. ποτήσομαι, pro quo et ποτήσομαι. *Bergl.* πάντα. Pro πάντη sive πάντῃ. Nam accusativus πάντα hic in metro stare non potest. *Bergl.* Lege πανταῖ: vid. 180. — ibid. MS. et schol. ποτάομαι. *Bentl.*

1014. Ab hoc v. usque ad 1035. si duos primos mulierum chori excipias, sunt versus omnes asynarteti e dimetro trochaico, et dimetro paeonico, constante ex paeone primo et cretico, seu dimetro iambico brachycatal. cuius primus pes semper est dactylus. Versus 1016. 1017. 1035. et sequentes tetrametri sunt trochaici. Hoc praestruendum, ut depravati versus ad metri normam exigi queant. *Brunck.* Citat hunc locum Suidas v. οὐδέν ἐστι. *Kuster.*

γ) F. ποτιδέχομαι, accepto, laudo, συναινῶ consilium. *Reisk.*

1016. *z*) Hic et sequens versus in impressis metro soluti sunt. In priore *σὺ* ante *ξυνίεις* inserendum [Vidit hoc etiam Bentleius.] Carere quidem sententia potest pronomine, sed illud abesse metri non patitur ratio, cuius ignorantia librarium in fraudem egit. Alter vulgo sic legitur:

ἐξὸν, ὦ πόνηρε σὺ, βεβαίαν νῦν μ' ἔχειν φίλην.

quae vocum collocatio metrum prorsus perimit. In A. *σοι βεβαίαν μ' ἔχειν φίλην.* Sic etiam B. nisi quod *σὺ* pro *σοι* habet. In Aug. et in Iuntina *σὺ βεβαίαν μ' ἔχων.* Vides voculam *νῦν*, quae in recentioribus editt. est, a nullo veterum librorum agnosci. Bene sit tamen illi, qui eam inseruit. *σοι* codice A. firmatum, repositum iam fuerat in minoribus editt. Batavis, forte Florentis suasu, qui sic legendum esse viderat. Inde facile versus in integrum restituitur, repositis in suam sedem singulis vocibus:

ἐξὸν, ὦ πόνηρε, σοι μ' ἔχειν βεβαίαν νῦν φίλην.

Brunck. Scribendum:

ταῦτα μέντοι σὺ ξυνιεῖσ', εἶτα πολεμεῖς ἐμοί a),
ἐξὸν ὦ πονηρέ σοι βέβαιά γ' ἐμ' ἔχειν φίλην;

Hermannus Elem. doctr. metr. p. 606. *ξυνιεῖς.* Accentu mutato scribe *ξυνιείς. Schaefer.* Melet. crit. p. 86. Conf. Porson. apud Maltby ad Morelli Lexicon prosod. p. 292. Kidd. ad Dawes. p. 503.

1067. *b*) *σοὶ φίλην βεβαίαν νῦν μ' ἔχειν. Bentl.* Reisigius I. p. 507. corrigit:

ἐξὸν ὦ πόνηρ' ἐρᾶν βεβαῖον ἐμ' ἔχων φίλην;

1018. *οὐδεπώποτε. Reisk.*

1019. *νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι.* Sic Regii. Vulgo *νυνὶ δ' οὔ σε,* quod aeque bonum est. In Aug. metro ruente *νῦν δ' οὔ σε,* ut in primariis editionibus, unde

---

z) Delendum punctum [post ξ. in Kust. ed.] *ξυνιεὶς* est nominat. participii. *Reisk.*

a) *εἰπὲ* eiecerunt etiam Porsonus apud Maltby ad Morell. p. 292. Reisig. I. p. 506.

b) *ὦ πονηρὲ σύ.* Malim *σοι:* sed *ἔχειν* legendum esset, ut et legitur in Veneta editione. Paulo post lego *νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι* et mox pro *τότ' ἀπέδυν* legerem *τόδ'. Fl. Chr.*

liquet alterum vulgatum ab emendatore esse. *Brunck.* *νυνὶ δ' οὔ σε* Kusterus, Bentleius.

1020. *ὡς καταγέλαστος εἶ.* Sic bene tres codd. Mala manus pronomen inseruit, quod vulgo habetur, *ὡς σὺ κατ* — *Brunck.*

1023. *ἀπέδυν.* Exuerant viri vestem. Supra v. 665. dicit chorus: *ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐκδυώμεθα.* *Bergl.*

καὶ τότ' ἀπέδυν. Sic bene Aug. et primariae editt. In aliis *καὶ τόδ'* — Adverbium *τότε* tempus praeteritum notat, tam quod diu, quam quod proxime effluxit: redditur per *olim*, *prius*, *modo*. Vide Thesm. 13. Sophoclem El. 278. 676. et Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 313. et 420. *Brunck.*

1025. *κἂν μή με.* Lege *κἄν με μὴ λυπῇς:* vel potius *κἄν με μὴ 'λύπεις*, pro *μὴ ἐλύπεις*, nisi molestus fuisses mihi. *Fl. Chr.* *κἄν με μὴ 'λύπεις* (id est *ἐλύπεις*), *ἐγὼ σοῦ γ' ἂν τοδὶ τὸ θηρίον* —. *Reisk.* MS. *μή με.* Lege *με μὴ* ut Gry. MS. *κἀν.* *Bentl.*

κἄν με μὴ 'λύπεις. Sic ad sensum et metri legem scribendum, uti iam Florenti visum est. In B. scriptum *λυπεῖς.* Vulgo *κἂν μή με λυπῇς* — Tum *σοῦ κἂν τόδε* praeferunt ambo Regii. Vulgo *σοῦ γ' ἂν τόδε.* *Brunck.*

τὸ θηρίον. Culex est, ut in seqq. patet. *Bergl.*

1027. *τοῦτ' ἄρ' ἦν τοὐπιτρίβον.* Lego *τοῦτ' ἄρ' ἦν μοι τοὐπιτρίβον* etc. propter metrum; sed et adderem *μ' ὁ*, ut sit *τὸ ἐπιτρίβον με.* Est autem *ἐκσκάλευσον ἐξένεγκον.* Mox pro *δύσκολός γ' ἔφυς ἀνὴρ* lego *δύσκολος ἔφυς ἀνήρ.* Sic certe postulat mensura pedum. *Fl. Chr.*

ὁ δακτύλιος. Est quidem *δακτύλιος annulus*; sed hic alludit tantum ad verbum *δάκνειν*, quia culex *δάκνει τὸν ὀφθαλμόν*, ut ipse statim post dicit. Talia multa sunt apud comicum nostrum. Scholiastes non placet, qui dicit: *δίδωσιν αὐτῇ δακτύλιον, ἵνα ἐξενέγκῃ τὴν ἐμπίδα τοῦ ὀφθαλμοῦ.* *Bergl.*

δακτύλιος. Vulgo *ὁ δακτύλιος.* Articulum, qui versui officit, non agnoscunt Regii. Male coniectura hic cessit Florenti. Vett. editt. Italicae et prior Basilcen-

sis, quas consulere poterat, habent *τοῦτ' ἄρ' ἦν με τοὐπιτρίβον*. In Frobenii officina typothetae incuria *με* omissum fuit, quae menda in aliquot alias editiones transiit. Culicem *δακτύλιον* appellat, derivato nomine a *δακεῖν*, quare reddidi *mordaculus ille*. *Brunck*. MS. et Gry. *ἦν με*. MS. delet *ὁ*. lege *δάκτυλος*. *Bentl*.

Licet cogitetur de verbo *δάκνειν*, quod recte animadvertit Berglerus, tamen nihil prorsus caussae et rationis est, cur Aristophanes hanc bestiam nomine *δακτύλιος* appellaverit, si nulla plane fuit annuli significatio. Deinde inconcinne hic adiecta est enunciatio sine ullo vinculo, *ἐκσκάλευσον αὐτό*. Sed interpunctionem corrigo hoc modo:

τοῦτ' ἄρ' ἦν με τοὐπιτρῖβον· δακτύλιος οὗτοσί,
ἐκσκάλευσον αὐτό· κἄτα δεῖξον ἀφελοῦσά μοι·.

Alloquitur mulierem illam tanquam *δακτύλιον φαρμακίτην*, quales mos erat veteribus emere contra bestiarum morsus: eamque rogat, ut sibi eruat fodicantem culicem. De tali annulo ipse dixit Pluto v. 884. 885.: ibidem grammatici, Albertusque ad Hesychium Vol. I. p. 879. *Reisig*. I. p. 181.

1028. *ἐκσκάλευσον*. Sic optime ambo Regii [et MS. Voss. ap. Bentl.] Vulgo *ἐκσκάλευσον*. Perperam in A. mutato versus genere, *δεῖξον ἐξελοῦσά μοι*. *Brunck*.

1030. *δύσκολος ἔφυς*. Male vulgo inter illas voces inserta particula *γε*, quae metro magis adhuc quam sententiae inutilis est. *Brunck*.

1031. *μέγα χρῆμα τῆς ἐμπίδος*. Herodotus in Clione: *ὦ βασιλεῦ, υἱὸς χρῆμα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ*. *Bergl*.

1032. Meminerunt huius loci Stephanus Byzantius v. *Τρικόρυνθον* et Suidas v. *ἐμπὶς*, ubi nos vide. *Kuster*.

Τρικορυσία. Populus est Aeantidis tribus Tricorynthon, teste Stephano, qui hunc comici nostri diserte locum laudat. Est autem *ἀλσώδης* et *κάθυγρος τόπος*, ubi multae sunt *ἐμπίδες*. Didymus in feminino genere effert, Dionysius masculino, Euphorion neutro. Strabo libr. IX. *Τρικόρυθον* vocat. *Fl. Chr*. Pa-

gus Atticae Tricorythus, sive Tricorynthus, ubi apparet magnos fuisse culices. *Bergl.*

1033. *ἐφρεωρύχει.* Hic pro *fodere* simpliciter usurpatur: quod videntur facere bestiolae illae, quae vacivas aures ingrediuntur, quas auriscalpas vocare possumus. Nos idiomate Gallico dicimus *persoreilles.* Fit tamen gens Athenis *τῶν φρεωρύχων*, ut notant grammatici. *Fl. Chr.*

1034. Hic deficit MS. Vossianus. *Bentl.*

1035. *καίτοι γε πάνυ.* Dele illud *γε*, ut noxium mensurae pedum. Quod autem ait *ὥρας ἴκοισθ'*, puto esse *ταχέως*, ut in Vespis *ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ.* Mox quum ait *τοὔμπαλιν*, est *ἀνάπαλιν* et *τὸ ἐναντίον. Fl. Chr.*

γε delet etiam Porsonus apud Maltby ad Morelli Lexicon prosod. p. 292. Elmsleio ad Acharn. p. 166. placet *καίτοι πάνυ γε.* Vulgatam scripturam defendit Reisig. I. p. 296.

1036. Lege *φιλήσω σ'* vel *φιλῆσον* vel *φιλήσῃς* et sic Gry. *Bentl. μὴ φιλήσῃς.* Sic bene Aug. et B. Perperam A. *οὐ φιλήσεις.* Vulgo *μὴ φίλησον.* Negat *οὐ:* vetat *μή.* Hoc cum verbis temporis praesentis in imperativo, cum verbis aoristis in subiunctivo construitur. Vide Thomam in *μή.* Ideo si duo verba ex hac particula pendeant diversorum temporum, in diversis etiam modis ponuntur, ut supra 733.

μὴ διαπετάννυ, μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῆ.

Soloecum fuisset *ἄπελθε.* Scribere potuit etiam poeta:

καὶ φιλήσω. — Οὐ μὴ φιλήσεις.

οὐ μή cum futuro indicativi vetantis est: et *ω ου* in unam syllabam coalescunt. Vide supra ad v. 273. Thesm. 269.

βάδιζε τοίνυν. — Μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐκ, ἢν γε μή — Brunck. Conf. Porson. ad Euripidem p. 90. et editores Gregorii Cor. p. 16. 17.

1037. *ὥραισιν ἴκοισθ' c).* MS. Vatic. *ὥρας ἴκοισθ'.* De hac autem phrasi Attica, quae etiam apud Lucia-

---

c) *μὴ 's ὥρας ἴκοισθ'* Bentleius, Burges ad Euripidis Troad. p. 161.

num aliquoties occurrit, vide omnino Casaub. ad Athenaeum. *Kust.* Vide supra ad v. 595. *Bergl.*

1038. Citat Suidas v. τοῦπος et versum sequentem v. οὔτε συν παρωλέθρ. *Kust.*

κἄστ' ἐκεῖνο τοῦπος. Scholia: ἐν παροιμίᾳ τοῦτο λέγουσι· κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ᾧ δημόται οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. In his scholiis addidi οἰκεῖν, ut est apud Stobaeum Serm. LXVII. Sunt autem versus Susarionis, ut margo ibi indicat: alias pro οἰκεῖν legitur εὑρεῖν, ut apud Suidam in οὔτε οὖν. Ubi vide notam Kusteri. Ceterum in hanc sententiam de mulieribus Hesiodus: ἐὺν κακὸν ἀμφαγαπῶντες, quod etiam citat scholiastes. *Bergl.*

1039. οὔτε σὺν παρωλέθροισιν. Metricae rationis imperitus erat editor e recentioribus nescio quis, a quo invectum ξύν. Vett. editt. ut codd. habent σύν — In Iuntina συμπαρωλέθροισιν. — οὔτ' ἄνευ. Sic bene Regii: vulgo οὐδ' — Exstant in eam sententiam Susarionis veteris comici versus, in scholiis olim laudati, sed quorum particula tantum in iis hodie legitur. Eos adponam ex Bentleii dissertatione Phalaridea de origine comoediae:

> Ἀκούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει ταδί,
> υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος,
> κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ᾧ δημόται,
> οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
> καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

Brunck.

1040. καὶ τοιοῦτον οὐκέτι. Sic praeter codd. veteres editiones omnes. In nescio qua recentiori, forte Genevensi, vocula καὶ typothetae errore omissa fuit, quae menda deinceps in reliquas omnes transiit, non animadversa ab editoribus versus labe. In utroque Reg. praefixa est huic versui persona χορὸς γυναικῶν. *Brunck.*

1041. In edd. ante Brunckium scribitur οὐδ' ὑφ' ὑμῶν, quod revocandum. V. Reisig. I. p. 213.

1043. Nemini ignotum est, qui de antistrophicis tragicorum et comicorum carminibus Hermanni aliorumque disputationes legerit, haud raro strophen et

antistrophum intervallo satis longo separari. Exemplum praebebit Sophoclis Philoctetes, ubi senarii CIV. quorum primus est 403. inter duo *μέλη* sibi invicem respondentia interpositi sunt. Alterum exemplum ex Euripidis Hippolyto indicarunt viri docti. Numerus versuum interpositorum longe maior est quam in Philoctete, scilicet ad CCC. (vv. 337. — 668.) in quibus occurrit integrum chori carmen e duabus strophis totidemque antistrophis conflatum. Tertium exemplum ex Aristophanis Lysistrata ipse primus *d*), ni fallor, hodie literarum Graecarum studiosis indico. Inter strophen et antistrophum interpositi leguntur senarii CXI. anapaestici tetrametri VI. Quod autem magis observatione dignum videtur, utraque integri carminis pars, vel, si mavis, utrumque carmen, in strophen et antistrophum divisum est. Idem igitur versuum ordo non bis, ut plerumque fit, sed quater occurrit. Quo facilius quid velim intelligat lector, quatuor ordines sive systemata ex ed. Brunckiana descripta apponam. Brunckius quidem edd. superiorum scripturam aliquoties mutavit, sed cum nulla carminis antistrophici suspicio ei oborta esset, receptam scripturam metri caussa non solicitavit. Ipse pauca mutavi, de quibus singillatim dicam, postquam ipsa Aristophanis verba descripsero. Versus omnes sunt trochaici, praeter 4. 5. 6. 7. 8. qui paeonici sunt. Versus 6. primam syllabam superfluam habet.

I. v. 1043.

1. *Οὐ παρασκευαζόμεσθα*
2. *τῶν πολιτῶν οὐδέν', ὦνδρες,*
3. *φλαῦρον εἰπεῖν οὐδεέν,*
4. *ἀλλὰ πολὺ τοὔμπαλιν,*
5. *πάντ' ἀγαθὰ καὶ λέγειν*
6. *καὶ δρᾶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κακὰ*
7. *καὶ τὰ παρακείμενα.*

d) Fallit Elmsleium, quod primus sibi videtur indicasse bina illa carmina antistrophica Lysistratae. Rem satis apertam iam superiore saeculo viginti abhinc annis indicavit obiter God. Hermannus, libro de metris, p. 369. p. 359. et p. 115. *Reisig.* I. p. 41. 1043. στρ. 1059. *ἀντίστρ. Bentl.*

8. ἀλλ' ἐπαγγελλέτω πᾶς ἀνὴρ καὶ γυνή,
9. εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖ-
10. ται λαβεῖν, μνᾶς ἢ δύ' ἢ τρεῖς,
11. †ὡς πολλ' ἔσω ἐστὶν,
12. κἄχομεν βαλάντια.
13. κἂν ποτ' εἰρήνη φανῇ,
14. ὅστις ἂν νυνὶ θανείση-
15. ται παρ' ἡμῶν,
16. ἂν λάβῃ μηκέτ' ἀποδῷ.

II. v. 1058.

1. Ἑστιᾶν δὲ μέλλομεν ξέ-
2. νους τινὰς Καρυστίους, ἄν-
3. δρας καλοὺς τε κἀγαθούς.
4. κἄστιν ἔτνος τι, καὶ
5. δελφάκιον ἦν τί μοι,
6. καὶ τοῦτο τέθυχ', ὥστε τἀ κρέ'
7. ἔσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά.
8. ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ τήμερον. προὐ δὲ χρὴ
9. τοῦτο ὁρᾶν λελουμένους, αὐ-
10. τούς τε καὶ τὰ παιδί', εἶτ' εἰ-
11. σω βαδίζειν,
12. μηδ' ἐρέσθαι μηδένα,
13. ἀλλὰ χωρεῖν ἄντικρυς,
14. ὥσπερ οἰκαδ' εἰς ἑαυτῶν,
15. γεννικῶς, ὡς
16. ἡ θύρα κεκλείσεται.

III. v. 1189.

1. Στρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ
2. χλανιδίων καὶ ξυστίδων καὶ
3. χρυσίων, ὅσ' ἐστί μοι,
4. οὐ φθόνος ἔνεστί μοι
5. πᾶσι παρέχειν φέρειν
6. τοῖς παισὶν, ὁπόταν τε θυγά-
7. τηρ τινὶ κανηφορῇ.
8. πᾶσιν ὑμῖν λέγω λαμβάνειν τῶν ἐμῶν
9. χρημάτων νῦν ἔνδοθεν, καὶ
10. μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάν-
11. θαι τὸ μὴ οὐχὶ
12. τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι,
13. χἄττ' ἂν ἔνδον ᾖ φορεῖν.

14. ὄψεται δ' οὐδὲν σκοπῶν, εἰ
15. μή τις ὑμῶν
16. ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει.

IV. v. 1205.

1. εἰ δέ τῳ μὴ σῖτος ὑμῶν
2. ἐστι, βόσκει δ' οἰκέιας καὶ
3. σμικρὰ πολλὰ παιδία,
4. ἔστι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν
5. πυρίδια λεπτὰ μέν,
6. ὁ δ' ἄρτος ἀπὸ χοίνικος ἰ-
7. δεῖν μάλα νεανίας.
8. ὅστις οὖν βούλεται τῶν πενήτων ἴτω
9. εἰς ἐμοῦ σάκους ἔχων καὶ
10. κωρύκους, ὡς λήψεται πυ-
11. ρούς. ὁ Μανῆς δ'
12. οὑμὸς αὐτοῖς ἐμβαλεῖ.
13. πρὸς γε μέντοι τὴν θύραν
14. προαγορεύω μὴ βαδίζειν
15. τὴν ἐμήν, ἀλλ'
16. εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα.

I. 3. *Οὐδεέν.* Sic Augustanus apud Brunckium. *Οὐδὲ ἕν* divisim uterque Regius apud eundem. *Οὐδὲν* edd. ante Brunckium, et cod. Vossianus, cuius apographum in bibliotheca Collegii SS. Trinitatis servatur. Hunc locum silentio praetermiserunt Porsonus Praefat. ad Hec. p. XXXVII. et Censor Edinburgensis XIX. p. 76.

I. 11. *ὡς πόλλ' ἔσω 'στίν.* Corrupta scriptura, quam emendare nequeo. Metro satisfieret, si reiiceretur prima syllaba ὡς. Sed neque *ἔσω* pro *εἴσω* usurpant comici, neque *εἴσω*, si bene memini, pro *ἔνδον*.

II. 4. 5. Priori versiculo deest syllaba. Vide an legendum, *κἄστιν ἔτνος, ἔστι καὶ Δελφάκιον ἔν τί μοι.*

II. 6. *Καὶ τοῦτο τέθυχ'.* Haec scriptura in analogiam linguae Graecae peccare videtur, quae postulat ut *τέθυκα* mediam producat, haud secus ac *δέδυκα, ἕλυκα, πέφυκα.* Nullum novi verbum, quod vocalem in futuro et aoristo productam in *παρακειμένῳ* activo corripiat. Cod. Vossianus *τεθύκει* habet, *τεθυκεῖ* edd. veteres. Legendum suspicor *τέθυθ'*. *Τέθυμαι* secun-

dam corripit. Sic *βέβηκα*, *βέβᾶμαι* (unde *παραβεβάσθαι*); *κέκρικα*, *κέκρῑμαι*; *δέδωκα*, *δέδομαι*; *πέπωκα*, *πέπομαι*; *λέλυκα*, *λέλῡμαι*. Legendum *λέλυσαι* pro *λέλυσο* apud Aristoph. Thesm. 1208.

Ibid. *Ὥρτε τὰ κρέα.* Sic Ravennas et Vossianus, necnon edd. omnes ante Brunckium, qui e Regiis *ὡς τὰ κρέα* dedit.

II. 7. *Ἔσθ' ἁπαλά.* Ita de meo dedi. [Idem coniecit Bentl.] Vulgo, *Ἔξεσθ' ἁπαλά.*

II. 10. 11. *Εἴσω.* Sic Regii. *Ἔσω* Rav. Voss. edd.

II. 15. 16. *ὡς ἡ θύρα κεκλείσεται e).* Vulgo, *ἴσως δ' ἡ θ. κ.*

III. 3. *Ὅσ' ἐστί μοι.* Vulgo, *ὅσ' ἐστὶν ἐμοί.*

III. 5. *Πᾶσι.* Vulgo, *πᾶσιν.*

III. 13. *Χἄττ' ἂν ἔνδον ᾖ.* Ita rescribo pro vulgata scriptura, *Χ' ἅτ' ἔνδον ᾖ.*

IV. 12. *Οὑμὸς αὐτοῖς ἐμβαλεῖ.* Vulgo, *Αὐτοῖς οὑμὸς ἐμβαλεῖ.* *P. Elmsleius* in Museo crit. Cantabrig. II. p. 177. — 180.

1043. et sqq. *σύστημα ἀ.*
1058. et sqq. — — *β'.*
1189. et sqq. — — *γ'.*
1205. et sqq. — — *δ'.*

Inter haec esse vidit Hermann. de Metr. p. 369. et p. 113. = 204, 5. duo carmina antistrophica: at quatuor systemata Elmsleius et sic Bentl. qui ter Elmsleio praeripuit emendationes in v. 1062. 1192. et 1212. Sed omnes eruditos elusit levis corruptela in v. 1051. et sqq. sic eluenda. *εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖ — ται, λαβεῖν μνᾶς δύ' ἢ τρεῖς, Ὡς πλέα ἐστίν, Ἄχομεν, βαλάντια. Κἄν ποτ εἰρήνη φανῇ, Ὅστις ἂν μνᾶν μοι δανείσῃ — ται, παρ' ἡμῶι Ἂν λάβῃ, μήκετ'* [sic] *ἀποδῶ.* Hic vulgantur *ὡς πόλλ' ἔσω ἐστιν, κἄχομεν — νυνὶ δανείσηται.* Reisigius in Coniect. p. 317. emendare vult *τρεῖς, πολλὰ σᾶ ἐστί*: quod facetum est: quasi Lysistrata dare potuisset aliquid e rebus non salvis. Ipse reposui *πλέα* vocem saepe corruptam. In Thesm. 702. vulgo *ὡς ἅπαντ ἐστὶν τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας*: at MS. et Iunt. *ἅπαν*

e) In idem incidit Reisigius I. p. 41.

γάρ ἐστιν: unde Bergler. et Bentl. ἄπαντ' ἄρ' ἐστι: sed ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας, exhibet Suid. in ἅπαντα, unde erui potest ὡς ἅπαντ' ἔργ' ἐστὶ τόλμης καὶ πλέα ἀναισχυντίας. Quocum opportune contulit Toupius II. p. 443. e Sophocle ἀναιδείας πλέαν: et plura similia Blomfieldus ad Prom. 721. quibus adde ibid. 989. φρονήματος πλέως et Herodot. VII. 47. δείματος — ὑποπλέως, et Ran. 1372. ἀτοπίας πλέως. Quo respexit Phrynich. Arab. p. 21. ἀτοπίας πλέως ἄνθρωπος. χρῶ. At Suid. ἀτοπίας πλέον πρᾶγμα. Mox ἄχομεν est pro ἃ ἔχομεν sicut ἂν pro ἃ ἄν. Deinde vice νυνὶ, quod friget admodum, reposui μνᾶν μοι. Denique in antitheticis lege ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν. Γαμικὸς, ὡς ἔοικ' — ει, θύρα κεκλείσεται οὔ. Inepte vulgo γεννικῶς ἴσως ὁ ἡ θύρα κεκλείσεται. Meam coniecturam illustrat mos satis notus veterum, qui fores claudere inter nuptias solebant. Cf. Theocrit. idyll. XV. 77. ἐνδοῖ πᾶσαι· ὁ τὰν νύων εἶπ' ἀποκλάξας, et Catull. VI. 231. *claudite ostia, virgines.* παρὰ προσδοκίαν igitur Lysistrata dicit θύρα γαμικὸς οὐ κεκλείσεται, ὡς ἔδει. Ubi οὐ a me restituitur, qua voce saepe versus clauditur: vid. Tro. 1226. Herc. F. 1225. Med. 1250. Antig. 255. Phil. 545. El. 905. Postremo δὴ et δεῖ permutantur in Phoen. 1704. *G. Burges* in classical Iournal XXX. p. 289.

1044. Versus est dimeter iambicus. In Regiis scriptum οὐδὲ ἔν. In Aug. οὐδεέν. Perperam vulgo οὐδέν. *Brunck.* Lege οὐδὲ ἓν *f*). *Bentl.*

1047. ἱκανὰ γὰρ τὰ κακά. Cladem Siculam et aliam ad Eretriam acceptam, in qua Athenienses duce Timochare a Lacedaemoniis duce Hegesandrida victi sunt navali pugna, procul dubio innuit, quae evenit aestate anni XXI. belli Peloponnesiaci, de qua Thucydides libr. VIII. et si bene memini, Xenophon Hellenic. initio. *Palmer.*

1048. καὶ delendum. *Reisk.* Hermanno de metris p. 369. scribendum videtur:

καὶ ταῦτα παρακείμενα.

---

f) Ita MS. apud Br. et Vossiani apographus teste Elmsleio, ideoque fallitur Bentl. ad v. 1034. *Editor* notarum Bentleii.

1049. *ἀλλ' ἐπαγγελλέτω.* Id est *αἰτείτω, ἐπιτασσέτω, κελευέτω. Fl. Chr.*

1052. Haec Reisigius I. p. 317. sic corrigit:

εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖ-
ται λαβεῖν μνᾶς
ἢ δύ' ἢ τρεῖς g), πολλὰ σᾶ 'στι κἄχομεν βαλάντια.

Sciendum est autem, huius ipsius scripturae vestigium praecipuum quoddam in antiquioribus exemplaribus exstare. Bernardus enim Iunta bono omine prodidit *πόλλ' ἐσῶστιν*, quod recepit Gelenius in Frobenianum exemplar. In caetera, Venetum Zanetti, Wechelianum, Brubachianum, typothetae immigravit ex Cratandrio delictum, — *ἐστῶσιν*. Primus, quod sciam, Portus — *ἔσω 'στὶν* ex sententia Florentis Christiani intulit. *Reisig.* I. p. 318.

1053. *ὡς πόλλ' ἔσω 'στίν.* Male, ut puto in Veneta editione legitur *ἐστῶσιν*. Rectum enim *ἔσω 'στὶν, intus sunt.* Paulo post pro *τεθυκί' ὥστε* malim *τέθυχ', ut* in eadem Veneta editione, pro *τέθυκα*. Sed et *προῒξ*, quod sequitur, unica syllaba metiendum puto, et pro *μηδ' ἔοχεσθαι* legendum *μηδ' ἔρεσθαι*, ut habent Veneta exemplaria. *γεννικῶς* autem est *ἰσχυρῶς* et *γενναίως. Fl. Chr.*

Huius versiculi corrupti sunt numeri. Scriptum oportuit:

τρεῖς, ὡς ἔσω πόλλ' ἐστίν.

Dimeter est iambicus: ut autem transpositae sunt duae voces, nihil plane est. Paeonici sunt huius cantici plerique versiculi: haud abs re fuerit advertere, ubi comicus pro licentia in melicis concessa a prosodiae legibus recesserit. Prima in *ἔτνος* producitur v. 1060. itidem in *κεκλείσεται*, v. 1071. Versiculos istos sic dimetiare:

κἀστιν ετ- | νος τι και.
ισως δ' ἡ | θύρα κεκ | λεισεται.

Prior creticus est: alter bacchius. *Brunck.* in Supplem.

1056. Huius et seq. versus tum scripturam, tum divisionem exhibeo, quam praefert uterque Regius,

---

g) *ὡς* eiiciendum esse vidit Hermannus de metris p. 369.

nisi quod in altero ἂν ᾽ν [etiam a Bentleio repositum] excudi curavi, ut in iis scribi debuit, et alibi in vulgatis libris bene excusum occurrit, ut Thesm. 544. Frequens, quod aliis observatum fuit, librariorum hic error: vide Marklandum ad Eurip. Suppl. 364. Prior versus trochaicus est, alter iambicus. Vulgo in tres lineas, versus enim appellare pudet, ad istum modum digesti sunt:

ὅστις ἂν δανείσηται
παρ᾽ ἡμῶν ἂν νυνὶ λάβῃ
μηκέτ᾽ ἀποδιδῶ.

Brunck.

1058. Lege μηκέθ᾽ ἡμῖν ἀποδιδῶ. *Bentl.*

1059. Καρυστίους. Scholia: Κάρυστος πόλις Εὐβοίας. διαβάλλονται δὲ ὡς μοιχοὶ οἱ Καρύστιοι. Hinc mulieres vellent eos convivio excipere, utpote μοιχότροποι, ut legitur in Thesmophor. 399. *Bergl.*

1061. Lege κἄστι μὲν ἔτνος. *Bentl.* Videtur Aristophanes

κἄστιν ἔτ᾽ ἔτνος τι, —

dixisse. *Reisig.* I. p. 114.

1063. Mendam typographicam [τέσυχ᾽] corrige τέθυχ᾽ — ὡς τὰ κρέα. Sic Regii: vulgo ὥστε τὰ — *Brunck.* Frob. τεθύκι᾽: lege τέθυχ᾽ ὥστε τὰ κρέ᾽ vel τέθυθ᾽ i. e. τέθυται. *Bentl.* Inconsulte Petr. Elmsleius in Museo Crit. Cantabr. Vol. II. p. 180. τέθυχ᾽, quod primum Veneto exemplari Zanetti pro mendoso τεθυκί᾽ repositum est,

καὶ τοῦτο τέθυχ᾽, ὥστε κρέ᾽ ἔδεσθ᾽ ἁπαλὰ καὶ καλά. ,

mutari voluit in τέθυθ᾽, elisa diphthongo αι perfecti passivi τέθυται. Putabat enim in τέθυκα paenultimam produci. Sed corripi eam in verbis τέθυκα et λέλυκα docuit Draco Stratonicensis p. 46. l. 26. p. 87. l. 25. *Reisig.* in Syntagm. crit. p. 32.

1065. ἥκετ᾽ οὖν εἰς ἐμοῦ. Sic infra v. 1215. ἴτω εἰς ἐμοῦ. Vide in Nubibus ad v. 992. *Bergl.*

1066. Lege πρῷ. *Bentl.*

1067. λελουμένους. Sic in Avibus v. 131., ubi similis invitationis formula, ὅπως παρέσῃ μοι καὶ σὺ καὶ

τὰ παιδία λουσάμενα πρῴ. μέλλω γὰρ ἑστιᾶν γάμους· καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς. *Bergl.*

1069. Lege ἔσω χρὴ βαδίζειν. *Bentl.* Versus est trimeter iambicus, qui sic, ut eum exhibui, bene digestus est in utroque Regio, ubi tamen minus bene εἴσω et μηδένα. Vulgo autem sic distincti sunt versus:

αὐτούς τε καὶ τὰ παιδί'· εἶτα εἴσω βαδίζειν·
μηδ' ἔρεσθαι μηδ' ἕνα.

Brunck.

1070. Frob. ἔργεσθαι. Ven. et Gry. ἔρεσθαι: lege ἔχεσθαι μηδένα. *Bentl.*

1072. Unus versus est in Regiis trochaicus trimeter catalect. Male vulgo in duos distinctus. *Brunck.* Brunckius v. 1072. et 1073. in unum coniunxit.

1074. ἴσως δ' ἡ θύρα κεκλείσεται. An ἴσως est *fortassis* et τάχα (ut de senibus omnia ambigentibus scribit Aristoteles in Rhetoricis), an *pariter* et ἰσοτρόπως, ut sit sensus: tam vobis erit aperta hic ianua quam vestra domestica. *Fl. Chr.* Praeter exspectationem; iam enim omnes putabant, se laute coenaturos: sed ecce ianua erit clausa. Sic inferius quum omnes Lysistrata ad se vocasset, ut auferrent quaecunque vellent, ad extremum dicit: ὕψεται δ' οὐδὲν σκοπῶν, εἰ μή τις ὑμῶν ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει. et iterum paulo post: πρὸς μέν τοι τὴν θύραν προαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμήν, ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Vide in Eccles. v. 1141. *Bergl.*

1075. ἕλκοντες ὑπήνας. Quidam codices habent ἀπήνας; ut de curribus, non barba, intelligat: sed ὑπήνας rectum puto. Nam syrma barbae dicitur, ut in philosophis Hegesander dixit σακκογενειοτρόφος. *Fl. Chr.* Bisetus vult legi ἔχοντες: sed meo quidem iudicio melius legitur ἕλκοντες: nam qui prolixas mystaces gerunt, ut faciebant Lacones, eas saepe trahunt, ἕλκουσι. *Palmer.* At Apollonii Tyanei tempore non habebant ὑπήνας Lacedaemonii; nam scribit in epistola 71. quae est ad Ephoros et Lacedaemonios: ἄνδρας ὑμῶν ἐνεασάμην ὑπήνην μὴ ἔχοντας. *Bergl.*

1076. χωροῦσιν ὥσπερ. Lego propter metrum χω-

ροῦσ' ὥςπερ et μηροῖσιν ἔχοντες, ut in Veneta editione et apud Suidam, qui ait: ἦλθον γὰρ ἐγκεκολπωμένα τὰ ἱμάτια ἔχοντες. Est autem hic χοιροκομεῖον πάσσαλος, non ut in Vespis ἀγγεῖον κατωτὸν vel πλεκτόν. *Fl. Chr.*

χοιροκομεῖον. Vide Pollucem X. 159. scholiasten ad Vesp. 840. et Suid. v. χοιροκομεῖον. *Kust.* Scholia: λέγει πάτταλον, ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους τρέφουσι. ἐπεὶ οὖν ἐντεταμένοι ἧκον, εἴκασεν αὐτοὺς παττάλοις. Sed cur talium paxillorum praecipue meminit hic, quibus χοῖροι, *porci*, alligantur? Nimirum quia χοῖρο etiam appellatur pudendum muliebre: vide in Acharn. 775. Et virile membrum vocatur quandoque πάτταλος, ut in Ecclesiaz. 1012. Recte hoc et Bisetus vidit. *Bergl.*

χοιροκομεῖον. Duplex fertur huius vocis interpretatio. Vel enim est πατταλος ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους τρέφουσι: vel πλεκτὸν αγγεῖον, ἐν ᾧ τοὺς νέους ἔτρεφον χοίρους περιδήσαντες. Utramque e scholiaste habet Suidas. Prior placuit Biseto aliisque, argutias quaerentibus in adlusione ad muliebre pudendum, quod etiam indigetatur nomine χοῖρος, et ad caudam salacem, quae πάτταλος appellatur. Sed nugae sunt. Si quos domi saginabant porcellos, eos paxillo adligabant, putasne paxillum illam tam diversum fuisse ab aliis, quibus in humum depactis quaevis animalia adligari poterant, ut peculiari nomine insigniri debuerit? χοιροκομεῖον hic idem prorsus est, quod Vesp 844. scilicet hara e vimine texta et plicatilis, qua, duabus extremitatibus ad parietem adnexis, circumsepiebatur spatium quoddam, intra quod conclusi saginabantur porcelli. Qui vocem hanc exponunt doctissimi grammatici Pollux et Hesychius *paxilli* nullam mentionem faciunt. Ille X. 159. καὶ χοιροτροφεῖον δὲ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται, ὡς Εὔπολις καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις· τὸ δ' αὐτὸ καὶ χοιροκομεῖον ἐν Ἀριστοφάνους Λυσιστράτῃ. Hic, χοιροκομεῖον, λεπτόν τι πλεκτὸν, ὡς ὀρνιθοτροφεῖον. Istiusmodi quidpiam vas textile circa coxas habere videbantur Spartani legati, quia, ut ait Suidas, veniebant ἐγκεκολπωμένα τα ἱματια ἔχοντες, quae verba male Kusterus accepit, scilicet prominente ex adversa parte vestis sinu, idque propter τὴν τοῦ αἰδοίου τάσιν. Verti itaque debuit: *adveniunt tanquam suile vimineum*

circa femora adligatum habentes. Altera expositio ridiculum est grammaticorum commentum. Quidni etiam paxillos memorant singulis animalibus ligandis aptos, *κυνοκομεῖον*, *ἀρνοκομεῖον*, *πωλοκομεῖον*, *ὀνοκομεῖον?* Quidni *ὀρνιθοκομεῖον paxillum avi ligando aptum?* Anne nomen instrumenti domestici vilis et quotidiani usus modo *vas vimineum* significabit, modo *paxillum?* In Iuntina et priore Basileensi male legitur *ἔχοντας*, ut in Aug. Mendam sustulerat iam prior Veneta. Bene Regii *ἔχοντες*, quod Kusterus e Suida in *χοιροκομεῖον* reponere poterat. *Brunck.*

1077. (1074. Br.) *πρῶτα μέν μοι χαίρετε.* Elegans est lectio cod. Aug. Inepte vulgo *μέντοι.* Venustam habet *ἔμφασιν* istud *μοι*, quod abundare videtur. Sic supra 125. *τί μοι μεταστρέφεσθε; τί μοι μνᾶτε;* 707. *τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;* Thesm. 291. *καὶ πρὸς φάλητα νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας.* Confer notam ad v. 202. *Brunck.*

1079. *τί δή ποθ' ὕμιε.* Legerem *τί δεῖ.* [Sic etiam Bentl.] *Quid necesse est vos*, etc. deinde *ὁρῆν γὰρ ἔξεσθ'* i. e. *videre licet quo in statu simus. Fl. Chr. τί δή πόθ' ὕμμε πολλὰ μυσίδδειν.* Pro *τί δὴ πρὸς ὑμᾶς πολλὰ μυθίζειν*, pro quo usitatius *μυθεῖσθαι.* Subaudiendum autem *χρὴ* sive *δεῖ.* nisi forte pro *δὴ* scribendum *δεῖ*, aut *δὴ* pro *δεῖ* ponitur. *Bergl.*

Quod Brunckius *ποτ' ὔμμε* de Aeolico more traduxit, id nec ego unde sumpserit habeo, nec ipse prodidit memoriae quicquam. ante Brunckium usque ab Iuntino libro editum est *ποθ' ὔμμε. Reisig.* Syntagm. crit. p. 15. — *μουσίδδειν* Valcken. ad Adoniaz. p. 279. B.

1080. *ὁρῆν* etc. Pro *ὁρᾶν γὰρ ἔξεστιν ὡς ἔχοντες ἥκομεν. Bergl.*

1081. *βαβαὶ, νενεύρωται.* Hic apponi debet persona chori senilis, ut in illo *ἅφατα* Laconum. Est autem *νενεύρωται ἐνισχύρωται.* Mox legendum *ἄμμιν*, non *ἁμῖν*, (brevis enim ultima) et *σέτω* pro *θέτω.* Puto etiam *τεθερμῶσθαι* esse *θερμανθῆναι*, qua ratione *θερμασίαν θερμωλὴν* vocat fere semper Hippocrates. *Fl. Chr.* Scholia: *τὴν ἐπίτασιν τοῦ αἰδοίου λέγει. νεῦρον γὰρ τὸ αἰδοῖον.* Horat. *cuius ab indomito constantior in-*

guine nervus, quam nova collibus arbor inhaeret. Bergl.

1083. ὅπᾳ. Pro ὅπῃ. *Bergl.* θέλει. MS. Vat. recte σέλει et in vers. seq. ἑλσῶν pro ἑλθὼν, secundum dialectum nimirum Laconicam. Vide etiam supra ad v. 1003. *Kuster.*

1084. (1081. Br.) παντᾷ. Editio Farrei πάντα, quod est pro πάντῃ, ut supra v. 1012. *Bergl.* ἑλσών. Ita MS. Vatic. et scholiastes, qui exponit ἀντὶ τοῦ ἑλθών. *Bergl.*

ἁμῖν. Editio Farrei ἀμὶν, ut versus flagitat: est autem pro ἡμῖν. *Bergl.* ἀμὶν praeterquam e dialecto est, sic hoc loco scribi debet ob metrum, quod a primis editoribus observatum, posteriores, ut alia multa, susque deque habuerunt. *Brunck.* ἄμιν Hermann. de emend. rat. Gr. gr. p. 81.

εἰράναν σέτω. Pro εἰρήνην θέτω. *Bergl.*

1087. (1084. Br.) θαιμάτι'. Sic bene Aug. et Iuntina. Vulgo θοιμάτι'. *Brunck.*

1088. (1087. Kust.) Adducit locum hunc Suidas v. ἀσκητικὸν, ubi nos vide. *Kust.* ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα. Nam ἀθλητὴς et ἀσκητὴς olim idem erant. Et sic usus est Hippocrates, ut notat Erotianus. *Fl. Chr.* τι χρῆμα Suid. in ἀσκητικόν. Schol. τό. *Bentl.* ἀσκητικόν. Vide Kusterum ad Suidam hac voce. *Brunck.*

1089. (1086. Br.) Persona vulgo est *ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΤΙΣ.* Quum perspicuitati studerem, maxime in personarum distinctione, quae plurimum confert ad fabulae intelligentiam actionisque scenicae, hunc interlocutorem eo nomine insignivi, quo eum appellat Laco v. 1098. licet probabilius sit, id nomen non esse proprium viri, sed blande compellandi vocabulum. Reponi possit *ΑΘΗΝΑΙΟΣ* A. et v. 1225. praeponi persona *ΑΘΗΝΑΙΟΣ* B. *Brunck.* Conf. Brunck. infra ad v. 1242.

1091. Lege τ' αὐτῇ. *Bentl.* John Seager in classical Iournal III. p. 498. malit χ' αὕτη ξυνᾴδει χ' ἀτέρα· ταυτὰ νόσω. Reisigius I. p. 180. χαὕτη ξυνᾴδει, χἀτέρα ταὐτῇ νόσος.

1092. σπασμός. Ut supra v. 847. *Bergl.*

1093. Non satis intelligo ταυτὶ δρῶντες — an pro οὕτω διακείμενοι, τοιάδε πάσχοντες. *Reisk.*

1095. (1092. Br.) Κλεισθένη βινήσομεν. Quia iste erat effeminatus, mollis et delicatulus, ut persaepe notatur a comico. *Bergl.* Clisthenes Sibyrtii filius homo erat effeminatus et mollis, quem saepe exagitat comicus. *Brunck.*

1096. Lege θοιμάτια et in 1087. *Bentl.*

1097. (1096. K.) τῶν Ἑρμοκοπιδῶν. Hermarum mutilatores dicti fuerunt Hermocopidae: hoc factum Athenis, tempore Peloponnesiaci belli, Arimnesto archonte, quum in Siciliam navigare vellent. Alcibiades, teste Plutarcho in illius vita, cum suis consortibus falso crimine dictus est Ἑρμοκοπίδης. Sane eruditus scriptor inter Christianos Arnobius hominum fuisse formas ait, et Hermas Alcibiadis nuncupat libr. VI. contra ethnicos. Eos autem Hermocopidas signorum violatores interpretatus est apud Plutarchum Cruserius non satis, ut arbitror, signatis vocabulis. Pausanias ait in συναγωγῇ Atticorum nominum sic vocatos, qui Mercurii statuis, quas Hermas vocat, collum et pudenda praecidissent. Meminit Thucydides συγγραφῇ sexta et annotat illa scholiastes ipsius, citatque ipsum Pausaniam auctorem in vocabulorum Atticorum collecto compendio. *Fl. Chr.* Ea Hermarum ἀποκοπή, de qua tanti sermones facti sunt Athenis, facta est paulo ante bellum Siculum, anno 17. belli Peloponnesiaci. Laconem vero στύοντα monet chorus, ut vestibus velaret τὴν στύσιν et caveret ab Hermocopidis, qui τῶν Ἑρμῶν τὰ αἰδοῖα ἐκόπησαν. Vide Thucyd. libr. VI. *Palmer.*

Mutilationem Hermarum sive statuarum Mercurii, quae nota est vel ex Cornelio Nepote in Alcibiade, contigisse quatuor annis ante tempus huius comoediae dicit scholiastes. Sciendum autem est Mercurium effingi solitum cum magno et arrecto pene. Scholiastes hic in Lysistrata ad v. 1081. ὁ Ἑρμῆς Πριαπῶδες ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ ἐντέταται μεγάλως. Notum autem est Priapo luculentam fuisse mentulam. He-

rodotus in Euterpe de statuis Mercurii: *τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασιν, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν πρῶτοι μὲν Ἕλληνον ἁπάντων Ἀθηναῖοι παρελαβόντες.* Dicit ergo apud comicum hic chorus Spartanis magnas mentulas habentibus, ut sibi caveant ab illis, qui Mercurialibus statuis omnes partes eminentes detruncaverant, ne forte et ipsis mentulae detruncentur; quia nempe haberi possint pro Mercurii statuis; ac proinde verendum esse, ne idem etiam patiantur. *Bergl.*

Alludit ad notissimam in historia Attica Hermarum mutilationem, de qua videndus Thucydides VI. 27. et ad eum Dukerus. *Brunck.*

1098. *ναὶ τὼ σιώ.* Pro *νὴ τὼ θεώ.* Vide supra ad v. 81. *Bergl.*

1099. (1096. Br.) *παντᾷ.* Editio Farrei *πάντα*, quod est pro *πάντῃ.* Vide supra v. 1085. *Bergl. παντᾷ γα* Reisig. I. p. 255.

τὸ ἔθος. Legendum hic *τὸ ἔσθος* facile divinaveram sine codice Veneto. At *Πολυχαρίδαν* usurpat pro Atheniensi: quia teste Hesychio sic vocabatur Atheniensis *γένος ἐξ οὗ ἱερεὺς τοῦ Κραναοῦ. Fl. Chr. τὸ ἔσθος.* Ad tegenda veretra, ne mutilatores Hermarum ea videant et amputent. *Bergl.* Lege *τόδ' ἔσθος. Bentl.*

ἐμβαλώμεθα. Sic quidem libri: legendum tamen videtur *ἀμβαλώμεθα. Brunck.* [Conf. Elmslei. ad Acharn. p. 210.] *τὸ ἔσθος ἐμβαλώμεθα.* Vellem reperisse *ἀναβαλώμεθα*, quod proprium est amiciendi verbum, vel saltem *ἐπιβαλώμεθα.* Utrumvis vulgato melius videri possit, nisi forte idiotismus hic est Laconici sermonis. *Brunck.* in Supplem.

1100. (1097. Br.) Post hunc versum lacuna est in utroque Regio usque ad v. 1237. *ᾄδοι Τελαμῶνος* — sine defectus indicio in A. vacuis in B. quinque fere paginis. *Brunck.*

1101. *ὦ Πολυχαρίδα.* Infra etiam v. 1247. Non respondent autem Lacones salutationi Atheniensium; sed orbis chori, qui iubebat eos cavere, ne cum nudis veretris videantur a mutilatoribus Hermarum.

Bergl. Lege *Πουλυχαρίδα*. *Bentl.* ἂν pro αὖ *Reisk.* *δεινὰ τἂν ἐπεπόνθεμες* Elmslei. ad Acharn. p. 102.

1102. (1099. Br.) Frob. *αἰκ' ἴδου — φασμένως:* Al *αἴκεν ἴδον — φλασμένως*. *Bentl.* *αἰκ' εἶδον ἁμέ*. In Aug *αἰκ' ἴδον*, ut in vett. editt. Qui metro subvenire vo luerunt posteriores editores, male reposuerunt *αἴκει ἴδον*. Vide supra ad v. 759. Perperam etiam vulgc legitur *ἁμὲς ἄνδρες*, quod et *κακόφωνον* et male Graecum: *ἁμὲς* nominativus est; quem sensus flagitat, accusativus est *ἁμέ*. Sup. v. post *πεπόνθαμες* minor distinctio poni debuit. *Brunck.* Scriptum at Aristophane videtur: *αἰκ' ἅμ' ἐξεῖδον ἄνδρες —*. *Reisig.* Syntagm. crit. p. 14. *τῶνδρες* Elmslei. ad Acharn. p. 202.

ἀναπεφασμένως. Potior est lectio Venetae editionis, quae habet *ἀναπεφλασμένως*. Neque tamen alteram reiiciendam puto. Nam *πεφασμένως*, qua est usus voce Lysias, est *φανερῶς*. *Fl. Chr.* *αἴκεν ἴδον ἁμὲς ἄνδρες ἀναπεφασμένως*. Pro *εἴ κεν ἴδον* (i. e. *εἰ ἴδον ἄν*) *ἡμᾶς ἄνδρες ἀναπεφασμένους*. Potest autem *ἀναπεφασμένως* etiam adverbialiter hic accipi. Ceterum ed. Farrei hic habet *ἀναπεφλασμένως*, quasi ab *ἀναφλᾶν*, quod scholiastes ad Ranas 450. exponit, *μαλάσσειν τὸ αἰδοῖον*, potest autem hoc etiam hic stare. *Bergl.*

1103. Lege *αὐθέκαστα:* vid. Suid. *Bentl.*

1105. Lege *ταυτογί*. *Bentl.*

1108. *ναὶ τὼ* etc. Pro *νὴ τὼ θεὼ κἂν θέλητε*. *Bergl.* *Λυσίστρατον*. Fuit enim tempore Cimonis etiam Lysistratus, de quo in bello Peloponnesiaco multa Thucydides. Paulo post pro *οὐδὲν ἡμᾶς* legitur in Veneto codice *οὐδὲν ὑμᾶς:* utraque lectio recipi potest. *Fl. Chr.* Non tam ad personam respicit, quam ad significationem vocis. Cupiunt enim habere, qui contentiones inter Graecos et bella dissolvat. Idem animadvertendum de nomine Lysistratae. Vide initium notarum in hanc comoediam. *Bergl.*

1109. Ed. Ven. *ὑμᾶς*. *Bentl.*

1111. (1108. Br.) Hi versus qui vulgo choro con-

tinuantur, alii personae tributi sunt in Aug. *Brunck.* Aug. codici fidem derogare debebam, in quo perspicuo errore huic versui praefixus est index mutatae personae. Quatuor isti versus recte in impressis choro continuati erant. *Brunck.* in Supplem.

1112. Versus hic anapaesticus uno pede brevior est. *Kust.* *δεινὴν ἀγαθήν.* Ita Suid. in *ἴυγξ*: an leg. *δεινὴν δειλὴν ἀγαθήν*, ut omnia contraria sint: ut etiam *τὸ σεμνὸν* est *τῷ ἀγανῷ*. *Bentl.* [Tyrwhittus quoque inseruit *δειλήν*.] Excidit librarii culpa nomen aliquod adiectivum: nam versus toto pede mutilus est. *Brunck.*

1115. — 6. Imago petita ab amantibus, quam foede deturpavere interpretes Florens et Brunckius. *Hotib.*

1116. *μὴ ἠπειρωμένους.* Legendum *πειρωμένους*, quo verbo insimulat istos *παιδεραστείας*. Error scripturae fluxit ex repetita vocali finiente *η*. *Fl. Chr.* Sane id se facturos minabantur Athenienses paulo ante v. 1093. si diutius carendum esset mulieribus: *εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξει ταχύ, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Κλεισθένη βινήσομεν.* Notum autem est *πειρᾶν* et *πειρᾶσθαι* verbum esse Venereum. *Bergl.*

1117. (1116. K.) *ἡ διαλλαγή.* Per prosopopoeiam introducit Diallagen i. e. Pacem. Sic in Acharn. v. 986. et seqq. quidam alloquitur *τὴν διαλλαγὴν* tanquam puellam formosam et amabilem. Et in Equit. 1383. *τὰς σπονδὰς*, qua voce etiam pax significatur: *δεῦρ' ἴθ' αἱ σπονδαί. Bergl.*

1118. (1115. Br.) Hic apposita est in Germanica editione chori persona, quam non habet Veneta; et quamvis utraque lectio potest defendi, tamen melius est continuari a Lysistrata orationem quasi imperante. *Fl. Chr. XO.* Hoc deest in editione Farrei et continuatur oratio a Lysistrata, quod in versione observavi. Alloquitur autem *τὴν Διαλλαγήν. Bergl.*

Hic versus et sex sequentes absurde vulgo tribuuntur choro. Nec cod. nec vett. editt. distinctio-

nem hanc agnoscunt. Chori personam hic primum praefixam invenio in editione Frobeniana. *Brunck.*

1120. (1117. Br.) *ἡμῶν ἄνδρες.* Hic, ut v. 152. omnino requiritur articulus. Scribendum *ἡμῶν ὦ ἄνδρες. Brunck.* in Supplem.

1121. *οἰκείως.* F. *ἐπιεικῶς*, ni vulgata idem notet. *Reisk.*

1122. (1119. Br.) *ἢν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε.* Legerem *τίς*, vel *διδῶσιν.* Si manum, inquit, non dent, duc eos pene. *σαθη* et *σάθον* veretrum. Hesychius obiter emaculandus est voce *σάθα, μοῖρα*, lege *μορια. Fl. Chr. τῆς σάθης ἄγε.* Hesych. *σάθη* (male legitur *σάθει*) *τὰ ἀνδρεῖα ἀναγκαῖα.* Ad quam glossam vide interpretes. *Brunck.*

1125. *σύ.* Eandem intelliges, Compositionem, *Διαλλαγήν*, quae iam adduxit Spartanos, ut iussa erat. *Hotib.*

1127. (1126. K.) *νοῦς δ' ἔνεστί μοι.* Apud Suidam habes *μοῦσα δ' ἔνεστί μοι*, voce *μοῦσα*, male, ut ego quidem puto. Quamvis postea ait *οὐ μεμούσωμαι κακῶς*, i. e. *πεπαίδευμαι* et *ἤσκημαι. Fl. Chr.* Citat hunc locum Suidas v. *μουσωθῆναι*, ubi pro *νοῦς* legit *μοῦσα. Kust.* Valde blanditur lectio, quam conservavit Suidas, *μοῦσα δ' ἔνεστί μοι*, melior et ipsa fortasse futura, si legemus, *μοῦσα δ' ἔστι μοι. Porson.* ad Euripidem p. 477. Dissentit Reisig. I. p. 249.

1128. *αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς* vel *ἀπ' ἐμαυτῆς. Reisk.*

1132. (1131. K. 1129. Br.) *οἳ μιᾶς τε χέρνιβος.* Ad loci huius illustrationem egregie faciunt ea, quae affert Athenaeus libr. IX. p. 409. Hesych. v. *δαλίον* et nos ad Suidam ead. voc. *Kust.* Hesychius in *δαλίον* scribit: *ἐν ταῖς ἱεροποιίαις εἰώθασι τὸν δαλὸν ἐμβάπτειν εἰς τὴν χέρνιβα καὶ περιῤῥαίνειν τὸν βωμόν. in sacrificiis solent torrem intingere in aquam lustralem et conspergere aram.* In hoc Hesychii loco alias *ἐμβάλλειν* scribitur; ego autem *ἐμβάπτειν* hic nunc scripsi, quia aptius videbatur. Utitur hoc verbo in eadem re comicus in Pace v. 959. ubi etiam vide notam. Locum Hesychii indicaverat Kusterus. *Bergl. μιᾶς τ' ἐκ χέρ-*

νιβος. Reisk. Lege *μιᾶς ἐκ.* Suid. *τε* in *γέρνιβος. Bentl. μιᾶς ἐκ γέρνιβος.* Sic manifestum est legi debere. Perperam vulgo *μιᾶς τε χέρνιβος. Brunck.*

Vulgo *μιᾶς τε χέρνιβος*, mendose. Brunckius pro arbitrio *μιᾶς ἐκ χ.* Legendum *μιᾶς γε χ.*, intellecta praepositione, sicut passim. Similiter peccatum 1162., ut facillime *ΓΕ* et *ΤΕ* inter se permutantur. *Hotib.*

1154 *πόσους.* Proprie subauditur *βωμούς*, et intelliguntur arae, apud quas in aliis etiam civitatibus communiter sacrificant. *Bergl.*

1156. 1157. (1156. K. 1155. Br.) Aliter atque aliter possunt intelligi hi duo versus. Nam si interpungatur post *βαρβάρων*, sensus erit, *quum hostes barbaros habeamus vicinos, quos bello petere deberemus, tamen Graecos homines et Graecas urbes exercitu collecto perditum itis.* Si vero post *στρατεύματι* ponatur distinctio, sensus erit, *cum exercitu ex barbaris collecto vivos et urbes Graecas perditum itis.* Quod si hanc ultimam interpretationem quis praeferat, satis quadrabit ad annum supra notatum. Nam et Persarum auxilia aderant Laconibus iam ab anno 20. eius belli, ut ex Thucyd. patet libr. VIII. et anno superiore Athenienses evocaverant Thracas et Machaerophoros, qui Mycalessum everterunt. *Palmer.*

στρατεύμασιν quum liceret barbaros perdere, perditis Graecos militaribus expeditionibus. Reisk. στρατεύμασιν. Male vulgo *στρατεύματι.* In his terminationibus frequens librariorum lapsus. *Brunck.*

1158. (1157. K. 1155. Br.) *δεῦρ' ἀεί.* Id est *ἕως δεῦρο. ἀεὶ* enim apud Atticos interdum accipitur pro *ἕως*, quod notandum est. Euripides Med. v. 670. *ἅπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον.* Ubi schol.: *ἀντὶ τοῦ, μέχρι τοῦ νῦν ἅπαις ὑπάρχεις. τὸ δὲ ἀεὶ Εὐριπίδης ἐπὶ χρόνου τάσσει, ἀντὶ τοῦ, ἕως τοῦ δεῦρο· καὶ σημείωσαι.* Idem loquendi genus occurrit apud eundem Euripidem in Phoeniss. v. 1215. Vide etiam Harpocrat. v. *αεὶ*, et ibi Maussac. nec non Henr. Valesium in notas Maussaci. *Kust.* Aeschylus in Eumenidibus v. 599. *καὶ δεῦρό γ' αἰεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι: adhuc quidem de*

fortuna mea non conqueror: ubi scholiastes δεῦρό γ' αἰεὶ exponit ἕως δεῦρο, id est *usque adhuc, hactenus:* additque: τὸ αἰεὶ ἐπὶ τοῦ ἕως τάττουσιν Ἀττικοὶ πολλάκις, id est, *particulam ἀεὶ pro ἕως ponunt Attici saepe.* ubi Stanleius citat Harpocr. in ἀεί. Euripides in Phoenissis v. 1215. δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς. ubi scholia: δεῦρ' ἀεί, ἀντὶ τοῦ μέχρι τοῦ νῦν, ἕως τούτου. quem locum indicavit Kusterus, aliumque etiam ex Euripidis Medea v. 670. citavit. Idem Euripides in Ione v. 56. καταζῇ δεῦρ' ἀεὶ σεμνὸν βίον. Idem in Helena v. 767. τὰ μὲν δὴ δεῦρ' ἀεὶ καλῶς ἔχει. *Bergl.* De formula Attica δεῦρ' ἀεὶ significante ἕως τοῦ δεῦρο, vide Valckenarium ad Eurip. Phoen. p. 413. *Brunck.* Conf. Porson. ad Euripidem p. 238.

1141. (1138. Br.) *Περικλείδευσα ποτέ.* Lego *Περικλείδας ποτέ.* Nam sic vocat Plutarchus in vita Cimonis et hos versus Aristophanis laudat, aitque Cimonem suasisse hoc auxilium dissuadente Ephiollo et prohibente. *Fl. Chr. Περικλείδας.* Loci huius meminit Plutarch. in vita Cimonis p. 489. qui omnino conferendus est. Sed verba Plutarchi iam video allata esse a Biseto ad hunc locum. *Kuster.* Lege *Περικλείδευς.* Ita Laco quidam Ἐπιτάδευς apud Plutarch. in Agide. *Bentl.* In Aug. *Περικλείδησα.* Emendationem in veteri exemplari adscriptam male accepit librarius: α pro η reponi debuit, *Περικλείδας*, quae Laconica nominis est forma. Plutarchus in Cimone p. 129. editionis Bryani: πέμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας, δεόμενοι βοηθεῖν, ὃν φησι κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης, καθεζόμενον ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ὠχρὸν ἐν φοινικίδι, στρατιὰν αἰτεῖν. *Brunck.*

1143. (1140. Br.) ἐπὶ τοῖς βωμοῖς. Lege metri gratia ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς. *Kust.* [Eodem modo *Bentl.*] Vel sic ut constituit Kusterus, vel ad hunc modum potest restitui ὠχροὺς ἐπὶ τοῖς βωμοῖσιν ἐν φοινικίδι. *Reisk.* ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς. Vulgo pessumdato metro ἐπὶ τοῖς βωμοῖσιν: quae quidem lectio imperito nescio cui editori debetur: nam in vett. editionibus est ἐπὶ τοῖς βωμοῖς. *Brunck.*

1144. (1143. K.) ἡ *Μεσσήνη.* Quum Ilotae et Messenii insurrexerunt, propter Ithomam arcem, tum La-

cedaemonii opem petierunt ab Atheniensibus, qui Cimonem Miltiadis filium cum imperio miserunt: ut praeter Thucyd. libr. I. diserte Plutarchus narrat in vita ipsius Cimonis. *Fl. Chr.* Id est, ipsi Messenii. Sunt autem Hilotes, qui rebellarunt contra Lacedaemonios, et in Ithomen se receperunt, ubi eos diu frustra oppugnarunt Lacedaemonii cum sociis. Vide Thucydidem libr. I. et Plutarchum in Cimone. *Bergl.*

1145. *χὠ θεὸς σείων ἅμα.* Eodem tempore ingenti terrae motu Sparta est concussa, cuius aliquoties meminit Thucydides. Intelligitur autem per *θεὸν* Neptunus, quem causam putabant terrae motuum. In Acharn. 509. *καὐτὸς ὁ Ποσειδῶν, οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς σείσας ἅπασιν ἐμβάλῃ τὰς οἰκίας. Bergl.*

1147. (1146. K. 1144. Br.) *Κίμων.* Thucydides libr. I. *Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους, καὶ Ἀθηναίους. οἱ δ' ἦλθον Κίμωνος στρατηγοῦντος πλήθει οὐκ ὀλίγῳ.* Ceterum ut hic Lysistrata in memoriam revocat Lacedaemoniis hoc Atheniensium beneficium, ita apud Thucydidem libr. III. Plataeenses, qui eodem illo tempore opem tulerant Lacedaemoniis, illius beneficii memores eos esse iubent: *καὶ ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἰδίᾳ· ὅτε περ δὴ μέγιστος φόβος περιέστη τὴν Σπάρτην· μετὰ τὸν σεισμὸν, τῶν ἐς Ἰθώμην Εἱλώτων ἀποστάντων, τὸ τρίτον μέρος ἡμῶν αὐτῶν ἐξεπέμψαμεν εἰς ἐπικουρίαν, ὧν οὐκ εἰκὸς ἀμνημονεῖν. Bergl.*

ἔσωσε τὴν — In Iuntina mendose et cum versus ruina *ἔσωσεν*, quod per omnes deinceps editiones propagatum fuit. Aug. recte supra *ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς*, et hic *ἔσωσε*. Sed quis adeo ineptus sit, ut in his codicum auctoritatem requirat? *Brunck.*

1151. (1150. K. 1148. Br.) *ἀδικοῦμες.* Bisetus ea non capit, et putat de quodam loco mentionem fieri, cuius nomen ad *τὸ κακέμφατον* accedebat: at non erat, quare se torqueret. Sensus est: *iniurios nos esse dicitis, sed scitote, si duriores conditiones pacis proponatis, nos valedicturos mulieribus, et ad Venerem masculam defecturos, ut remedium τῆς στύσεως habeamus.* Haec Laco breviter, ut solent Laconcs, loqui-

tur. In talibus non oportet multum immorari. *Palmer.* Pro *ἀδικοῦμεν.* Cetera dicit tanquam pacis cupidus, ut libere uti possit Venere; nam mulieres copiam sui nolebant facere viris, nisi pace prius facta. *Bergl.*

ἀδικοῦμες. Hic per metrum non licuit poetae Laconica forma uti *ἀδικιῶμες.* [Vid. Elmslei. ad Acharn. p. 193.] — *ἄφατος καὶ καλός*, idem quod *ἄφατον ὡς καλός.* Av. 427. *ἄφατον ὡς φρόνιμος. Brunck.* Imo leg. *ἄφατος ὡς καλός. Schaefer.* ad Gregor. p. 25. Lege *ἄφατον ὡς. Bentl.*

1153. (1150. Br.) *οὐκ ἴσθ'.* Sic Aug. ut supra 1138. Vulgo *οὐκ οἶσθ'.* Idem cod. infra 1154. *ξυνεκμαχοῦντες*, uti absque eo etiam scripsissem. *Brunck.*

1154. *κατωνάκας.* Vestis erat servilis et minus decora, cui in inferiore parte assuta erat pellis. Athenienses sub Pisistratidis tales vestes gestare coacti sunt; ne facile in publicum prodirent in tam turpi habitu, et contra tyrannos conspirarent. Vide Hesychium et Suidam. Apud Athenaeum p. 271. servi commemorantur *κατωνακοφόροι. Bergl.*

1155. (1154. K.) *Θετταλῶν.* Thessalos in societatem adsciverant Pisistratidae. Herodotus in Terpsichore: *οἱ δὲ Πεισιστρατίδαι προπυνθανόμενοι ταῦτα, ἐπεκαλέοντο ἐκ Θετταλίης ἐπικουρίην. ἐπεποίητο γὰρ σφι συμμαχίη πρὸς αὐτούς. Θετταλοὶ δέ σφι δεομένοισι ἀπέπεμψαν κοινῇ γνώμῃ χρεώμενοι χιλίην τε ἵππον, καὶ τὸν βασιλῆα τὸν σφέτερον Κινέην. Pisistratidae quum audissent haec* (nempe Lacedaemonios auxilium mittere iis, qui oppugnabant Pisistratidas), *accersebant* ipsi etiam *ex Thessalia auxilium; facta enim erat cum ipsis societas. Thessali autem petentibus ipsis miserant, communi consensu, mille equites et regem suum Cineam.* Miserunt autem tunc Lacedaemonii contra Pisistratidas, primo quidem Anchemolium cum navibus, qui victus est et periit: deinde Cleomenem regem suum, qui Pisistratidas excedere ex arce et Athenis coegit, ut ibidem tradit Herodotus. *Bergl.*

1156. *ἑτέρους.* Lege *ἑταίρους* et *ξυνεκμαχῶντες.* Nam *μαχᾶν* est pugnaturire, *θέλειν μάχεσθαι. Fl. Chr.* Le-

gendum est ἑταίρους Ἱππία i. e. *socios Hippiae*, ut recte habet Suidas v. κατωνάκαι. *Kust.*

1157. Non liquet de verbo ξυνεκμαχεῖν sitne satis probum et quid significet, num profligare hostem praelio ex aliqua regione, iuncta cum altero opera, an absolvere, perficere societatem belli. *Reisk.*

1158. κἠλευθέρωσαν Elmsleius in Museo crit. Cantabr. V. p. 35.

1160. χαϊώτεραν. Lacedaemonii χαὰ vocant τὰ ἀγαθά. Sic supra [v. 90. *Bergl.*] χαϊὰ μέν, ναὶ τὼ σιώ. At ὑπηργμένων est κεχορηγημένων. *Fl. Chr.*

1162. Scribendum videtur ὑπηργμένων γε. Male hoc loco utitur Meinekius in curis crit. in comicorum fragmenta p. 10.

1165. (1162. Br.) ἀμές γε etc. Pro ἡμεῖς γε βουλόμεθα, εἴ τις ἡμῖν τὸ ἔγκυκλον. Est autem encyclus proprie vestimenti muliebris genus; hic autem metaphorice ita vocat castellum Pylon. *Bergl.*

λῶμες. Vulgo λώμεσθ'. Forma activa λῇ occurrit v. seq. λῶ 981. λῇς 95. 1188. λῆτε 1105. Unde λῶμες hic scribendum esse recte censet Koenius ad Cor. p. 115. [252.]. *Brunck.* λῶμες iam Bentl.

1166. (1163. Br.) λῇ τοῦτ' ἀποδῶμεν. Pro βούλεται ἀποδοῦναι. *Bergl.* ἀποδόμεν. Sic scribendum e notissimo dialecti idiomate, pro ἀποδοῦναι. Male vulgo ἀποδῶμεν, quae non est forma infinitivi, sed prima pers. plur. aoristi subiunctivi. *Brunck.*

1167. (1166. K. 1164. Br.) ὥςπερ. Mallem ἅςπερ, i. e. ἥςπερ *cuius*. nam pro particula ὥςπερ, quum Dorice scribit, ponit ᾱπερ. *Bergl.* ἅςπερ (vel τᾱςπερ) πάλαι δεόμεθα καὶ βλιμάδδομες Elmsleius ad Acharn. p. 128.

βλιμάττομες. Pro βλιμάττομεν. *Bergl.* Proprie βλιμάζειν est τοὺς ὄρνιθας ἐκ τῶν στηθῶν πειράζειν et ψηλαφᾶν: inde ἐπιθυμεῖν, teste Suida. Hesychius: βλίμασις, τιτθῶν (puto στηθῶν, ut prius) ἅλειψις, lego ψλίψις. Paulo post τούτου τοῦ χωρίου, dele secundum τοῦ, nocivum metro. *Fl. Chr.*

βλιμάττομες. Huc respicit Suidas in βλιμάζειν. βλι-

μάττομεν, ψηλαφῶμεν, ἐπιθυμοῦμεν. Sed, quod me fugit, quum textum descripsi, restituenda est Laconica forma, a librariis obliterata, *βλιμάδδομες.* Ut supra 82. *γυμνάδδομαι* pro *γυμνάζομαι:* 94. *μύσσιδδε* pro *μύθιζε:* 1302. *ψιάδδοντι* pro *ψιάζοντι:* 1313. *θυρσάδδω* et *παίδδω* pro *θυρσάζω* et *παίζω:* ita hoc loco a *βλιμάζω, βλιμάδδω, βλιμάδδομες.* Communis forma occurrit Av. 550. *οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες. Brunck.*

1171. (1167. Br.) *ἀντὶ τούτου χωρίον.* Sic recte vulgatam scripturam *χωρίου* emendat Dawesius Miscell. Crit. p. 507. [et Bentl.]. *Brunck.* Conf. Reisig. I. p. 178.

1172. (1168. Br.) Hunc locum docte explicuit Palmerius, pro ea qua erat historiae et geographiae peritia. Quid autem *Ἐχινοῦς, Μηλιεὺς κόλπος*, et *τὰ Μεγαρικὰ σκέλη*, ad aliam deflexa significationem, innuant, nemo non intelligit. *Brunck.*

1173. (1171. K.) *Ἐχινοῦντα.* Echinus urbs Acarnaniae, quam Echinunta a quibusdam vocari ait Stephanus. Rhianus vocari ait *Ἔχιον ἄστυ.* Existimant tamen locum sic dictum *διὰ τὸ τραχὺ καὶ ὀξύ*, ab echino animalculo. Sed quidni a serpentibus? Nam Rhianus *ἔχιον ἄστυ* dixit. Idem Stephanus ait *Μῆλον* etiam esse *κώμην τῆς Ἀκαρνανίας*, praeter alteram insulam Cycladum, ex qua Diagoras Meliensis, Socrates et Aristophanes. Echinum, Lamiam, et Maliacum sinum et Thaumacon in Thessalia describit Strabo libr. IX. *Fl. Chr.*

Ea loca repetunt Athenienses, quae in possessionem Laconum vel sociorum venerant antea, sed diversis temporibus. Nam Megarica crura, quae repetunt, destructa fuerant a Megarensibus iam a belli Peloponnesiaci anno primo, ut Thucyd. libr. IV. Urbes vero ad sinum Meliensem in Lacedaemoniorum redactae sunt potestatem ab Agide Decelia profecto hieme anni XIX., quae subsecuta est cladem in Sicilia acceptam, ut idem Thucydides libr. VIII. Et de Echinunte quidem nihil Thucydides nominatim; tamen ad idem tempus referri debet Echinuntis occupatio, et intelligi fuisse fructum eius expeditionis, quam in

Oetaeos et Meliensis sinus habitatores fecerat Agis; et ex hoc loco complementum fieri potest historiae Thucydidis, qui de Echinunte tacuit. Unum me torsit hoc loco, quod nullam mentionem faciat de Decelia, quae illos ita male vexabat. Sed eum scrupulum posterior exemit cogitatio. Nam ea potissimum loca repetunt Athenienses, quae erant ad maris imperium opportuna, quippe id affectantes: Decelia vero pace facta prorsus inutilis fuisset Lacedaemoniis; erat enim munimentum tantum, non civitas, idque mediterraneum. Ceterum doctissimus Bisetus in hoc loco, puto, lapsus est, dum hanc Echinuntem, de qua comicus hoc loco, putat fuisse in Acarnania. Fuit quidem eius nominis locus in Acarnania, de quo Plinius et Stephanus; sed de illo loco parum celebri non agitur hic, sed de urbe sita ad Meliensem sinum, opportuna ad totum illud littus retinendum. Peius tamen errat in explicatione vocis *Μηλιᾶ*, ubi sic commentatur: *Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν.* Nam *Μηλιᾶ* contractum est a *Μηλιέα* a recto *Μηλιεύς*, non a *Μῆλος*, quae insula antea a Nicia vastata fuerat et erat in Atheniensium potestate. Ideo de ea hoc loco non fit mentio, sed de Meliensi sinu, qui et a quibusdam *Μαλιακὸς*, ab aliis etiam *Λαμιακὸς* vocatus ab urbe Lamia vicina; sed Atheniensibus et Thucydidi semper *Μηλιεὺς κόλπος* dictus est, quem sequitur ubique Polybius. *Palmer.*

1175. (1171. Br.) *πάντα γ' ὦ* A. Male vulgo sine elisione *γε ὦ*. *Brunck.*

λυσσάνις. Suidas: *μαινόμενε.* ut sit a *λύσσα rabies. Bergl. λυσσάνις.* Scribendum [cum Bentleio] *λισσάνις*, et verti debuit, *o dulcissime.* Vide Hesychium [et quem Bentl. addit, Photium] in hac voce. *Brunck.* in Supplem.

1176. Lege *περὶ τοῖν σκελοῖν. Bentl.*

1177. *γεωργεῖν γυμνός.* Virg. *Nudus ara, sere nudus. Bergl.*

1178. (1176. K. 1174. Br.) *κοπραγωγῆν γᾷ* [sic]. Pro *κοπραγωγεῖν γε.* Alias vitiose scribitur *γᾷ*, ut vel ex metro apparet. *πρῷ* autem sive potius *πρῴ* est pro *πρωΐ.* Vidit haec et Bisetus. *Bergl.* Al. *γᾶ πρῷ. Bentl.*

In Aug. et in Iuntina sic legitur hic versus:

ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γᾷ πρῶτα ναὶ τὼ σιώ.

Hancque lectionem retinent vett editt. omnes. Quae in recentioribus obtinet, sciolo nescio cui, syllabas numeranti, debetur:

ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γᾷ πρῷ ναὶ τὼ σιώ.

Profecto malus ille fuit versuum artifex. Proclive erat emendare:

ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γα πρῶτα ναὶ σιώ.

γα Dorica particula pro *γε*. *ναὶ σιὼ* sine articulo in hac fabula 8·. 90. *Brunck*. *πρῶτα*. Scribe e dialecto *πρᾶτα*, ut in Ach. 715. *Brunck*. in Supplem. Censeo scripsisse Aristophanem:

ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γα λῶ ναὶ τὼ σιώ.

Mirifice in his descripta Spartiatarum est in agris colendis opella. Sed nonnulli videntur Laconis sententiam parum perspexisse. Male Brunckius Berglerum sequutus, quum Attici verba, *ἐγὼ γεωργεῖν γυμνὸς ἀποδὺς βούλομαι*, transtulisset: *iam exuta veste nudus arare volo*, Lacedaemonii illa sic vertit: *at pol ego stercus convehere quam primum*. Quid? ergo Lacedaemonios cives, qui cultionem agrorum indignam libero homine haberent atque servis committerent, convehere stercus velle, negotium longe vilissimum omnium? Immo aptissime Spartiates Attico serere iam atque arare cupienti se respondet *certe stercorare* velle agros. Scilicet non plaustris cophinisque stercore convehendo, sed *κοπραγωγῷ γαστέρι*, ut ventris onus agens sub dio in agris deponeret. Tantum est laboris, quod profitetur ad agros colendos se collaturum. *Reisig*. Syntagm. crit. p. 17. 18.

1182. (1178. Br.) *ἐστύκαμες*. Editio Farrei *ἐστύκαμεν*, quod hic rectius; loquitur enim Atheniensis. *Bergl*. *ἐστύκαμεν*. Perperam vulgo *ἐστύκαμες*, tanquam si loqueretur Laco. *Brunck*.

1185. *ἀμοῖσι*. Pro *ἡμετέροισι*. *Bergl*.

1186. *καλῶς λέγεται*. Legendum *λέγετε*, ut sit pes tribrachys, aequiparans iambum. Quum autem ait *ἐν ταῖσι κίσταις*, puto allusionem fieri ad *κύστιν*. *Fl. Chr*.

1191. (1189. K.) *ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος*. Euripides

in Medea 105. *ἴτε νῦν, χωρεῖθ' ὡς τάχος εἴσω.* Alias *ὡς τάχιστα*, ut mox apud comicum et *ὅσον τάχος*, quod occurrit et apud nostrum in Thesm. 754. Eurip. in Andromacha v. 1066. *οὐχ ὅσον τάχος χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν;* et *ὅσον τάχιστα.* Euripides in Rheso 672. *ἀλλ' ὅσον τάχιστ' ἐχρῆν φεύγειν.* Quandoque omittitur *ὡς* vel *ὅσον.* in eodem Rheso v. 986. *χωρεῖτε, συμμάχους δ' ὁπλίζεσθαι τάχος ἄνωχθε.* Aeschylus in Eumenidibus 179. *ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος χωρεῖτε.* occurrit et alibi apud eundem. *Bergl.*

1193. *στρ.* 1206. *ἀντιστρ. Bentl.*

1193. — 1218. Vide supra p. 218. 219.

1193. (1190. Br.) Lege *ΧΟ. ΓΥ. Bentl. χρυσίων.* Sincerum esse arbitror *χρυσίδων. Brunck.* in Supplem. Legendum metri causa *ὅσ' ἐστί μοι* et *φέρειν παισίν.* Articulos perperam addere solent monachi. vid. ad 782. seqq. Versus quoque harum stropharum male digeruntur in vulgatis; sed eiusmodi vitia corrigere longum est. *Hotib.*

1195. Lege *ἐστ'* et 1195. *πᾶσι* et 1203. *κἄθ' ἅτ'. Bentl.*

1195. (1192. Br.) Hic et sequens versiculus sic melius distinguentur:

πᾶσι παρέχειν φέρειν
τοῖς παισὶν, ὁπόταν τε θυγάτηρ.

Prior est dimeter paeonicus; alter dimeter iambicus. *Brunck.* in Supplem.

1196. (1194. Br.) *ὁπόταν κανηφορῇ.* Soloece vulgo *ἀνηφορεῖ. Brunck. κανηφορῇ h*). Supra v. 647. *Bergl.*

1202. (1201. K. 1199. Br.) *τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι.* Melius Veneta editio *τύπους ἀνασπάσαι*, id est signa revellere et dissolvere. *Fl. Chr. τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι.* sic habent edd. Paris. et Genev. At editio Veneta *τοὺς ὑπους ἀνασπάσαι*, quam lectionem Florens Christianus alteri praefert. Sed quo minus ei assentiamur, interedunt veteres grammatici, qui ex hoc loco Aristo-

---

h) Sic Berglerus in nota: in textu *κανηφορεῖ.*

phanis notant, ῥύπον ab Atticis dictum fuisse τὸν κηρὸν [τὸν] εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι ἐπιτήδειον, i. e. *ceram sigillatoriam*, sive *signando aptam*. Vide omnino Pollucem libr. X. sect. 59. et Hesych. v. ῥύπος. *Kust.*

τοὺς ῥύπους. Sic habent editt. Paris. et Genev. teste Kustero, et ita legerat Pollux, qui libr. X. 59. hunc locum citat, laudatus eidem Kustero. At editio Veneta Farrei τύπους, id est *signa*, quod etiam usurpatur in hac re. Euripides Hippolyto v. 862. τύποι σφενδόνης χρυσηλάτου. Iulianus Epist. 8. ὀλίγῃ σφραγίδι μεγάλου χαρακτῆρος τύπον ἀνέμαξάμην. Scholiastes ad Vespas. 585. τῷ κογχυλίῳ τῷ ἐπικειμένῳ ταῖς σφραγῖσι τοῦ μὴ ὑφανίζεσθαι τοὺς τύπους αὐτῆς. *Bergl.*

Pollux X. 59. Οὐ μὴν ἀγνοητέον, ὅτι τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι κηρὸν οἱ παλαιοὶ ῥύπον ὠνόμαζον καὶ ῥύπους, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης· Καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Huius observationis si meminisset Florens. mendosam Venetae editionis lectionem τοὺς τύπους praeferendam non duxisset. Hesychius: ῥύπος. ῥύποι Ἀττικοὶ, τὸν εἰς τὰς σφραγίδας κηρὸν λέγουσι. *Brunck.*

1203. Metrum poscit χ' ἅτ' ἂν ἔνδον ᾖ φορεῖν. cf. antistrophicum 1216. *Hotib.* Conf. Reisig. I. p. 213.

1204. (1202. Br.) Numeris caret hic versus, cui contribuenda est praecedentis ultima syllaba, ad hunc modum:

ὄψεται δ' οὐδὲν, σκοπῶν, εἰ μὴ
τὶς ὑμῶν ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει.

Iam pro versu nullo habes trimetrum paeonicum. *Brunck.* in Supplem.

1210. ἄρτος ἀπὸ χοίνικος. Sic nos Gallo-franci dicimus *un pain d'un boisseau*. Choenix sextarii mensura est demensum diurnum; propterea dictum ἡμεροτρόφιον. Apud Hesychium habes ἀπὸ μέρους τροφή: non dubitem emendare ἡμέρας τροφή. Quod autem panem νεανίαν vocat, puto esse νεανικὸν, et sic grandem ut saturare valeat νεανίαν, atque, ut ait Theocritus, ἄνδρα φυτοσκάφον. *Fl. Chr.*

1214. τοὺς κωρύκους. κώρυκος vel κωρύκιον calathus est plectilis, quo panis conditur, ut inde verna-

ɔule dixerimus *panier*. σάκος autem vel σάκκος simi-
is fere θυλάκῳ. *Fl. Chr.* Suid. in σάκους: lege σάκ-
ιους. *Bentl.*

1215. ὁ Μανῆς. Manes pro servo, ut habes in
udo cottaborum, de quibus nos abunde in Irena. At
ὑλαβεῖσθαι τὴν κύνα dictum ex proverbio: *cave ca-
ιem. Fl. Chr.*

Scribe οὑμὸς αὐτοῖς. *Hermann.* de metris p. 117.
Eodem modo Bentl.]. Legendum ὁ Μανῆς δ' αὐτὸς οὑ-
ὸς ἐμβαλεῖ, ipse meus servus infundet saccis. Ita sae-
ius erratur: vid. ad Ran. 526. seqq. Vulgatum αὐτοῖς
ersum iugulat. Transpositione, quae ratio est G.
Iermanni, in huiusmodi quidem locis cur minus uten-
ium arbitrer, significavi ad 281. *Hotib.*

1218. (1215. Br.) εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Confer
Plauti interpretes ad Most. III. 2. 162. *Brunck.*

1219. (1216. Br.) Lege vel παραχωρεῖν οὐ θέλεις
ita Scal. et Tyrwhittus in not. MSS.] vel θύραν σύ·
ΙΕ. παραχωρ— *Bentl.* Unicus est in tota hac fabula
ocus, qui mihi adhuc negotium facessat, et quem ne-
cio an recte constituerim. Aliter vulgo divisae per-
onis loquendi vices. Prodeunt in scenam homines
liquot otiosi et circumforanei, qui convivio interesse
upientes, a servo ianitore ostium sibi aperiri flagitant:
orum unus ait ἄνοιγε τὴν θύραν. Haec verba et quae
equuntur ad finem quinti versus vulgo tribuuntur fa-
ulo, quod absurdum est. *Brunck.*

Θεράπων.
ἄνοιγε τὴν θύραν.
Χορὸς γυναικῶν.
οὐ παραχωρεῖν θέλεις;
Θεράπων.
ὑμεῖς — — τὸ χωρίον.
Χορὸς γυναικῶν.
οὐκ ἂν ποιήσαιμ'.
Θεράπων.
εἰ — ταλαιπωρήσομεν.
Χορὸς γυναικῶν.
χἠμεῖς — ξυνταλαιπωρήσομεν.

ensor ed. Brunck. in Biblioth. Gotting. vet. litt. et

art. I. p. 156. qui in reliquis Brunckium sequitur, nisi quod 1244. choro mulierum tribuit.

I think it should be thus disposed:

Circumforaneus I.

ἄνοιγε τὴν θύραν.

Famulus.

οὐ παραχωρεῖν θέλεις;
ὑμεῖς τί κάθησθε; μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι
ὑμᾶς κατακαύσω; φορτικὸν τὸ χωρίον
οὐκ ἂν ποιήσαιμι. (By admitting such persons.) *i*)

Circumforaneus I.

εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν,
ὑμῖν χαρίζεσθαι, ταλαιπωρήσομεν. (He offers his assistance.)

Circumforaneus II.

χ' ἡμεῖς γε μετὰ σοῦ ξυνταλαιπωρήσομεν.

John Seager in classical Journal III. p. 498. 499.

1219. *ἄνοιγε.* Haec aliquis dicit ad servum ianitorem ingredi cupiens ad convivium: cum quo plures etiam adsunt. *Bergl.*

1220. *ὑμεῖς τί κάθησθε.* Servus, qui est ianitor, quosdam vocat, ut sibi sint adiutores in abigendis iis, qui intrare volunt. *Bergl.*

1222. *οὐκ ἂν ποιήσαιμι.* Haec illi dicunt quos ianitor vocabat. *Bergl.*

1223. (1220. Br.) *προσταλαιπωρήσομεν.* Ut constet pedibus suis versus senarius, lego *ταλαιπωρήσομεν. Fl. Chr. ὑμῖν χαρίζεσθαι, ταλαιπωρήσομεν.* Vulgo redundante syllaba *προσταλαιπωρήσομεν.* Peius in Aug. *προσταλαιπωρήσαιμεν.* Qui saepe e compositis simplicia faciebant librarii, ut observatum ad v. 408. iidem praepositiones temere addebant verbis, si quod forte compositum eorum memoriae observabatur, de sensu

---

i) τοσαύτας διαφορὰς ἔχουσα καὶ ἀνομοιότητας ἡ λέξις, οὐδὲ τὸ πρέπον ἑκάστῃ καὶ οἰκεῖον ἀποδίδωσιν· οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, ῥήτορι τὴν δεινότητα, ἰδιώτῃ τὸ πεζὸν, ἀγοραίῳ τὸ φορτικόν. Plutarch. Moral. sect. 853. D. ed. Wyttenbach. *John Seager.*

parum solliciti, quid autem metri leges admitterent aut repudiarent, nihil pensi habentes. Sic in Eurip. Hippol. 31. *ἐγκαθείσατο* pro *καθείσατο* intruserunt. *Brunck.* Lege *χαρίσασθαι. Bentl.*

1225. (1222. Br.) *κωκύσεσθε.* Sic bene Aug. [et Bentleius coll. vv. 561. et 449.]. Vulgo titubante metro *κωκύσετε. Brunck.*

1228. Atheniensis e convivio egrediens narrat, quales se ibi gesserint Lacedaemonii et Athenienses. *Bergl.*

1229. *χαρίεντες.* Alexis apud Athenaeum p. 255. *τηνικάδε χαρίεις τ' εἰμὶ, καὶ ποιέω πολὺν γέλωτα, καὶ τὸν ἐστιῶντ' ἐπαινέω. Bergl.*

1231. (1228. Br.) Deest in Veneta editione hic apposita chori persona et continuatur oratio ab Atheniensi. *Fl. Chr.*

ὅτιὴ νήφοντες. [Sic Bentleius.] Male vulgo cum versus ruina *ὅτι νήφοντες. Brunck.*

1233. (1230. Br.) *μεθύοντες.* Quasi consilia ebriorum sint meliora, ut Persae putabant. Vide ad Equites v. 88. In Ecclesiazusis tamen v. 139. consilia ebriorum dicit esse *παραπεπληγμένα. Bergl.* Lege *αἰεί. Bentl.*

μεθύοντες αἰεί. Vulgo *ἀεί.* Vide quae notavi ad Aeschyli Pers. 174. et Eurip. Phoen. 84. Mihimet ipsi constare volui. Sed si quis istud *αἰεὶ* e scenicis exsulare iuberet, illi non refragarer. — *πανταχοῖ.* Vulgo minus bene *πανταχοῦ.* Haec accurate distinxit Photius, cuius observationem e Lexico MS. protulit Hesychii interpres ad *πανταχῶς. Πανταχῇ, πάντα τρόπον. καὶ πανταχοῦ ἐν παντὶ τόπῳ· καὶ πανταχόθι. πανταχοῖ δὲ καὶ πανταχόσε, εἰς πάντα τόπον.* Saepe confusa a librariis ista adverbia. In Av. 165. ubi vulgo legitur: *μὴ περιπέτεσθε πανταχῇ κεχηνότες*, membr. habent *πανταχοῦ:* at vero legendum *πανταχοῖ. Brunck.*

1240. (1239. K.) *ᾄδοι Τελαμῶνος.* *Canere de Telamone* proverbium est relatum ab Eustathio in Boeotia, et recensuit Erasmus. Sed de Clitagora, quae fuit poetria Lesbia, certum est hoc nomine melos vo-

catum quoddam, cuius initium fuerit, *Κλειταγόρα*, ut illius *παῖ Τελαμῶνος*, de quo in Vespis diximus. *Fl. Chr.* Intelligit scolion, carmen conviviale de Aiace Telamonis filio, cuius initium refert scholiastes: exstat autem apud Athenaeum p. 695. inter plura scolia: *παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητὰ, λέγουσ' σ'* [sic] *ἐς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν κ' Ἀχιλλέα.* *Bergl.*

Κλειταγόρας ἄδειν δέον. Clitagora fuit poetria; vide ad Vespas 1258. Apparet autem pro scoliis cantari solita in conviviis eius carmina: quorum materiam verosimile est non fuisse de bello et viris bellicosis. *Bergl.*

1241. *ἐπηνέσαμεν ἄν.* *Laudabamus*, inquit, *etsi quis absurda caneret in nostro convivio; tam pacifici eramus.* Est autem absurdum in convivio, quod propter pacem modo initam erat institutum, cantare carmina de bello, aut bellicosis viris; quale est illud de Telamonis filio; et non potius carmen aliquod Clitagorae feminae a bello abhorrentis. Unde in Pace v. 1270. quum puer instante iam convivio caneret de armatis iuvenibus, alter eum obiurgans dicit: *παῦσαι ὁπλοτέρους ᾄδων, καὶ ταῦτ', ὦ τριςκακόδαιμον, εἰρήνης γ' οὔσης· ἀμαθές γ' εἶ καὶ κατάρατον.* *Bergl.*

1242. In Veneta editione tres hos versus sequentes famulus vel *θεράπων* pronunciat. *Fl. Chr.* Hunc versum et sequentes duos servus, *ὁ θεράπων*, pronuntiat in editione Farrei. Recte quidem, quod ad priores duos attinet; loquitur enim ille servus ianitor de iis, qui ingredi ad convivium volebant. Vide supra ad v. 1218. Sed tertium versum illi debent pronuntiare, qui ingredi volebant. *Bergl.*

1244. Haec, ut dixi, ab iis debent pronuntiari, qui intrare volebant et quos abegerat; dicunt enim, postquam vident convivas egredi, finito convivio, se iam nolle ingredi. *Bergl.*

1245. (1242. Br.) Lege *Πουλυχαρίδα.* *Bentl.* Ista Legatus dicit puero tibicini, qui eum e convivio exeuntem comitatus fuerat; unde liquet vocem *πολυχαρίδας* non esse nomen proprium, sed blandam compellationem, qua utebantur Lacones. Nimis ineptum

est, quod hoc nomine Atheniensem virum induxi. Reponenda sunt omnino personarum nomina ad eum quem dixi modum in nota ad v. 1086. *Brunck.* in Supplem.

1246. (1243. Br.) *διποδιάξω. διποδία* vel *διποδισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως* (male apud Suidam *δισποδία*). Erat autem saltatio, in qua iunctis pedibus labore et conatu magno picas imitabantur. Sunt vero *φυσαλίδες αὐλοί. Fl. Chr.* Suidas *δισποδιάξω* et mox *κἀείσω* dein *καὶ* in *δισποδία:* lege *κἀᾄς* pro *καί. Bentl.* Laconicae saltationis genus erat, ut observatum Meursio in Orchestra, *Δισποδία, Δισποδισμός. Brunck. διποδιάξω γε.* Scribe e dialecto *γα. Brunck.* in Supplem.

κἄΐσω καλόν. Est locus corruptus, qui in MS. Vatic. rectius, ut puto, sic legitur, *καὶ κινήσω καλόν. Kust. κἀείσω.* Hoc ex emendatione est nescio cuius, sed bona. Sic iam legebat Meursius loco citato. Aug. et vett. editt. *κἄΐσω.* Notissima phrasis est *ᾄδειν εἴς τινα:* nec loci sensus de quopiam alio verbo cogitare sinit. Ambo Regii dant *καὶ κινήσω καλὸν*, quam lectionem in Vat. etiam MS. repertam probat Kusterus, posthabita metri lege, quae illam respuit. Vide enim qui versum illum dimetiare:

ἰν' εγω | διποδι | αξω | γε και κι | νησω | καλον.

Praeterea quid significat *κινήσω καλὸν εἰς τοὺς Ἀθηναίους*? huius similes aliquot Kusteri notae non fuerunt, ut Lysistratae nostrae consilium,

πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν ἐῤῥιπτασμέναι.

Suspicari quis possit voces illas *καὶ κινήσω* glossema esse, olimque scriptum fuisse *κἄΐξω* pro *καὶ ἄΐξω*. Sed hoc si metro satisfacit, probabili sensu cassum esse. *Brunck.*

1247. (1244. Br.) *ἐς τὼς Ἀσαναίως.* Pro *ἐς τοὺς Ἀθηναίους. Bergl. κἠς ἡμᾶς.* Regii *καὶ ἐς ἡμᾶς*, unde Doricum *κἠς* facile erat eruere. Vulgo titubante versu *καὶ ἡμᾶς. Brunck.*

1248. (1245. Br.) *λαβὲ δὴ σὺ τὰς* — Sic bene A. In B. *λαβὲ δὴ τὰς* — Vulgo *λαβὲ δῆτα τὰς* — [Vid. Reisig. I. p. 210.] Hesych. *φυσαλλίδες, φυσητήρια, αὐλοί.* Eundem ad modum scripta est haec vox in A. duplici

λ: in duobus aliis unico, ut apud Suidam. Pessima est veterum editionum scriptura *φυσσαλίδας*. In *φυσᾶν* prima longa est. *Brunck.* MS. Vatic. *φυσαλλίδας*. *Kuster.*

1249. (1246. Br.) *ὡς ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὁρῶν ὀρχουμένους.* [Sic Bentleius.] Vulgo foedissima metri corruptela legitur, *ὡς ἥδομαί γ' ὁρῶν ὑμᾶς ὀρχουμένους*, quod tamen concoxerunt interpretes. In duobus Regiis *ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὀρχουμένους*, omisso *ὁρῶν*, quod versus integritati adeo necessarium est, ut dubitari non possit, quin a poeta sit: et hoc habet Aug. sed sede sua, ut vulgo, motum. Alias salva sententia abesse posset. Quin scita est phrasis *ἥδομαι ὑμᾶς ὀρχουμένους*, cuius tamen elegantiam non credo librariis ita placuisse, ut eius specie ducti *ὁρῶν* consulto omiserint. Vide Musgravium ad Eurip. Suppl. 528. et Valckenarium ad Hippol. 1359. *Brunck.*

1250. et sqq.

ὄρμαον
ὄρμαον
τοῖς κυρσανίαις
ὦ Μναμοσύνα
τὰν τεὰν
μῶαν, ἅ-
τις οἶδ' ἄμμ'
Ἀσαναί-
ως τ', ὅκα
τοὶ μὲν ἐπ'
Ἀρταμιτίῳ πρό-
κρουον θείκελοι ποτ-
τὰ κάλα, τὼς
Μήδως τ' ἐνικ-
άσαμεν· ἄμμε δ' αὖ Λε-
ωνίδας ἄγεν, ἅπερ
τὼς κάπρως θήγ-
οντας ὅσδῳ
τὸν ὄδοντ-
α· πολὺς δ'
ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς
ἦνσ-
ει, πολὺς δ' ἅμα κατὰ
σκέλοιν·
ἦν δὲ τὠνδρες
οὐκ ἐλάσσως
τᾶς ψάμμω
τοὶ Πέρσαι·
Ἀγρότερ' Ἄρταμι σηρ-
οκτόνε δεῦρο μόλ', ὦ,
ποττὰς σπονδὰς, ὡς συν-
έχῃς πόλυν [sic]
ἄμμε χρόνον· νῦν κἀν φι-
λία γ' ἀὲς
εὔπορος εἴης ταῖς
συνθήκαις, καὶ τᾶν
αἱμυλᾶν ἀλ-
ωπέκων παυ-
σαίμεθ'· ὦ,
δεῦρ' ἴθ', ὦ
σιὰ κυναγ-
ὲ παρσένε.

V. 2. *ὄρμαον* reduplicavi. V. 3. Redde *τοῖς κυρσα-*

νίαις — iuvenibus. Intelligere nequeo *τὼς κυρσανίους.* V. 5. Inepte Brunck. e MS. *τάν τ' ἐμὰν μῶαν.* Memoriae dicuntur filiae esse Musae. V. 14. Pro *ἐνίκων* dedi *ἐνικάσαμεν* ob scolion apud Athen. XV. p. 694. D. sic legendum *Ἐνικάσαμεν, ὡς ἐβουλόμεσθ — α, νίκην ἔδοσαν θεοὶ φέροντ — ες παρὰ, Πανδρόσου λέ — ῳ φιλίαν, Ἀθανᾶν:* ubi vulgatur *ὡς φίλην:* at per *λέω Πανδρόσου* intellige *plebem Atticam*, sic appellatam a Pandroso, filia Cecropis. V. 18. Vulgo *θήγοντας οἵω:* Brunckius *οἵω* temere reiecit. Ipse erui *ὄσδῳ.* Etenim apris est proprium dentes arbore exacuere. Vid. Aesopi Fab. CLXXXV. *Ὑς ἄγριος ἑστὼς παρά τι δένδρον τοὺς ὀδόντας ἠκόνα.* Neque hic est unicus locus, ubi *ὄσδος* corrumpitur. In Theocrit. Idyll. XIX. 29. legitur *Ὣδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἀμῖν Πιερίᾳ μεγάλα ἀτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ.* At MSS. *ἀνέδραμε κόσμος.* Tu lege *Πιερίᾳ τ' ἐλάτας ἄτ' ἀνέδραμεν ὄσδος ἀρούρᾳ* collato Idyll. XXIV. 101. *νέον φύτον ὡς ἐν ἀλωᾷ Ἐτρέφετ':* et Homerico *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος,* et Euripideo in Hec. 20. *Τροφαῖσιν ὥς τις πτόρθος ηὐξόμην.* Illa *ἐλάτη* est *pinus* arbor. V. 22. Vulgo *πολύς θ' ἅμα καὶ κατὰ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο.* At *ἵετο* est e gl. *ἦνσει*, mox MS. *καὶ κατῶν.* Sed aliud hic aliquid legebat Hesychius, *Ἀφρὸς κυρίως θάλλον καὶ ἀφρῶδες δὲ διαχώρημα ὡς Ἀριστοφάνης. Πολὺς δέμας κατὰ τήν.* Ita MS. teste Schowio. Emendat Kuster. *θαλάσσιον — πολὺς δ' ἅμα κατὰ τοῖν (σκελοῖν).* At *τοῖν* metrum respuit, neque articulus adesse poterat propter locutionem similem apud scholia pleniora in Rav. quam in cod. Voss. sic *Ἀφρός· πολὺς δ'* (lege *γὰρ*) *ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα,* (cod. Voss. *τὸ στόμα*) *καὶ* (lege *ὡς*) *Σοφοκλῆς. Αἰσχύλος δέ. Ἀφρὸς βροτείας* (Voss. *βορᾶς*) *ἐῤῥυηκότα στόμα.* Lege *Ἀφρὸς δὲ βροτόεις ἐῤῥύη κατὰ στόμα:* qui versus Aeschyli fuit dictus de Oreste furibundo. Cf. Orest. 220. *στόματος ἀφρώδη πέλανον.* Quod ad *βροτόεις*, ea vox restituitur Aeschyli Suppl. 892. in class. Iourn. No. VI. p. 417.: quod ad *ἐῤῥύη*, cf. illa Xenophontea *κατάπλεον αἵματος· ἐῤῥύη γὰρ — ἐκ τῆς ῥινὸς* et *Ἐῤῥύη ἐκ τοῦ σώματος αἷμα:* quod ad *κατὰ στόμα* cf. Med. 1174. *διὰ στόμα Χωροῦντα λευκὸν ἀφρόν:* ubi Ald. *κατὰ στόμα.* V. 28. Vulgo *μόλε δεῦρο παρσένε σιά,* et in 36. *δεῦρ' ἴθι δεῦρ' ὦ κυναγέ.* Transposui *σιά:* cui, olim omissae, additur *παρσένε* a libra-

rio, indicandi causa, quem in locum reponi debeat. *G. Burges* in classical Iournal XXX. p. 289. — 291.

Thierschius in Iacobsii Florilegio poetico p. 547. — 549. hoc carmen sic descripsit:

Ὄρμαον
τὼς κυρσανίως, ὦ Μναμόνα,
τάν τ' ἐμὰν Μῶαν, ἄτις
οἶδεν ἄμμε τώς τ' Ἀσαναίως·
ὄκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ
πρόκροον θείκελοι ποττὰ κᾶλα,
τὼς Μήδως τ' ἐνίκων.
Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
ἄγεν ἅπερ τὼς κάπρως
θάγοντας τὸν ὀδόντα· πολὺς δ'
ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἦνσει,
ἦν γὰρ τῶνδρες οὐκ ἐλάσσως
τᾶς ψάμμας, τοὶ Πέρσαι.
Ἀγρότερ' Ἄρτεμι σηροκτόνε,
μόλε δεῦρο παρσένε σιὰ
ποττὰς σπονδάς,
ὡς συνέχῃς πολὺν ἄμμε χρόνον.
Νῦν δ' αὖ φιλία
αἰὲς εὔπορος εἴη
ταῖς συνθήκαις, καὶ τᾶν
αἱμυλᾶν ἀλωπέκων παυσαίμεθα·
ὦ δεῦτ', ἴθι δεῦρ'
ὦ κυναγὲ παρσένε.

Reisigius in Syntagm. critico p. 43.

ά. Ὄρμαον
β'. τὼς κυρσανίως ὦ Μναμόνα
τὰν τεὰν Μῶαν, ἅ-
τ' οἶδεν ἀμὲ τώς τ' Ἀσαναίως·
β'. ὄκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ
πρόκροον θείκελοι
πὸτ τὰ πολλὰ κᾶλα, τὼς Μήδως
ά. τ' ἐνίκων·
Α'. ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
Α'. ἄγεν ἅπερ τὼς κάπρως
ἐπῳδός. θάγοντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα.
Β'. πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἦνσει,
Β'. πολὺς δ' ἅμα κὰτ τῶν σκελῶν ἴετο.

ἐπῳδός. ἦν γὰρ τῶνδρες οὐκ ἐλάσσως
τᾶς ψάμμας, τοὶ Πέρσαι.

1250. (1247. Br.) *ὄρμαον.* Fortassis pro *ὅρμα οὖν.* Quod autem ait *Μναμόνα*, nescio quid sit, nisi quod scribit Hesychius: *Μνανόυι, μοῦσαι, μνηστῆρες.* Idem *μῶαν* esse ait *ᾠδὴν ποιάν.* Sed et pro *οἶδεν* legerem *ᾄδεν. Fl. Chr.*

ὄρμαον. Pro *ὄρμασον*, et hoc pro *ὄρμησον.* Canit autem Dorice. *Bergl. ὄρμαον, Μῶα*, et supra 995. *πᾶα*, pro *ὄρμασον, Μῶσα, πᾶσα*, idiomata sunt Laconicae dialecti, de quibus vide Valckenarium in Theocr. p. 274. *Brunck.*

1251. (1248. Br.) *τὼς κυρσανίως.* Pro *τοὺς κυρσανίους*, id est *ἐφήβους.* Sed scholiastes hic legerat *τῷ κυρσανίῳ*, qui totum locum sic exponit: *ὄρμησον, ὦ Μνημοσύνη, τῷ ἐφήβῳ τὴν σὴν Μοῦσαν*, ut per ephebum sive iuvenem illum intelligatur Polycharidas tibicen. Alius tamen scholiastes, ut videtur, legerat, ut est editum; dicit enim: *λείπει δὲ ἡ εἰς πρόθεσις· εἰς τοὺς κυρσανίους.* De voce autem *κυρσανίους* scholia: *κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους παρ' αὐτοῖς.* Vide supra v. 982. *Bergl.*

Μναμόνα. MS. Vat. *μναμοσύνα*, quod in textum recepimus. *Kust.* Lege *μναμόσυνα.* Vid. schol. *Bentl. ὦ Μναμοσύνα.* Sic Regii. Aug. et vett. editt. *ὦ μναμόνα. Brunck.*

1252. (1249. Br.) *τὰν τεὰν Μῶαν.* Pro *τὴν τεὴν* (i. e. *τὴν σὴν*) *Μοῦσαν, ἥτις. Bergl. τάν τ' ἐμὰν Μῶαν.* Sic bene Regii: vulgo *τὰν τεάν. Brunck.*

1253. *ἀμὲ τὼς τ' Ἀσαναίως.* Pro *ἡμᾶς τοὺς τ' Ἀθηναίους. Bergl. ἄμμε.* Sic scriptum in A. Vulgo *ἀμέ. Brunck.*

1254. *ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ.* Pro *ὅτε οἱ μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Bergl. ἐπ' Ἀρταμιτίῳ.* Artemisium promontorium Euboeae. Philistus vocat *Ἀρτεμίτιον. Fl. Chr.*

1255. (1253. Br.) *πρόκροον.* Forte pro *προέκρουον*, ut et Bisetus putat. Forte *προκρούειν* ut *προκόπτειν. θείκελοι* autem pro *θεοείκελοι. Bergl. πρόκροον θείκελοι*

ποττὰ κᾶλα, *in naves Persarum.* Sic in utroque Regio scriptum: male vulgo κἀλά. πρόκροον autem e dialecto est pro προΰκρουον. *Brunck.*

θείκελοι. Pro θεοείκελοι, ut puto. Nam Hercules in bello ad Thermopylas Leonida duce dicitur ἀποθεωθῆναι. *Fl. Chr.*

1256. ποττά. Pro πρὸς τά. τὼς Μήδως autem pro τοὺς Μήδους. *Bergl.* ποττὰ καλά. An πότνα καλὰ, ut ad deam referatur? an ποττὰ καλὰ ad res egregias et pulcra facinora, πρὸς τὰ καλὰ ἔργα? an potius κάλα sunt ligna, ut per ea naves intelligantur secundum responsum oraculi, quod ligneos muros iubebat aedificare? μᾶλλον τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. *Fl. Chr.*

1257. ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας. Pro ἡμᾶς δ' αὖ Λεωνίδας. Ceterum Leonidas, rex Lacedaemoniorum, sub adventum Xerxis occupaverat angustias Thermopylarum, ut aditu Graeciae prohiberet Persas. Vide Herodotum in Polymnia. *Bergl.*

1258. ἄγεν. Forte ἄγεν pro ἦγεν, pro quo usitatum ἤγαγεν. *Bergl.*

αἴπερ. Editio Farrei αἴπερ· eadem tamen supra v. 1002., ubi haec particula Dorica occurrit, habet αἴπερ, uti et infra v. 1314. Vide ibi notam. τὼς κάπρως autem pro τοὺς κάπρους. *Bergl.*

κάπρως θάγοντας. Sic etiam de apro Philippus dixit in libro IV. Florilegii epigrammatarii: θηκτὸν ὀδόντα βρύχοντα. Nisi mea me fallit coniectura, quae pro θνητὸν reposuit θηκτὸν in epigrammate Philippi. *Fl. Chr.*

1259. (1256. Br.) θαγόντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα. θαγόντας aor. 2. a θήγω. potest etiam legi θάγοντας in praesenti, pro θήγοντας. Ceterum comicus videtur imitatus locum Euripidis in Phoeniss. 1590. κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν ξυνῆψαν, ἀφρῷ δὲ διάβροχοι γενειάδες. Huc pertinet illud in Ranis v. 825. θήγοντος ὀδόντα ἀντιτέχνου. Virgilius III. Georg. — *dentesque Sabellicus exacuit sus.* οἰῶ autem est *puto*; sed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus. *Bergl.*

Vulgo *θάγοντας οἰῶ τὸν ὀδόντα*, ad quae Berglerus sic commentatur. *οἰῶ autem est puto; sed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus.* Abundat quidem, sed ita absurde, ut plane eiiciendum sit, librarioque reddendum, qui illud inferciit. *Brunck.*

Nulla profecto erat causa, cur insertum, idque eleganter, in hoc versu verbum *οἴω* eiicerem; abundat hic, ut v. 156. Nec deerunt fortasse, quibus minus probabitur, idem verbum *οἴω* in v. 998. mutatum a me fuisse in *οἶα*: meque etiam nunc coniecturae istius poenitet, quae me primum melioris sensus specie deluserat. Non satis adtenderam ad venustum usum verborum dubitandi, *οἶμαι, δοκέω, νομίζω, εἰκέναι*, quae apud quosvis scriptores, praesertim vero Atticos, sic adhibentur, etiam quum quis de re certa, et quam maxime compertam habet, loquitur. *οἶμαι* centies ita apud comicum occurrit. Verbi *δοκέω* frequentissimus est Xenophonti usus. Vide Hutchinsonum ad *K. Π.* praefationis ultima verba: *ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ ᾐσθήσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι.* E tribus istis exemplis verbi *οἴω* mediae sententiae interiecti, quae Laconum sermo in hac fabula exhibet, pronum est colligere fuisse hunc idiotismum illis perquam familiarem. *Brunck.* in Supplem.

1260. *ἀμφὶ τὰς γέννας ἀφρός.* Vide locum modo ex Euripide adductum. Pro *γέννας* autem editio Farrei *γένας*. *Bergl.*

ἤνσει. Pro *ἤνθει*, ab *ἀνθῶ*. *Bergl.*

1261. (1258. Br.) Vulgo *πολὺς θ' ἅμα καὶ κατὰ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο.* Uterque Regius *πολὺς δ'* — Tum A. *καὶ κατῶν*, mendose pro *καττῶν*. Nomen *ἀφρὸς*, e superiori versu male repetitum, glossema est, quod expungi debuit. *Brunck.*

1265. *ἦν γὰρ τ' ὦνδρες οὐκ ἐλάσσως.* Pro *ἦσαν γὰρ θ' οἱ ἄνδρες οὐκ ἐλάσσους. Bergl.* *ἦν.* Pro *ἦσαν.* Sic apud Sophoclem Trachin. p. 549. edit. Henr. Steph. [v. 527. aut 529. *Bergl.*] *ἦν δ' ἀμφίπληκτοι κλίμακες:* pro *ἦσαν.* Vide ibi schol. *Kuster.*

1264. *τᾶς ψάμμας τοί.* Pro *τῆς ψάμμης* (sive *τῆς ψάμμου οἱ. Bergl.*). Erant, inquit, Persae (Medos vo-

cat Thucydides, sed Medorum nomine Persae innuuntur vel teste Horatio: *neu sinas Medos* etc.) innumerabiles instar arenae. *ψάμμην* enim puto esse *ψαμμον*, vel *ψάμαθον*: alias significat *ἄλφιτα*. Hoc autem loco *ἦν* positum puto pro *ἦσαν*. *Fl. Chr.*

1265. (1262. Br.) *ἀγρότερ' Ἄρτεμι*. In Thesmoph. 120. *Ἄρτεμιν ἀγροτέραν*. *Bergl.* *ἀγρότερ' Ἄρταμι*. Male vulgo *Ἄρτεμι*. Ut supra 1251. *Ἀρταμιτίῳ* scriptum e dialecto, pro *Ἀρτεμισίῳ*, ita hic scribi debuit *Ἄρταμι* pro *Ἄρτεμι*. Vide Koenium ad Corinthum p. 159. [505.]. *Brunck.*

Ἄρτεμι σηροκτόνε. Pro *θηροκτόνε*. Euripides in Iphigenia Aulidea v. 1570. *ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι παῖ Διός*. *Bergl.*

1266. *παρσένε σιά*. Pro *παρθένε θεά*. *Bergl.*

1267. *ποττάς*. Pro *πρὸς τάς*. *Bergl.*

1268. *ἀμέ*. Pro *ἡμᾶς*. *Bergl.*

1270. *αἰές*. Pro *αἰὲν* i. e. *ἀεί*. *Bergl.* *φιλία τ' αἰὲς* Schaefer. ad Bucolicos p. 252.

1271. (1268. Br.) *ταῖς συνθήκαις*. Sic Regii. Vulgo *ταῖσιν*. *Brunck.*

1272. *τᾶν αἰμυλᾶν*. Pro *τῶν αἱμυλῶν* ab *αἰμύλη*, sive *τῶν αἰμύλων* ab *αἰμύλος*. *Bergl.*

1277. (1274. Br.) *τάςδε τε ὑμεῖς*. Id est *καὶ ὑμεῖς Ἀθηναῖοι τάςδε*. Male vulgo *τὰς δέ τε*. In Regiis scriptum *ταςδεῖ*. *Brunck.*

1279. *ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς*. Nomen *συμφορᾶς* est *τῶν μέσων*. Sic Alcaeus dixit *πὶν' ἐπὶ συμφορᾷ*, id est *ἀγαθῇ τύχῃ*. Aeschylus etiam in Agamemnone dixit *συμφορᾶς χάριν*, id est *εὐτυχίας*. *Fl. Chr.* Euripides in Alcestide v. 1155. *χορούς ἐπ' ἐσθλαῖσι συμφοραῖσιν ἱστάναι*. *Bergl.*

1280. (1277. Br.) MS. *εὐλαβώμεθα*. *Bentl.* *ὀρχησάμενοι θεοῖσιν*. *Postquam in honorem deorum saltaveritis*. De hac loquendi formula videndus Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 582. *ὀρχήσασθαι θεοῖσιν* plane eodem modo dictum, quo *τοῖς θεοῖς πιεῖν* dixit Anacreon, Od. XXXI. *Brunck.*

1282. et sqq.

πρόσαγε χόρον [sic]
ἄγε Χάριτες,
ἐπὶ δὲ καλεσον Ἄρτεμιν
ἐπὶ δὲ Δίδυμον ἀγέχορον
ον Ἰήϊον
ἐπὶ δ' εὔφρονα
Νύσιον, ὃς μετὰ Μαινάσιν
Βάκχιος ὄμμασι θαίεται
διὰ πυρὶ
φλεγόμενος,
ἐπί τε ποτνίαν
ἄλοχον ὀλβίαν,
εἶτα δὲ δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν
ἡσυχίας περὶ τῆς ἀγανόφρονος, ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις,
ὡς ἐπὶ νίκῃ εὐοῖ
εὐοῖ εὐοῖ εὐοῖ
ἀλαλαλαὶ ἰὴ παιήων αἴρεσθ' ἄνω·
σὺ δέ, Λάκων, πρόφαινε μοῦσαν ὀπὶ νέᾳ νέαν.

V. 2. Vulgo ἔπαγε. At saepe sic usurpatur simplex post compositum. Cf. Bacch. 1054. *Κάτηγεν ἦγεν.* Alcest. 411. *ὑπάκουσον ἄκουσον.* Med. 1247. *κατίδεϊ' ἴδετε.* V. 14. Inepte vulgo *ἡσυχίας — μεγαλόφρονος.* Dedi, quod ipse comicus praecipit in Av. 1521. *ἀγανόφρονος Πειθυίας*: vid. et Ibyci fragmentum apud Athen XIII. p. 564. *Εὐρύαλε γλυκεῖ—ων Χαρίτων θάλος Καλλικόμων (τε κορ—ων) μελίδημα, σέ γ' Ἀ Κύπρις ἀτ' ἀγανοβλέφαρος Πειθ—οὶ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν:* sic enim ille locus scribi debet: confer quoque Cratini verba apud Lex. Bekker. p. 335. *ἀγονόφρονες ἡδυλόγοι σοφίαι.* Hanc coniecturam iratus video mihi praeripuisse Reisigium in Coniect. p. 165. V. 18. Pro *ἐπὶ* dedi *ὀπί*: vocem ipsam usurpat Homerus, et *ὀπὸς* comicus in Thesm. 127. *G. Burges* in classical Iournal XXX. p. 291. Thierschius in Iacobsii Florilegio poetico p. 549. 550. hoc carmen sic descripsit:

πρόσαγε χορόν· ἔπαγε Χάριτες, ἐπὶ δὲ καὶ
καλεσον Ἄρτεμιν,
ἐπὶ δὲ Δίδυμον ἀγέχορον, Ἰήϊον
εὔφρον', ἐπὶ δὲ Νύσιον,

ὃς μετὰ Μαινάσιν ὄμμασι δαίεται,
Δία δὲ πυρὶ φλεγόμενον
ἐπὶ δὲ ποτνίαν ἄλοχον ὀλβίαν,
εἶτα δὲ δαίμονας,
οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπι-
λήσμοσιν ἡσυχί-
ας περὶ τῆς μεγαλήτορος, ἣν ἐποί-
ησε θεὰ Κύπρις.
Ἀλαλαὶ,
ἰὴ παιήων αἴρεσθ' ἄνω
ἰαίως ἐπὶ νίκῃ ἰαὶ
εὐοὶ εὐοί, εὐαὶ εὐαὶ
Λάκων πρόφαινε δὴ σὺ Μοῦσαν
ἐπὶ νέᾳ νέαν.

1282. (1279. Br.) Hic versus et sequentes vulgo Lysistratae continuantur. In Regiis adscripta chori persona. *Brunck.*

1284. (1283. K. 1281. Br.) *Δίδυμον ἄγε χορόν.* Scribendum *ἀγέχορον*, si per *Δίδυμον* intelligitur Apollo, qui ita dici potest, vel quia uno partu est editus cum Diana, ut recte Bisetus: vel quia in Didymis, loco quodam Mileti, est oraculum Apollinis, unde etiam *Διδυμαῖος* dicitur; scholia: *ἀπὸ Διδύμων τῆς Μιλήτου τόπου Διδυμαῖος Ἀπόλλων καλεῖται.* Potest autem et *ἄγε χορὸν* scribi et sic verti: *adduc et geminum chorum.* Scholia: *ἢ ὅτι δύο εἰσὶ χοροὶ, ὁ τῶν Λακώνων καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων.* Sed prior expositio magis placet. *Bergl.*

δίδυμον ἀγέχορον. Vulgo *ἄγε χορόν.* Peius Regii *ἄγετε χορόν.* Facilem certamque emendationem praecepit Berglerus. *Brunck.*

ἀγέχορον ἰκίον. Editio Veneta habet *οἰκεῖον*, male, ut arbitror. Nam *ἰκίον* videtur esse ab insula, quae *Ἶκος* dicitur, una ex Cycladibus: deinde metrum videtur postulare pedem pyrrhichium. *ἐπιδενύσιον* autem mutarem libenter et dividerem in tria *ἐπὶ δὲ Νύσιον.* Quod vero ait *μετὰ Μαινάσι*, nullus est error: nam praepositio haec etiam dativis iungitur; ut Homerus *μετὰ τοῖσιν ἔβη.* Sed mox pro *Διάτε* legerem *Δία τε*, ut ad Iovem referatur. *Tl. Chr.* Frob. *ἴκιον.* Scal. *ἰήϊον.* MS. *ἴδιον. Bentl.*

ἰήϊον. Est epitheton Apollinis; in Vespis v. 870. *ἰὴϊε Παιάν.* Ceterum editio Farrei pro *ἰήϊον* habet *οἰκεῖον*, quod non placet. *Bergl.*

1285. *Νύσιον.* Bacchi epitheton a loco. *Bergl.*

1288. Frob. *διάτε.* Scal. *διά τε.* ut MS. *Bentl.*

1290. (1287. Br.) *οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ'* — Tmesis pro *οἷς μάρτυσι ἐπιχρησόμεθα.* Sic divisim scriptum in Regiis. Vulgo *οἷς ἐπιμάρτυσι*, quod minus placet, maxime ob sequens epitheton *ἐπιλήσμοσιν. Brunck.*

1292. *ἡσυχίας πέρι τῆς μεγαλόφρονος.* In Avibus v. 1521. *τῆς ἀγανόφρονος ἡσυχίας. Bergl. ἀγανόφρονος* Reisig. I. p. 165.

1294. *ἀλαλαὶ ἰὴ Παιήων.* Ita et in Avibus 1761. *Bergl.*

1299. (1298. K.) *ἐπὶ νέα.* Verti quasi esset *ἐπὶ νέᾳ.* Scholiastes tamen *ἐπὶ νέα* in accusativo pl. neutrius generis videtur legisse, qui exponit: *ἐπὶ νεώτερα πράγματα νέαν μοῦσαν;* sed hoc non satis placet. *Bergl.*

1300. — 1327.

Ταὔγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκ-
λιπῶα,
μῶα μόλ', ἰὼ, Λάκαινα,
πρεπτὸν ἁμὶν
κλεῶα τὸν Ἀμ-
ύκλαισι σιὸν,
χαλκίοικον Ἀσάναν,
Τυνδαρίδας τ' ἀγασὼς,
τοὶ παρ' Εὐρώτ-
αν σιάδδον-
ται· μόλ', ἔμβας, ὦ,
εἶα κοῦφα πάλλ-
ὼ, ὡς Σπάρταν
ὑμνείωμες,
τᾷ σιῶν χόροι [sic] *μέλ-*
οντι καὶ ποδῶν κτύπ-
ος, ὅτε πῶλοι καὶ κῶραι
παρὰ τὸν Εὐρώταν ἀμ-
πάλλ-
οντι πυκνὰν ποδοῖν ἀνκό-
νισιν
τάν τε κόμαν σείονθ' ὥστε
Βακχᾶν
θυρσαδδωᾶν
καὶ παιδδωᾶν,
ἁγῆται δ'
ἃ Λατοῦς
ἀγνὰ χοραγ-
ὸς εὐπρεπής·
ἀλλ' ἄγετε κόμαν παραμπυ-
κιδδε χερὶ, ποδοῖν τε πάδη,
ᾇ τις ἔλαφος, πεδοῖ, κρότ-
ον δ' ἅμα πόη 'ν χορείᾳ
φυλέτᾳ, καὶ,
τῶν σιῶν τὰν
κράτισταν [sic], *χαλκίοικ-*
ον ὕμνη πάμμαχον.

V. 8. Vulgo *ψιάδδοντι:* quod nemo intellexit, De-

di σιάδδονται, i. e. θειάζονται. Etenim Tyndaridae post mortem sunt Diis adscripti. V. 9. Vice μάλ' ἔμβα re posui μόλ' ἔμβας. Etenim mentione facta Amyclarum facete comicus appellat, quasi personam, illud calceamenti genus, quod fieri solet Amyclis, teste Hesychio Λακωνικαὶ, ὑποδήματα, ἃ καλεῖται Ἀμυκλάδες. V. 15. Vulgo ἅτε vel ᾗτε. Redde ὅτε *quando*. V. 17. Exsta vel ἀγκονεύουσαι vel ἀγκονέουσαι. Dedi ἀνκόνισιν i. e. ἀνακόνισιν. Agnoscit H. Steph. Ὑποκόνισις, apud Theophrastum. Patet igitur et aliud compositum ben Graecum esse dictum. V. 18. Ita Koen. ad Gregor. p. 79. pro ταὶ δὲ κόμαι σείονθ'. V. 22. Ita Bergler. pro Λήδας. Non Ledae, sed Latonae filia choros ducebat V. 25. Vulgo ποδοῖν τε πάδδη πάδδη. MS. et Iunt. πάδη Hoc probum: et ex altero effice πεδοῖ. Certe in tal re mentio terrae est usitata. Horatius: *nunc pede libero Pulsanda tellus*, ad Alcaei exemplar νῦν χθόνα πρὸς βίαν παίην: iterum Latinus, *Gaudet invisam pepulisse terram Ter pede fossor.* Aliis fortasse displicebit ποδοῖν τε. Ii legere poterunt πόδικρα πάδη: advocato Hesychio ποδίκρα, ὄρχησις πρὸς πόδα γιγνομένη Λακωνες, et collato Lys. 82. καὶ ποτὶ πυγὰν ἄλλομαι. V. 28. E χορωφελέταν, quod intelligi nequit, erui χορεία φυλέτα. Hesych. Φυλέτης, ἐκ τῆς (αὐτῆς) φυλῆς ὁ ἐστιν ὁμόψυχος. V. 32. ὕμνη pro ὕμνει, ut πόη pro πόει. G. *Burges* in classical Iournal XXX. p. 291. 292.

ά. Ταὔγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιποῦσ'
ά. Μῶσα μόλ' ἐμὰ Λάκαινα πρεπτὸν ἄμιν
β'. κλεῶσα τὸν Ἀμύκλαισιν Ἀπόλλω
β'. σιὸν καὶ χαλκίοικον Ἀσάναν,
γ'. Τυνδαρίδας τ' ἀγασῶς, 5
τοὶ δὴ παρ τὸν Εὐρώταν ψιάδδοντι.
δ'. εἶα μάλ' ἔμβη, εἶα,
δ'. ὦ Ἶα κοῦφα πάλλων·
ἑ. ὡς Σπάρταν ὑμνιῶμες,
ἑ. τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι, 10
γ'. τᾷ τε ποδῶν κτύπος, ᾇ
πῶλοι ταὶ δὲ κώραι παρ τὸν Εὐρώταν
ϛ'. ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν
ἀγκονιῶαι, ταὶ δὲ κόμαι
ζ'. σειονθ', ἅπερ τᾶν Βακχᾶν 15
θυρσαδδοᾶν καὶ παιδδοᾶν.

ζ'. ἀγῆται δ' ἁ Λήδας παῖς
ἁγνὰ χοραγὸς εὐπρεπής.
ή. ἀλλ' ἄγε κόμαν παραμπύκιδδε,
ή. τᾷ χειρὶ τοῖν ποδοῖν τε πάδη,
ς'. πάδη ᾇτ' ἔλαφος, κρότον
δ' ἅμα ποίη χορωφελέταν.
ἐπῳδός. καὶ τὰν σιὰν δ' αὖ τὰν κρατί-
σταν χαλκίοικον ὕ-
μνη τὰν πάμμαχον.

Schema systematis antea prorsus confusi et obscuri hoc est:

ά. ά. β'. β'.
γ'. δ'. δ'. έ. έ. γ'. ς'. ζ'. ζ'. ή. ή. ς'.
ἐπῳδός.



Reisig. Syntagm. crit. p. 15.

Dieser Gesang ist nicht antistrophisch, sondern frey aus Versen zum Theil von derselben Gattung, zum Theil von andern Arten zusammengesetzt, die sich schwerlich ohne Mss. mit Sicherheit herstellen lassen. Die Responsionen, welche Reisig annimmt, sind zum Theil sehr hart, die Formen der Verse manchmal ganz ungewöhnlich, und Wortformen wie *θυρσαδδοᾶν καὶ παιδδοᾶν* bedurften auch eines triftigern Beweises, als der der alten Ausgaben ist. Der Anfang möchte wohl so gelautet haben:

Ταΰγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶα,
Μῶα, μόλε, μόλε, Λάκαινα, πρεπτὸν ἅμιν
κλεῶα τὸν Ἀμύκλαισι σιὸν Ἀπόλλω.

Die alte Lesart hat nur einmal *μόλε* und *τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιόν*. Das letztere möchten wir nicht geradezu verwerfen. Reisig liest *Μῶα μόλ' ἐμὰ Λάκαινα*. Er hätte, wenn er *μόλε* nicht wiederholen wollte, was uns das leichteste scheint, auch *ὦ Μῶα μόλε Λάκαινα* schreiben können. Gegen das Ende des Gesanges liegen drey iambische Verse so offenbar da, dass es zu verwundern ist, wie Reisig sie übersehen konnte. Sie scheinen so geschrieben gewesen zu seyn:

ἀλλ' ἄγε κόμαν παραμπύκιδδε χερί, ποδοῖν τε
πάδη,

ᾇ τις ἔλαφος, κρότον δ' ἁμᾶ ποίᾳ χορωφελήταν,
καὶ τὰν σιὰν δ' αὖ τὰν κρατίσταν χαλκίοικο
ὕμνη.

Hermann. in diariis Lipsiensibus a. 1818. fol. 121.

Thierschius in Iacobsii Florilegio poetico p. 55: hoc carmen sic descripsit:

Ταΰγετον
αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιποῦσα Μῶα
μόλε Λάκαινα, πρεπτὸν ἀμὶν
κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιὸν
καὶ Χαλκίοικον Ἀσάναν,
Τυνδαρίδας τ' ἀγασὼς,
τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιάδδοντι.
εἶα μάλ' ἔμβη,
ὠΐα κοῦφα πάλλων,
ὡς Σπάρταν ὑμνείωμες
τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι
καὶ ποδῶν κτύπος. ἅτε πῶλοι
αἱ κόραι παρ τὸν Εὐρώταν
ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονίωαι,
ταὶ δὲ κόμαι σείονται
ἅπερ Βακχᾶν θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν.
ἀγῆται δ' ἃ Λατοῦς παῖς
ἀγνὰ χοραγὸς εὐπρεπὴς,
ἀλλ' ὄγε κόμαν παραμπύκιδδε,
χερὶ ποδοῖν τε πάδη
ᾇ τις ἔλαφος· κρότον δ' ἅμα ποί-
η χορωφελέταν
καὶ τᾶν σιᾶν δ' αὖ τὰν κρατίσταν
Χαλκίοικον ὕμνη
τὰν πάμμαχον.

1500. ἐραννὸν ἐκλιπῶα Μῶα. Pro ἐρατεινὸν ἐκλιποῦσα Μοῦσα. Vox ἐραννὸς et apud alios occurrit. *Bergl.*

1501. πρεπτὸν ἀμὶν κλεῶνα. Mostella et imagines πρεπτὰ vocat Hesychius, et hic delubrum esse Apollinis puto. At κλεῶνα mendosum suspicor. In editione Veneta legitur κλεῶα, melius meo quidem iudicio, ut sit pro κλείουσα. Idem grammaticus exponit ψιαδεῖν, παίζειν, quod alii dicunt ἐψιάειν, vel ἐψιάσθαι. *Fl. Chr.*

τρεπτόν. Formatum a *τρέπω*· *ἀμὶν* autem pro *ἡμῖν*. *Bergl.* *ἄμιν* Hermann. de emend. rat. gr. Gr. p. 81.

1302. (1299. Br.) *κλεῶα*. Pro *κλείουσα*, a *κλέος*. *τὸν* autem pro *θεόν*. *Bergl.* MS. et Gry. *κλεῶα*. *Bentl.*

κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις σιόν — κλεῶα, ἐκλιπῶα, pro *κλεῶσα, ἐκλιπῶσα*, eaque pro communibus *κλέουσα, κλιποῦσα*. Vide supra ad 1247. Vulgo legitur *κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιόν*. Nomen *Ἀπόλλω* glossema est, et eiici debuit, quod iam monuit Valckenarius loco laudato [ad Adoniazus. p. 275. A.]. Dativus *Ἀμύκλαις* vel est pro genitivo *Ἀμυκλῶν* k), quod schema breviter observavi ad Apollonium III. 862. *χθονίην, νέροισιν ἄνασσαν:* vel potius pendet a suppressa praepositione *ἔν*, cuius frequens ellipsis. Sic Acharn. 697.

ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν;
εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὤτ' ἦμεν, ἐδιώκομεν.

Brunck.

1303. (1300. Br.) *Χαλκίοικον*. Ita dicta fuit Minerva apud Spartanos, vel quod aereum ei esset ibi templum, vel quod a Chalcidensibus conditum. Vide Suidam in *Χαλκίοικος*. *Ἀσάναν* autem pro *Ἀθήνην*. *Bergl.* *Χαλκίοικον*. Minervae cognomen apud Spartanos, de cuius ratione vide Meursium Misc. Lac. I. *Brunck.*

1304. *Τυνδαρίδας τ' ἀγασώς*. Pro *Τυνδαρίδας τε ἀγασούς*. Sunt autem Castor et Pollux. *Bergl.*

1305. *ψιάδδοντι*. Pro *ψιάζουσι* a *ψιὰ*, quod est *χιὰ*, teste Suida. *ἐψιᾶσθαι* etiam est *ludere*. *Bergl.* *ψιάδοντι* Scal. et MS. *Bentl.*

1306. (1303. Br.) *εἶα μάλα ἐμβηώϊα κοῦφα πάλλων*. Puta *εἶα paleas* esse et *aceres*, et *ἐμβηώϊα altum petentes*, quod ait propter pugilum et equorum certamina, in quibus multus in coelum attollitur pulvis. Nam antiquos dixisse *ὤϊα*, quae nunc *ὑπερῷα*, scripsit Clearchus in Amatoriis, ut recenset Athenaeus. Unde Hecuba, quae in altis aedibus educata fuit, credita est ex ovo genita olorino, vel anserino potius, ut est apud

k) Sed vid. Schaefer. ad Bosii Ellipses p. 698.

eundem Dipnosophistam. Dixit autem *πάλλων* pe enallagen numeri: nam debuit *πάλλοντες*. Legerei autem *μέλοντι*, non *μέλλοντι*. *Cui*, inquit, *curae cho deorum*. At vero *πῶλοι κόραι* sunt *παρθένοι*, alias *ἑτα ραι*, quas *ἀγκονευούσας* ait, id est *ἐγκονεούσας*, verb ficto a labore per pulverem. Nam vetus poeta inte exercitia Laconum ait: *Eurotas, pulvis, labor.* A eo verbo *ἄγκονος* est *δοῦλος* et *ὑπηρέτης*, et fortassis *an cillari* inde: quanquam alii *ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος*. *Fl. Ch*

ἔμβη. Sic recte Aug. Vide supra ad 990. Vulg *εἶα μάλα ἔμβα*. *Brunck*. Ab Kustero primum vulga rem formam reperio *ἔμβα* illatam tacite. *Reisig*. i Syntagm. crit. p. 18.

1507. (1504. Br.) *ὦΐα κοῦφα πάλλων*. Aug. et vet editt. *ὠΐα*. Kusterus, mutationis non reddita ratione *ὦ εἶα*, quod e scripto libro habuisse videtur: sic enim duos versiculos exhibent Regii:

εἶα μάλα, ἔμβα εἶα.
ὦ εἶα. κοῦφα πάλλων.

ὦΐα tam neutro genere effertur, quam feminino *ὠΐαι* quam vocem Hesychius exponit. *ὠΐαι, ἄκραι, ἔσχατα μηλωταὶ, λέγναι*. *Brunck*. Quam e veteribus editt. re vocavi lectionem, vereor ut exemplis adstrui possit *τὰ ὦΐα* vox nihili esse videtur, cuius frustra patrocinium susceperim. Sincerum est *ὦ εἶα*, quod tuentu ambo Regii, quodque tam frequens est apud comicum. *κουφὰ* neutrum plurale adverbii praestat usum *πάλλων* activum participium neutraliter adhibetur, u mox infra *ἀμπάλλοντι*. Nihil hic erat impediti. *Brunck* in Supplem. Vid. Reisig. in Syntagm. crit. p. 18. 19

1508. (1505. Br.) *ὡς Σπάρταν ὑμνιῶμες*. Vulgo *ἁ Σπάρταν ὑμνείωμες*. Bene uterque Regius *ὡς*. Tum B. *ὑμνίωμες*, servato dialecti idiomate, de quo supra ad v. 1002. Scribi debuit *ὑμνιῶμες*. — *ὡς* perinde ac *ὅπως ut*, causam finalem significans, raro apud comicum occurrit sine particula *ἄν*. Ter in hac fabula sic nudum reperitur, hic et 185. 1265. ubique in Laconum ore. Tragici *ὡς* et *ὅπως* sine *ἄν* saepissime adhibent. Verum ubi *ὅπως* non *causam finalem* significat, sed *modum rationemque agendi*, et per *quomodo* verti potest, ut supra 289. nunquam, nisi soloece,

cum aoristo primo subiunctivi construitur, sed cum futuro indicativi. Soloecum est, quod vulgo apud Sophoclem legitur Aiac. 556.

δεῖ σ' ὅπως πατρὸς
δείξῃς ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου τράφης.

legendum est δείξεις. Pendent ista ὅπως δείξεις a verbo suppresso ὁρᾷν, vel simili. δεῖ σε ὁρᾶν ὅπως δείξεις. Mirae imperitiae sunt, quae Parisinus Professor ad hunc locum nuper commentatus est, diversas significationes particulae ὅπως confundens, et exempla advocans, quae nihil ad rem faciunt. *Brunck.*

1309. τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι. Pro τῇ (quod pro ᾗ) θεῶν χοροὶ μέλουσι. *Bergl.*

1311. (1308. Br.) Scal. τοί τε πῶλοι καί: frustra. MS. ut editum. Hesych. πῶλοι, παρθένοι. *Bentl.* ἅτε πῶλοι δ' αἱ κόραι. Sic optime Regii, nisi quod scriptura ἄτε pro ἅτε exhibet, librarii errore. Versus hic est trochaicus. Absurde vulgo αἵ τε πῶλοι ταὶ κόραι — αἵτε coniunctim excusum in Iuntina depravatum est ex Dorico ἅτε. *Brunck.*

1312. πάρ. Pro παρά. *Bergl.*

1313. ἀμπάλλοντι. Pro ἀμπάλλουσι. Vide ad Ranas v. 1400. *Bergl.*

1314. (1311. Br.) ἀγκονεύουσαι. Id est ἐγκονοῦσαι. *Bergl.*

ἐγκονιῶσαι. Sic e dialecto scribendum. Quod vulgo habetur ἀγκονεύουσαι, vel quod est in B. ἀγκονέουσαι, nauci non sunt. Bene quidem animadvertit Berglerus, nihil aliud vulgato significari posse, quam ἐγκονοῦσαι: sed lectionis monstrum procurandum erat. Vide modo Hesychii interpretem ad ἀγκόνους. *Brunck.*

Εὐριπίδης ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ὑπὸ γυναικῶν κατηγορηθεὶς τὴν Ἀγάθωνος τοῦ πάντων κακίστου βοήθειαν, καὶ προστασίαν ἐπικαλεῖσθαι ἠναγκάσθη. αὐτὸν γὰρ ἐν τῷ τῶν ἑαυτοῦ παλαιῶν φίλων ἀριθμῷ ἐτίθει, καὶ διὰ τὸ αὐτὸν μαλακώτατον εἶναι, τῆς ἰδίας δυστυχίας δεινότατον αὐτῷ προστάτην ἐνόμιζεν ἔσεσθαι. πρὸς τοῦτον οὖν μετὰ Μνησιλόχου κηδεστοῦ προσῆλθε δεησόμενος ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἁπάσης τῆς οὐσίας προστασίαν λαβεῖν, καὶ τὰς τῶν κατηγόρων κατηγορίας ἀποκρούειν. ἵνα δὲ μᾶλλον αὐτὸν ἐπὶ τοῦτο προτρέπῃ, τὰς καλὰς ὑποσχέσεις, ἃς πολλάκις Ἀγάθων αὐτῷ ἐποιήσατο, εἰς μνήμην ἀνακαλεῖ, καὶ τὴν αὐτοῦ βοήθειαν, καὶ πίστιν νῦν ἀπαιτεῖ. ἀλλ' ὅπερ καὶ πάλαι ὑπώπτευεν, αὐτῷ παθεῖν συνέβη. καὶ γὰρ Ἀγάθων αὐτῷ παρεῖναι, καὶ συνδικεῖν οὐκ ἐθέλησεν.

– Ἀλλὰ Μνησίλοχος ὁ βέλτιστος, καὶ πιστότατος κηδεστὴς τῷ καιρῷ, καὶ τῷ καθήκοντι προσαχθεὶς, καὶ τὸ τοῦ κινδύνου μέγεθος ὁρῶν, εἰς ὃν ὁ Εὐριπίδης αὐτίκα πεσεῖν ἂν ἐδόκει, ἄσμενος, καὶ ἐθελοντὴς τὴν αὐτοῦ προστασίαν αὐτῷ ὑπέσχετο, καὶ γυναικείαν ἐσθῆτα πανούργως ἐνδυσάμενος, πρὸς τὴν τῶν Θεσμοφορίων ἑορτὴν ἦλθε, καὶ ἐκεῖ ἐν μεγίστῳ γυναικῶν πλήθει τὴν δίκην ὑπὲρ Εὐριπίδου γενναίως ὑπέσχε, καὶ τὰ τῶν κατηγόρων ἐγκλήματα πιθανῶς ἤρξατο διαλυειν. ἀλλ' ἀναγνωρισθεὶς ἀνὴρ ὢν ἐν σχήματι γυναικὸς τὴν τῆς φυλακῆς ἐψηφισμένην ζημίαν αὐτίκα φεύγειν οὐκ ἐδυνήσατο. καὶ γὰρ αἱ γυναῖκες ὀργῇ ἐπιτρέψασαι αὐτὸν εἰς φυλακὴν πικρῶς τιμωρήσουσαι παρέδωκαν, ἀλλὰ μετ' ὀλίγον ἀπάταις, καὶ τέχναις τισὶν ἐκεῖθεν ἀβλαβὴς Εὐριπίδου συνεργοῦντος ἀπέφυγεν.

Ὁ Εὐριπίδης ἀδιάλλακτος ταῖς γυναιξὶν ἐχθρὸς ὤν, διὰ τὴν αὐτοῦ ἐπιπολάζουσαν ἐπὶ πάσαις τραγῳδίαις κατ' ἐκείνων ἐφυβριστικήν τινα κακηγορίαν τε, εἰσηγγέλθη τὴν εἰσαγγελίαν τοῦ θανάτου ἐν Θεσμοφορίοις ὑπὸ τῶν γυναικῶν θεσμοφοριαζουσῶν κατὰ τὰ πάτρια ἔθη τῶν Ἀθηναίων. Ἀπορῶν δὴ ὁ Εὐριπίδης τὴν μεγίστην ἀπορίαν ὅ τι χρήσεται αὐτῷ, χ' ὅπως ἀποφεύγειν οἷός τ' εἴη ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν, καὶ διαλλαγὰς ποιεῖσθαι πρὸς τάσδε γυναῖκας Θεσμοφοριάζουσας καταφεύγει σὺν τῷ Μνησιλόχῳ, κηδεστῇ αὐτοῦ, πρὸς τὸν Ἀγάθωνα, κάκιστον δὴ πάντων τῶν ποιητῶν, γυναικοπρόσωπόν τε καὶ θηλυφανῆ. καὶ δεῖται ἐκείνῳ ὥστε θέλειν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖσθαι παρὰ ταῖσδε Θεσμοφοριαζούσαις γυναιξίν. ἀλλ' ὅδε Ἀγάθων μετὰ τῆς δυσχερείας ἀπαρνεῖται, καὶ οὐ φάσκει ἀπολογήσεσθαι ὑπὲρ τοῦ Εὐριπίδου. διὰ τοῦτο τοῦ Εὐριπίδου ἔτι μᾶλλον ἀποροῦντος, καὶ ταλαντευομένου, ὁ Μνησίλοχος πιστότατος αὐτοῦ φίλος ὢν καὶ κηδεστὴς, τὸ γυναικεῖον κόσμημα ἀμφιβληθεὶς χ' ὑπενδυσάμενος εἰσέρχεται εἰς τὰ Θεσμοφόρια, ὡς γυνὴ γυναικὸς δὴ σχῆμα παρασχὼν, καὶ καρτερῶς ἀνδρείως τε ὑπεραγωνίζεται χ' ὑπεραπολογεῖται τοῦ Εὐριπίδου. γνωσθεὶς δὲ τελευτῶν ὑπὸ τῶν Θεσμοφοριαζουσῶν ὅτι ἀνήρ ἐστι, καὶ εἷς τῶν τοῦ Εὐριπίδου φίλων, ἀπάγεται καὶ ἐμβάλλεται εἰς τὸ δεσμωτήριον τοῦ Πρυτανέως ἐπιτάξαντος, ὅστις μετεπέμφθη ὑπὸ τῶνδε Θεσμοφοριαζουσῶν ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ τοῦδε Μνησιλόχου, ἀλλ' ἐκ τούτων δεσμῶν ἐξέρχε-

ται, καὶ ἀπολύεται διὰ τῶν ποικίλων σοφισμάτων καὶ μηχανημάτων τοῦ Εὐριπίδου, ὅστις πάντα περιβάλλεται τε εἴδη καὶ πρόσωπα τοῦ μὴ γιγνώσκεσθαι, χ' οὕτω ῥᾳδίως διασώζειν τοῦτον τὸν Μνησίλοχον. Σημαίνει δ' αὖτη ἡ κωμῳδία ἠθικόν τι, δηλονότι, τὸν φίλον ὑπὲρ ἡμῶν κινδυνεύσαντα οὐδέποτ' εἶναι προθυτέον, οὐδ' ἂν ἀποθανεῖν μέλλωμεν, ἀλλὰ πᾶσαν δεῖν πεῖραν πειρᾶσθαι, ὥστε ἐκεῖνον σώζειν καὶ ἐκλύεσθαι τῶν κινδύνων.

THESMOPHORIAZUSAE FABULA

QUANDO ET QUO SUCCESSU ACTA FUERIT

EX SAMUELIS PETITI MISCELL. LIB. I. CAP. XIII.

Exstat haec fabula actaque est, mea sententia, Dionysiis: indicio est primus fabulae versus:

ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρα πότε φανήσεται;

et paulo post de Agathone poeta tragico:

Εὐ. Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ.
Θε. μηδὲν ἱκέτευ', αὐτὸς γὰρ ἕξεισιν τάχα
καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται. χειμῶνος οὖν
ὄντος, κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον,
ἢν μὴ προΐῃ θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον.

Optime haec illi anni tempestati conveniunt. Elapheboliona namque mense, praecipitata iam hieme, vero novo imminente dicuntur. Atque haec de festo: iam vere de anno, quo producta est in scenam fabula, agamus. Qua in re etiam nos destituunt veteres. Videamus tamen, si quid coniectura valemus assequi. In anno necis Socratis assignando non eadem est et constans veterum opinio. Alii enim, quae pars maior esse videtur, Socratem septuagenarium volunt supremum obiisse diem, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ut loquitur Apollodorus in Chronicis, id est Olympiade nonagesima quinta, Praetore Athenis Lachete. Quidam vero Socratis necem conferunt in annum tertium Olympiadis nona-

gesimae secundae, qui Praetorem habuit Glaucippum. Nam ex illorum sententia Socrates annos natus sexaginta ivit illuc, unde negant redire quenquam. Atqui annus Socratis sexagesimus incidit in Praeturam Glaucippi, sive annum tertium Olympiadis nonagesimae secundae. Quam verum id sit, iam non disputamus. Hoc tamen unum constat, literis esse proditum a quibusdam, Euripidem Socratis necem graviter, ut par erat virum amicissimum, tulisse: itaque Palamedem suam quum doceret, haec verba in ea fuisse pronuntiata:

ἐκάνετ' ἐκάνετε τὸν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μοῦσαν.

Quae verba ubi spectatores, cur dicerentur, intellexissent, toto theatro lacrymas fuderunt. Palamedem autem commisit Euripides Olympiade illa, qua Exaenetus Acragantinus stadio vicit, ut refert Aelianus V. H. libr. II. cap. VIII. Olympiadis numerus corruptus. Viri eruditissimi emendant, κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον. Habent emendationis fundum anonymum [Scaligerum] in descriptione Olympiadum ad Olympiadem nonagesimam primam. Sed longe falluntur, meo iudicio. Bis stadium vicit Exaenetus, Olympiade nonagesima prima et sequenti nonagesima secunda: Aelianus autem annum quo Palamedem docuit Euripides, solo Olympionicae Exaeneti, non etiam τοῦ Ἄρχοντος ἐπωνύμου nomine signat. Quare cur ad priorem potius Exaeneti victoriam quam ad posteriorem haec referri debeant, causae quid sit non video. Quin contra ita censeo: Olympiadis nonagesimae secundae (καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον τὸ δεύτερον) anno tertio, Archonte Glaucippo, Euripides Palamedem suam commisit cum Xenocle. Quia namque Glaucippo Archonte eam fabulam produxit in scenam Euripides, hinc factum ut illi (si enim ante hunc annum acta esset, iis sua non constaret ratio), qui eodem Archonte Glaucippo Socratem veneno sublatum scribunt, hac fabula Euripidem decorasse Socratem lacrymis, planctusque fecisse laudatis iam a nobis verbis, item scribant. Quare reponendum existimo apud Aelianum: κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἐννενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, restituendamque loco suo, ad annum scilicet tertium Olympiadis nonagesimae secundae, notam illam anonymi in descriptione Olympiadum, quae legitur hodie ad Olympiadem nonagesimam primam: ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις

Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης etc. His disputatis sciendum est, Aristophanem hoc dramate Euripideae Palamedis meminisse quasi anno quarto actae. Ergo edidit hoc drama Aristophanes anno quarto Olympiadis nonagesimae secundae, Archonte Diocle; tum quia anno post editionem Palamedis acta est; tum etiam quia notant veteres critici in suis didascaliis, *ἐπὶ Ἄρχοντος Διοκλέους Εὐριπίδης τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε.* Eodem anno Helenam, affinis cum Oreste argumenti, commisisse suspicamur. Ratio est, quia quae toto docebantur anno tragicorum dramata et *τετραλογίαν* sive *τριλογίαν* unam conficiebant, hypotheses cognatas habebant. Sic anno in scenam produxit Euripides *Ἀλέξανδρον, Παλαμήδην, Τρῳάς, καὶ Σίσυφον σατυρικόν:* ita horno docuit Helenam et Orestem, anno scilicet quarto Olympiadis nonagesimae secundae, quo etiam hoc suum drama docuit Aristophanes. Nam *τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι,* inquit, hoc est Helenam fabulam laudat, quasi eodem anno editam, sed paulo ante quam hoc drama committeret comicus. Quod factum infelici successu; itaque recentavit, iterumque edidit hac epigraphe:

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Laudant Athenaeus, Pollux, Harpocration, Suidas, alii. Sed de eius appellatione diversum ab aliis sentiebat apud Dipnosophistam libr. I. Demetrius Troezenius, *ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριαζούσας ἐπιγράφει.* Nimirum drama prius *Θεσμοφοριάζουσαι, Cereris festum celebrantes:* posterius *Θεσμοφοριάσασαι, quae festum Cereris celebrarunt,* voluit inscribi, videturque hic criticus existimasse, quam vulgo *τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας* vocabant, novam plane fuisse fabulam, non prioris emendationem. — Haec *Petitus.*

Fabula haec acta fuit, secundum Palmerium, anno XXI. belli Peloponnesiasi, Dionysiis urbicis, Callia post Cleocritum Archonte, Olymp. XCII. Tribus vero annis serius eandem in theatrum prodiisse contendit Sam. Petitus Miscell. libr. I. c. XIII. cuius verba dramati huic praefixa lector consulere poterit. Ceterum ipsa Palmerii verba, ex Exercitationibus eius excerpta, in gratiam lectoris hic subiiciemus. „Ex ipsa fabula, inquit, coniecturis probabilibus tantum firmabitur superior assertio de tempore, quo descendit in theatrum: desunt enim scholia antiqua: deest hypothesis: at non desunt in ipso textu auctoris verba quaedam ex quibus coniecturae probabi-

les enuntur, quibus omnino persuadeor, hanc fabulam prodisse anno XXI. belli, ut dictum est, veris initio. An vero idem tibi persuadebo, lector erudite, ipse videris. Sed antequam ad ipsum fabulae textum accedamus, refutanda est coniectura scholiastae, qui ad Vesparum hunc versum [61.]: *οὐδ' αὖθις ἀνασελγαινόμενος Εὐριπίδης*, sic commentatur: *κατ' αὐτοῦ γὰρ καθῆκε τὰς Θεσμοφοριαζούσας. φησὶν οὖν, οὐ δεύτερον ταυτολογήσω περὶ αὐτοῦ, ὡς οἱ ἄλλοι.* id est: *contra eum* (Euripidem) *induxit Thesmophoriazusas. Ait igitur, non iterum eadem dicam de illo, ut alii faciunt.* Ex his putat probari scholiastes, Thesmophoriazusas praecessisse Vespas. Sed ex eo patet, eum non fuisse de antiquorum numero, qui omnes Aristophanis fabulas habebant, sed ex recentioribus, qui earum tantum reliquias, quas habemus, viderant. Sed debuit cogitare, periisse nostri comici fabulas XXX. numero, vel circiter, ut testatur Athenaeus, in quibus verisimile est saepius Euripidem exagitatum fuisse (ita suadent eorum simultates), nec in Thesmophoriazusis solis eum traduxisse ad populum, quum in plerisque eorum, quae exstant, non potuerit abstinere ab eius insectatione. Insuper habenda est igitur illius scholiastae sententia et aliunde investiganda testimonia, et ea quidem de tempore didascaliae diserte non pronuntiant, sed tamen aliquid lucis affulgebit ex ipsis comici verbis.“ Haec *Palmerius*, qui ulterius sententiam suam probat infra ad v. 811. et 815. quo lectorem remittimus.

Ceterum duplices olim exstitisse Thesmophoriazusas, priores et posteriores, ex veteribus scriptoribus constat. Priorum meminit A. Gellius libr. XV. cap. XX. et Clem. Alexandr. Strom. l. VI. p. 628. Posteriorum Harpocrat. v. *Πύλαι* et Athen. libr. I. cap. 23. Quem locum Gellius ex prioribus Thesmophoriazusis adducit, is in hac fabula adhuc reperitur; non item ille, quem Athenaeus ex Thesmophoriazusis posterioribus citat. Unde probabile est, Thesmophoriazusas, quas hodie habemus, esse priores, non posteriores: quod etiam magno Casaubono ad Athen. libr. I. cap. 23. visum est. *Kuster.*

Rarissima sunt huius fabulae scripta exemplaria. Non exstat in ullo codicum quorum notitiam exhibet impressus Bibliothecae Regiae Catalogus, nec in iis reperitur qui post annum MDCCXL. in splendidum illum literarium thesaurum illati fuerunt. Hac de re per epistolam rogatus certiorem me fecit optimus iuvenis Io. Capperonnerii filius unicus, qui deplorabili casu paulo post fato functus est, conceptasque de eo spes, fore ut acceptam a parente, parentisque patruo, nominis claritatem novis in literas meritis illustriorem redderet, destituit. E solo itaque Augustano codice emendata fuit. *Brunck.*

1. ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται. Harpocratio v. ἄττα, Eustathius ad Iliad. α. p. 148. ed. Rom. versum hunc ex Aristophane adducunt:

πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται.

Qui locus nostro simillimus est. Ceterum colligunt hinc viri eruditi, Sam. Petitus et Bisetus, fabulam hanc actam fuisse Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ, quae in initium veris incidebant, ob factam nimirum hic mentionem hirundinis, cuius adventus uti hodie, ita et olim veris indicium haberi solebat. Sed miror viris illis doctis non in mentem venisse, versum hunc non proferri ex persona ipsius Aristophanis, sed Mnesilochi, quem utique convenienter tempori anni, quo haec gesta fingit poeta, loqui oportet. Atqui haec gesta esse finguntur tempore Thesmophoriorum, quae celebrabantur mense Pyanepsione, qui partem Octobris et Novembris, secundum Gazam et Petavium: at secundum Scaligerum, Salmasium et alios partem Septembris et Octobris occupabat. Hinc infra v. 73. χειμῶνος i. e. *hyemis* mentionem facit poeta, quod scilicet Thesmophoria in initium hyemis inciderent. Petitus tamen χειμῶνα in loco illo putat significare posse tempus illud, quo Dionysia τὰ κατ' ἄστυ celebra-

bantur: quod a vero omnino alienum puto. Nam Dionysia τὰ κατ' ἄστυ celebrabantur mense Elaphebolione, ut constat ex Hesychio v. Διονύσια et aliis scriptoribus. Atqui Elaphebolion est mensis vernus, et qui proinde post hyemem a veteribus scriptoribus locatur. Thucydides l. IV. c. 116. 117. inter Athenienses et Lacedaemonios inducias factas esse ait, τοῦ χειμῶνος διελθόντος ἅμα ἦρι, et quidem, ut paulo post c. 118. addit, τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Vides expresse hic dici, die XIV. mensis Elaphebolionis hyemem iam fuisse exactam. Confer eundem libr. V. c. 19. 20. Respondebat autem Elaphebolion ex parte Martio nostro, quo tempore in climate Graeciae veris amoenitate iam omnia ridebant. Ut proinde certum sit, vocem χειμὼν in dicto locō comici nostri notare tempus quo Thesmophoria apud veteres Athenienses, non vero Dionysia, sive Liberalia verna celebrabantur. Aliunde igitur viris illis doctis probandum erat, fabulam hanc actam fuisse Dionysiis ἀστικοῖς: quod tamen ab illis non video esse factum. Dubium ergo relinquitur, utrum Dionysiis vernis, an vero autumnalibus fabula haec in scenam producta fuerit. Quod autem ad sensum versus huius attinet, videtur proverbii locum inter veteres obtinuisse illud χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται i. e. *quando tandem optatum veniet tempus, quo a molestiis hisce liberabor.* Qui enim hyemis pertaesi erant, hirundinis adventum, ut veris indicium, cupide exspectare solebant, id quod et hodie fieri videmus. *Kust.* Similem huic locum, ut notavit Cl. Kusterus, citat Harpocratio v. ἄττα et Eustathius ad Iliad. α. p. 148. etiam ex Aristophane: πύθου κ. τ. λ. *Bergl.*

χελιδὼν ἆρα πότε φανήσεται; Non pertinent haec ad notationem temporis, quo Thesmophoria celebrabantur; multo minus illius, quo acta fuit haec fabula. Sed proverbii locum apud veteres obtinuisse illud videtur: *Quando tandem optatum veniet tempus, quo a molestiis hisce liberabor?* ab iis ducta locutione, qui hiemis pertaesi, hirundinis adventum, ut veris indicium, cupide exspectant. *E notis Kusteri apud quem plura in hanc rem vide. Brunck.*

2. ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν ἄνθρ. Citat hunc locum Suidas v. ἀλοῶ, ubi τὸ ἀλοῶν exponit ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσι. Sed videndum annon potius legendum sit ἀλῶν i. e. *errans, oberrans*, ab ἀλάω, quod etiam Bisetus suspicatus est. Vel dicendum est ἀλοᾶν proprie significare *per aream errare:* figurate vero, per quemvis locum oberrare, quo sensu idem notabit quod ἀλῶ. *Kust.* Legendum potius ἀλῶν, ut et aliis placet: i. e. *oberrare faciens, vagari me secum cogens. Bergl.* ἀλάων aut ἀλύων. *Reisk.* Frob. ἀπολεῖτ': Suid. in ἀλοῶν legit ἀπολεῖμ' et sic edit. 1544. Grynaei *a*). *Bentl.*

ἀλοῶν. Suidas: ἔξωθεν ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσιν. Hesychius: ἀλοῶν, πλανῶν, καὶ τύπτων. Qua ex glossa liquet grammaticum eidem verbo binas significationes tribuisse, quarum prior huc congruit. Falsi itaque sunt qui ἀλῶν hic reponi volunt. Activa enim forma ἀλάω non est in usu: ἀλάομαι dixerunt veteres neutrali significatione. *Brunck.*

3. τὸν σπλῆνα. Qui citato gradu eunt, lienis dolorem sentiunt et anhelant. *Bergl.*

4. ὦ Ἠὐριπίδη. Sic cod. Vulgo sine elisione ὦ Εὐριπίδη. Confer Lysistr. 900. *Brunck.* ὦὐριπίδη] Minus accurate ed. Kuster. ὦ Εὐριπίδη. *Porson.*

5. ὅσ' i. e. ὅσα. Vide v. 7. *Reisk.* ὅσ' αὐτίκα Reiskius, olim probante in schedis Porsono; et sic

---

a) Intelligenda est non ipsius Grynaei editio Basil. 1532. apud Cratandrum et Bebelium, sed Francofurtensis 1544. apud Brubachium. Repetitur quidem ibi Grynaei praefatio, sed passim discrepat textus a Basileensi. Editorem ignoro; ea collationem. Ubi versuum numeri simpliciter ponuntur, consentiunt Brubachii lectiones cum iis quas Grynaeo tribuit Bentleius. 7. 18. 20. 24. 45. 53. 74. 87. 92. (105. ἄν) 112. 141. 165. (180. Εν. παῦσαι βαῦξον) 205. 216. 332. 341. 362. 371. (387. 388. 390. Γν. praefixum) 397. 414. 425. 443. 486. 500. 565. 658. 661. 709. 733. 756. 791. 800. 810. 818. 849. (853. ἄλλος — ὁ δ' οὐδέπω. 859. κυρκανᾷς ἢ κοικύλλεις) 864. 867. 879. (886. τι τούτῳ τῷ κ.) 887. 961. 1010. 1036. 1082. (1113. τί λέγι τῇ γ.) 1136. 1140. 1149. (1166. ἀντόμεθ') 1173. 1196. 1200. (1219. ταῦτα γῆν sic. 1242. ανταποδοῖτον). *Editor* notarum Bentleii.

MSS. *Dobree.* ὅσ' αὐτίκα ὄψει, *quae videbis.* Sic cod. Vulgo ὅς relatum ad σὲ, *qui videbis. Brunck.*

7. ἂν: lege ἃ γ' ἄν. sic Gry. vel ἂν ἀκούειν. *Bentl.*

8. οὐχ, ἃ γ' ἂν ἀκούειν δέῃ. Euripides in Oreste v. 81. τί σοι λέγοιμ' ἄν, ἃ γε παροῦσ' ὁρᾷς; *Bergl.*

9. πῶς μοι παραινοῖς; δεξ. Verti ac si legeretur πῶς μοι παραινοῖς δεξιῶς, ταυτὶ λέγων; Nam ex lectione vulgata non potui satis commodum sensum elicere. *Kust.* F. πῶς μοι 'μπαροινεῖς. *Reisk.* Lege παραινεῖς. *Bentl.*

πῶς μοι παραινεῖς; Ita pro παραινεῖς editio Farrei, Brubachii, ut et Bisetus volebat: vertendum: *quomodo mones? equidem sapienter dicis.* Nempe sapienter eum putat loqui, licet non intelligat. In Ranis v. 1484. ad eundem Euripidem: πῶς; οὐ μανθάνω. ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον. Saepe autem δεξιὸς est *doctus, eruditus, sapiens:* ut in Nubibus v. 852. de philosophis ἄνδρας δεξιοὺς καὶ νοῦν ἔχοντας et alibi. *Bergl.*

11. Haec Euripidi potius tribuenda sine interrogatione, cuius nota in ed. Farrei non est. *Bergl.* Loquitur Euripides. Ergo persona transponenda. *Reisk.* Lege *ET.* χωρὶς et 12. dele *ET. Bentl.* Haec vulgo male Mnesilocho continuantur. In cod. lineola mutatae personae index, quae huic versui praeponi debuit, librarii errore initio sequentis posita. *Brunck.*

13. *MN.* τοῦ χωρίς; *Tyrwhittus.* τότε hic *olim* notat. Vide ad Lys. 1023. male Kusterus vertit *tunc. Brunck.* ποτέ tacite scripsit vir doctus in classical Iournal XXVII. p. 122.

14. Versus hic et quatuor sequentes supra comoediae characterem assurgunt, cothurnoque potius quam socco ingrediuntur: unde dubium non est, quin tragici alicuius locum hic deridendum populo propinare voluerit comicus noster. *Kust.* Ridet Euripidem tanquam philosophum dum eum haec facit loqui: erat enim revera φιλόσοφος ἐπὶ σκηνῆς, quod quum aliunde apparet, tum ex loco huic comici loco simili, in *Melanippe sapiente* inter fragmenta:

ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
τὰ δένδρα, πτηνὰ, θῆρας.

Illud μορφὴ μία videtur expressisse Ovidius: *unus erat toto naturae vultus in orbe.* Aetherem autem dicit genuisse animalia, quia Euripides tanquam Socraticus philosophus aetherem pro summo deo habebat. Hinc etiam in Ranis v. 919. facit eum precari: αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα. ubi vide notam et porro locum, quo lector remittitur. *Bergl.* Vid. Valckenarii Diatrib. Euripid. p. 46.

16. πρῶτ' ἐμηχανήσατο. Sic bene Kusterus. Priores editt. ut cod. πρῶτα μηχανήσατο. *Brunck.* Reisigio I. p. 84. scribendum videtur πρωτομηχανήσατο. „Verbum πρωτομηχανᾶσθαι, quod Reisigius fabricatus est, non eam speciem habet, quam Graeca verba habere solent." *Lobeck.* ad Phrynichum p. 600.

18. ἀκοὴν δὲ χοάνης. Dicere potius debebat Aristophanes ἀκοῆς δὲ χοάνας i. e., ut vertimus, *auditus infundibula. Kust.* Crederem cum Biseto hypallagen esse pro χοάνην ἀκοῆς. Est autem χοάνη *forma fusoria*, in qua metalla funduntur: aurem ita vocavit per metaphoram propter cavitatem et quia in eam sonus infunditur. Sectatur autem obscuritatem imitatione philosophorum. *Bergl.*

ἀκοὴν δὲ χοανῆς. Facete comicus tragico stylo loquentem inducit Euripidem, simulque tragicos irridet, qui huiusmodi nominum commutationibus, a vulgi sermone alienis, dignitatem orationi suae conciliabant. De ista figura vide quae observavi ad Aesch. Pers. 94. et ad Eurip. Hec. 452. *Brunck.* Reiskius et Tyrwhittus corrigunt δίκην δὲ χοάνης.

18. Gry. διετετρήνατο. *Bentl.*

19. μὴ pro οὐ acceperunt interpretes in Arist. Thesm. 19. διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ. Male. Refertur enim ad praecedentia, in quibus Euripides Mnesilochum iusserat neque audire neque videre. Ad hoc igitur, quod breviter dici poterat, μήτε ἄκουε, μήτε ὅρα, ille respiciens dicit, quod Ger-

manice exprimas: *wegen des trichters also soll ich weder hören noch sehen.* Apparet non rem negari, sed negationem spectare ad cogitationem rei. Ἀκούω enim et ὁρῶ coniunctivi sunt. *Hermannus* ad Vigerum p. 806.

20. ἥδομαί γε τουτί. Sic cod. et vett. editt. quinque. In Frobeniana typothetae errore ἥδομαι γάρ, contra metri legem. Sed per omnes deinceps editiones propagata fuit turpis menda. *Brunck.* Scal. γε et sic Gry. *Bentl.* Emendavit etiam Reiskius.

21. Lege ποῦ 'στιν [ita Scaliger]. *Bentl.* οἷόν τε που 'στίν. Gravis hic error in re tenui. Una litera mutata rescribe οἷόν τι που 'στίν. Supra v. 5. ubi recte editum οἷόν τε, perperam cod. habet οἷόν τι. Hic vero ubi sententia et loquendi ratio οἷόν τι flagitant, habet οἷόν τε. *Brunck.* οἷόν τέ που "στιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι] οἷόν τι Rav. si Invernizio fides. οἷόν γέ που, ni fallor, recitabat Porsonus. Comparabat certe Eupolidis locum (de quo vide Opusc. pp. 206. — 7.) οἷόν γέ που "στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος. *Dobree.*

23. Delenda persona Euripidis quae in superiore versu in Graecis certe excidit et forte sic scrib. ἐξεύροις μ' ὅπως ἔτι προσμάθω. id est ἐξεύροις ὅπως ἐγὼ ἔτι προσμάθω. *Reisk.*

24. προσμάθοι. Sic etiam aliae editiones. At mihi dubium non est, quin scribi debeat προσμάθοις. *Kust.* προσμάθοις. Ita editio Farrei. Vulgo male προσμάθοι, quod et Kusterus vidit. *Bergl.* Gry. προσμάθοις. *Bentl.* ἔτι προσμάθω. Vulgo προσμάθοις e Zanetti interpolatione. Cod. et Iuntina, ut Basileenses habent προσμάθοι. Quum ista loqui facerent Euripidem, necesse illis erat verbum in secunda persona ponere. At vero loquitur Mnesilochus: proinde verbum in prima persona esse debet. Accedit linguae ratio verbum modi substantivi flagitans, quia ὅπως significans *quomodo* cum futuro indicativo, vel aor. 2. subiunctivo construitur. Itaque προσμάθω reponi debuit.

Post excusum huius editionis textum, interquiescentibus operis, dum Lugduno adveherentur literarum formae quibus latina versio describenda erat,

casu incidi in Reiskii notulas in Aristophanem, quas notulis in Euripidem subiectas vidisse non memineram. Praeclari viri, cuius acumen ingenii et doctrinam plurimi semper feci, in mentem mihi non venerat, forte quia sciebam eum prosodiae leges, totamque de re metrica doctrinam pro vana atque imaginaria habuisse, quod sane facilius erat, quam eam addiscere; nec operam collocanti mihi in emendando poëta, quae se offerebant in eo difficultates, facile poterant Reiskium in memoriam mihi redigere. Utut haec sunt, casu incidi in illius animadversionum libellum, ubi quaedam deprehendi, quae prius cognovisse vellem; et sane illius ope locum hunc melius constituissem. Scilicet sup. versu legendum ἐξεύροις, quod in versione secutus sum.

πῶς ἂν οὖν
πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις, ὅπως
ἔτι προσμάθω μὴ χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη.

Vices loquendi, quomodo personis essent dividendae, vidit Reiskius, suasitque ἐξεύροις μ' ὅπως ἔτι προσμάθω. Inserti pronominis με gratiam illi facimus. πῶς ἂν verti debuit per *utinam*. Vide doctissimos viros Marklandum ad Eurip. Suppl. 796. et Valckenarium ad Hippol. 208. *Brunck.*

μὴ χωλὸς εἶναι. Quasi etiam rectos possit facere, quia claudos libenter facit in suis tragoediis Euripides, unde etiam χωλοποιὸν eum vocat in Ranis v. 870. *Bergl.*

28. ἀκούσω. Sic quidem libri: sed legendum ἀκούω, et verti debuit: *ausculto et taceo ostiolum. Brunck.*

30. Ἀγάθων. Metri gratia scribendum est ὦ Ἀγάθων pro ὁ Ἀγάθων. Syllaba enim prima in Ἀγάθων brevis est. *Kuster.* Lege ὦ Ἀγάθων. *Bentl.* ποῖος οὗτος ὠγάθων. Sic bene Kusterus in notis post Scaligerum. Vulgo ruente versu οὗτος Ἀγάθων. *Brunck.*

31. ἔστιν τις Ἀγάθων. Haec perperam vulgo socero continuata per interrogationem, codex recte genero tribuit, cuius sermonem abrumpit alter. *Brunck.*

32. ἑώρακας πώποτε. Sic et aliae editiones. Sed

metri gratia scribendum est *ἑώρακάς ποτε*. *Kust.* Mihi vera videtur Kusteri emendatio. Sic *πω* eiiciendum est in Diphili fragmento apud Athen. VI. 7. p. 247. *οὐκ ἂν ποτε Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει. οὐχ ὁρᾷς; Porson.* Lege *ἑόρακας*. *Bentl.*

Vulgo sic legitur hic versus: *οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις. οὐχ ἑώρακας πώποτε;* syllaba ultra numerum excurrente. Kustero *metri gratia* scribendum videbatur *οὐχ ἑώρακάς ποτε*. Sed ob metrum sermoni proprietas non erat deroganda. *οὔποτε*, ut observavimus ad Lys. 501. nunquam verbo praeteriti temporis iungitur, nec *οὐπώποτε* verbo temporis futuri: qua de re vide Piersonum ad excerpta ex Herodiano Moeridi subiecta p. 461. et confer quae notamus ad Vesp. 984. Genuinam lectionem restituit Dawesius, *οὐχ ἑώρας πώποτε*. Formae istae *ἑώρας*, *ἑώρακας* a librariis non raro permutatae. Vide quae notamus ad Pl. 713. Nub. 767. Nihil magis obvium apud Atticos scriptores forma illa imperfecti seu aoristi *ἑώρων*. Lysias p. 775. *οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἑωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας*. Thucyd. VIII. 40. *ὡς ἑώρα καὶ τοὺς ξυμμάχους προθύμους ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηθεῖν*. Xenoph. Hellen. p. 22. edit. Lips. *ἐπεὶ δὲ ἑώρα ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν*. In cod. verba *οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις*, Euripidi tributa sunt: Mnesilocho autem ea quae sequuntur, sic scripta: *οὐχ ἑώρακα πώποτε*, et sequens versus omissus. *Brunck.*

33. *ἑώρακας πώποτε*. Scribe et hic versus gratia *ἑώρακάς ποτε*. *Kuster.*

36. Citat Suid. in *πτήσσει*. *Bentl. Porson.*

38. *προθυσόμενος τῆς ποιήσεως*. Similis locus occurrit supra in Ranis v. 896. *ὅπως ἂν εἴξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων*. Nam utrobique praepositio *πρὸ* capitur pro *ὑπέρ*. *Kust.*

39. *εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς στόμα συγκλείσας*. In Equit. v. 1310. *εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν*. *Bergl.* Citat Suid. in *εὐφημεῖ*. *Bentl.*

Hic incipit anapaesticum systema in impressis libris pessime digestum, cuius primus versus paroemiacus est, vocis *λεὼς* duabus syllabis in unam coale-

scentibus, et spondeo subiecta illa catalectica syllaba Haec quidem minus mihi placent, nec ullus dubito quin antiqua et sincera lectio sit,

εὔφημος πᾶς ὁ λεὼς ἔστω.

Brunck.

Εὔφημος πᾶς ἔστω λεώς. Λαὸς poetae tragici servum decet, sanatque versum anapaesticum. Brunckius malebat: *Ε. πᾶς ὁ λεὼς ἔστω:* sed tum usurpar transpositionem in tritiore metri genere durius est tum minus placet in tragicis hisce *ἐπυλλίοις* adhibitus articulus. Legendum igitur:

Εὔφημος πᾶς ἔστω λαὸς,
Στόμα συγκλείσας, etc.

Hotib. λαὸς Suid. ms. *Porson.* εὐφήμει λεὼς ed. Med *Dobree.*

40. Suid. *ἐνδημεῖ:* at *ἐπιδημεῖ* in *θίασος. Bentl.*

41. Citat hunc locum Suidas v. *θίασος. Kuster.* Ordo est *θίασος μελοποιῶν* (particip.) *ἔνδον μελάθρων τῶν δεσποσύνων. Bentl.*

45. *ἐχέτω δὲ πνοάς.* Suidas v. *ἐχέτω.* Vide etiam illustr. Ezech. Spanhem. ad Callimachum p. 59. *Kust.* *πνοὰς* Gry. et Suid. ed. Med. in *ἐχέτω. Bentl.* *πνοὰς νήνεμος αἰθήρ*] sic Suid. ms. v. *ἐχέτω. Porson.* *ἐχέτω δὲ πνοάς.* Sic cod. et vett. editt. quinque. In Frobeniana, typothetae, ut videtur, culpa, *πνοιὰς* excusum fuit, turpisque menda per ceteras deinceps editiones propagata fuit. *Brunck.*

νήνεμος αἰθήρ. In Avibus v. 779. *νήνεμος αἴθρη. Bergl.*

45. 46. 47. in unum versum coniunxit Brunckius.

47. *τίς λέγει. quisnam interstrepit?* vid. v. 55. sunt verba servi, non Euripidis. *Reisk.*

50. *λυέσθων.* Pro *λυέσθωσαν*, ut *χρήσθων* in Nubibus v. 438. *Bergl.*

51. Hanc vocem restitue Suidae v. *ἐποποῖ*, ubi male legitur, *βομβαλόβαξ. Porson.*

53. (50. Br.) Gry. Scal. *πρόμος. Bentl.* *πράμος.* Sic cod. et impressi. Vereor ut genuina sit haec for-

ma, quam ne eio an Doricam dicam; sane nullibi eam obviam habui. Bene Scaliger πρόμος reponebat. *Brunck.* in Addendis.

53. 54. in unum versum coniunxit Brunckius. Eodem modo v. 55. 56.

57. (52. Br.) Suidas v. *δρύοχοι. Kust.* Male hic vulgo famuli persona [etiam a Bentleio restituta] omissa, lineola indicata est in cod. *Δρύοχοι* sunt trabes erectae, carinam sustinentes, quibus ea imponitur, quando construendae navis exordiuntur opus naupegi. Eustathius p. 1878. in fine: *δρύοχοι δὲ κυρίως, πασσαλοι, ἐφ᾽ ὧν στοιχηδὸν διατεθειμένων ἡ τρόπις ἵσταται τῶν καινουργουμένων πλοίων, διὰ ἐσότητα. καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν, δρύοχοι, πάτταλοι ἐκ δρυὸς, ὅ ἐστιν ἁπλῶς ξύλου, καθιστῶντες τὴν τρόπιν ἐν τῷ πέριξ αὐτὴν συνέχειν· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ·*

πῶς δὲ κατὰ δρυόχων ἐπάγη σανίς; ἢ τίνι γόμφοι
τρηθέντες πελέκει, τοῦτ᾽ ἔκαμον τὸ κύτος;

Distichon est ex Archimeli Epigr. in Hieronis navem. Quia autem a pangendis his trabeculis construendae navis initium fiebat, facete ad dramatis exordium locutionem transfert comicus. Suidas: *δρύοχοι, πάτταλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς· καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια.* Cuius rei in exemplum hunc locum profert. At quod ei subiicit, alio pertinet, scilicet ad eam significationem nominis *δρύοχος*, qua pro *δρυμὸς* ponitur. Est autem pars Epigr. Archiae VII. Apollonius I. 725.

δίπλακα πορφυρέην περονήσατο, τὴν οἱ ὕπασσε
Παλλὰς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβάλλετο νηὸς
Ἀργοῦς.

Brunck.

58. *κάμπτει δὲ νέας ἄψ.* Vide schol. supra ad Acharn. v. 79. et Suid. v. *λαικαστής. Kust.* Frob. *ἀσπίδας:* lege *ἀψῖδας:* et ita Suid. in *δρύοχος* et *λαικάζει* [et *χιανεύει*]. *Bentl.*

59. *τορνεύει*] *ν* om. Suid. ms. bis. [In *δρύοχοι* et *λαικαστὴς* sc. *Dobree.*] *τορείη* Suid. *λαικ.* — *κολλομελεῖ*] *λ* Suid. ms. [in *δρύοχοι* scil. *Dobree.*] *Porson.*

60. *ἀντονομάζει.* Potest locus hic intelligi de an-

tithetis, quibus Agathon frequenter usus fuit, ut te statur Aelianus Var. Hist. libr. XIV. cap. XIII. Pate id etiam ex fragmentis quibusdam Agathonis hodi adhuc exstantibus: ut eo quod legitur apud Athen libr. V. cap. I.

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Item eodem libro cap. XIII. p. 211.

εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Praeterea Aristoteles libr. V. Eudemior. cap. V. han Agathonis sententiam allegat:

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

Vides in omnibus his locis, quorum duo posterior attulit etiam doctissimus Kuhnius ad Aelianum dict libro et capite, manifesta antitheta, ob quorum usun nimis crebrum quum ab aliis olim risus fuit Agatho tum etiam a Platone, ut testis est Athenaeus libr. V cap. 2. *Kust.* Antithetis Agathonis aliud exemplun adde ex nota in Nub. 53. *Porson.*

61. (56. Br.) *καὶ γογγυλέει.* Male vulgo *καὶ γογγυλί ζει*, quam verbi formam non admittit metrum anapae sticum. Hunc locum adtigit Bentleius ad Horatii A P. 441. Sed fefellit eum coniectura, quando verbun finxit *γογγυλίζει*, quod male tuetur exemplo *φάρυγος*, pr *φάρυγγος*: nam illud formatur ab obsoleto recto *φάρυ* estque poetis omnibus usitatum: *γογγυλίζω* autem e *γογγύλος* sunt vocabula prorsus inaudita. Dixerunt an tiqui *γογγυλίζω* et *γογγυλέω*. Hesychius: *γογγυλεῖν, συ στρέφειν.* Huc respexit lexicographus; nec tamer animadvertit illius interpres ex eo comicum esse emendandum. Eodem modo variatur forma multorum verborum. Latebat apud Hesychium etiam verbun *ἀολλέω* carens auctoritate, quod Apollonio restitui I 865. Homeroque plus semel reddendum esse dixi.

Superiorem notulam cum amico quodam meo Parisino communicavi, Graecarum Musarum cultore studiosissimo, in primisque docto, a quo facetum hoc ce responsum accepi. *Emendatio tua anapaestic versiculi in Thesmophoriazusis haud sane inepta est eam tamen minus necessariam iudico. Et, ut verum*

fatear, poenitet me operae, quam in excutiendis scriptis et impressis tot libris, conquirendisque exemplis, conteri, ut Aristophanis versus rectis exaeques pedibus. Habemus hic virum longe doctissimum, Professorem Regium, qui sibi et discipulis suis novum excogitavit prosodiae Graecae systema, cuius ope versuum salebrae nullo labore complanantur omnes. Legas modo recondita doctrina refertam notam in Electrae Sophocleae v. 21. Ibi disces versiculum illum, qui tibi negotium facessivit, esse, ut aiunt, ὑγιέστερον κρόκωνος, nec apicem in eo mutari debere. Nam γογγυλίζει facilem se tibi praebet, et, prout tibi libuerit, vel primam, vel penultimam corripiet, ita iubente nostro Professore. Nec tibi hoc mirum accidere ille velit. Nam qui Aristophanem tristi, scire debes, quam sit versabilis eius prosodia, quotque apud eum occurrant similis licentiae exempla. Pauca quae advocavit Vir Cl. ista sunt. In Equit. 810. Θεμιστοκλεῖ secundam corripit. Ibid. 803. στεμφύλων primam corripit. In Nub. 346. παρδάλει primam corripit. Ibid. 964. περσέπτολιν antepenultimam corripit. In Av. 460. σκυτοδέψαι, et in Pl. 514. σκυτοδεψεῖν leguntur penultima brevi.

Amico meo haec rescripsi: „Quem mihi dicis hominem non novi, sed profecto miror illius *νόμον-σίαν*. In illa quam praedicas nota vix unum verbum est, quod iustae reprehensioni obnoxium non sit. Exempla quae e tragicis aliisque poetis nescio unde corrasit, alias excutiam. Nunc quandoquidem in Aristophane versamur, quid de versibus ex eo prolatis sentire debeas, paucis tibi declarabo. Priorem ex Equit. versum sic dimetimur:

ω πολις | Αργους | κλυεθ' οἱ | α λεγει | συ Θεμισ | οκλει | αν | τιφερι | ζεις.

Dic mihi nunc sodes, an corripitur secunda syllaba in *Θεμιστοκλεῖ;* nonne *συ Θεμισ*— pes est anapaestus? Alter ex eadem fabula versus menda inquinatus est, quam Kusterus perite eluit, et sic in editione mea exhibetur:

και χι | δρα φαγων | αναθαρρ | ησει | και στεμφ | υλω | εις | λογον ελ | θοι.

Nugatur Professor tuus, quando Nubium citat v. 546. ubi quum ait *παρδάλει* positum esse prima correpta, nae ille ostendit se anapaesticum Aristophanium ne quidem scire scandere. En ut eum dimetiuntur, qui metra callent.

η παρ | δαλει η | λυκῳ η | ταυρῳ | νη Δι' ε | γωγ' ει | τα τι του | το.

In eiusdem fabulae v. 964. quis adeo imperitus est, ut non videat *περσέπολιν* scribendum esse, ut in mea editione legitur ad optimorum codicum fidem? *σκυτοδέψαι, σκυλοδέψαι: σκυτοδεψεῖν, σκυλοδεψεῖν* ab imperitis librariis et typographis saepissime permutata fuisse nemo ignorat, nisi qui in critica plane est hospes: satis fuerat Professori tuo legisse, quae in versum Pluti adnotavit summus Hemsterhusius, in cuius editione legitur, ut in mea, ad hunc modum:

η σκυ | τοτομειν | η πλινθ | ουργειν | η πλυ | νειν η | σκυλοδεψ | ειν.

Avium versus ex eadem ratione sic legendus:

αναπη | δωσιν | παντες ἐπ' | ἐργον | χαλκης | κεραμης | σκυλοδεψ | αι.

Ignorat homo ille anapaestici metri legem, quam in tetrametris ne semel quidem violatam reperies, *ut pes ultimus, is cui syllaba catalectica subiicitur, non alius esse possit quam anapaestus.* Etiamsi concederetur vocalem ante duplicem ψ corripi posse, cuius tamen rei in tota Graeca poesi non unicum exstat exemplum, dactylus *σκυτοδεψ* ne quidem in istis duobus versibus locum habere posset. Professori tuo meis verbis dicas velim bene illum facturum, si discipulis suis praecepta declinationum et coniugationum tradat, auctoremque me illi esse, ut de prosodia et metris ne verbum mutiat, ne si quis forte in via praeteriens homo eruditus eum, quae ipse nesciat, docentem audiat, illi versiculum illum clamet:

ΕΡΔΟΙ ΤΙΣ, ΗΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΝ ΕΙΔΕΙΗ ΤΕΧΝΗΝ.

Brunck. Lege *γογγρύζει*: at *γογγυλίζει* Suid. in *λαικάζει. Bentl.* Equidem magnopere vereor, ne alia forma lateat, in qua nihil de more Attici sermonis recedatur, *γογγυλίει. Hermannus* ad Nubes 992. p. 166. *γογγυλίζει*] sic Suid. ms. *λαικ. Porson.* In scheda notat

Porsonus, huc ut puto respiciens, „*συστροργυλίζω* et *συστροργύλλω* Nicomachus Athenaei II. p. 58. A. Alexis IV. p. 165. E.“ Nam hic legendum esse me monebat, *καὶ γογγύλλει*. [Idem placuit Buttmanno apud Schneiderum in Lexico T. I. p. 297. ed. tert.] Vide de *στροργύλλω* Bast. Append. ad Epist. crit. p. 18. *Dobree.* Reisigius I. p. 28. scripsit *γογγλίζει*. Nam terminationem *ιζει* necessariam esse, quippe quae vocibus *ἀντονομάζει* et *λαικάζει* respondeat.

62. *χοανεύει*. Suidas legit *χιανεύει* h. v. Sed minus recte. *Kuster.* *χιανεύει* Suid. ed. ms. *δρ.* Locum in *χιαν.* om. ms. *Porson.*

64. (58. Br.) *τίς ἀγροιώτας*. [Ita Bentleius et Porsonus.] Perperam vulgo *ἀγριώτας* cum versus labe. Eurip. Or. 1271.

τίς δ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ
σὸν ἀγρότας ἀνήρ;

Sed eo non respexit comicus, siquidem Orestes aliquot annis post hanc fabulam emissus fuit. *Brunck.*

τίς — πελάθει θριγκοῖς; Euripides in Ione v. 156. *αἰδῶ μὴ χρίμπτειν θριγκοῖς*. *Bergl.*

65. *σοῦ, τοῦ τε ποιητοῦ*. Non apparet unde pendeant isti genitivi; neque enim ad *πέος* referre licet: nam de suo loquitur. Forte *ἕνεκα* subintelligitur. *Bergl.*

66. (60. Br.) *τοῦ καλλιεποῦς*. Repetit voces quasdam ex antecedentibus; istud *καλλιεποῦς* ex v. 52. *θριγκοῦ* autem ex v. 64. *γογγυλίσας* ex v. 61. *χοανεῦσαι* ex v. 62. ex his temere coacervatis oratio emergit obscura. Tamen apparet ad quid paratum se dicat Mnesilochus; est autem id, quod eum Euripides dicebat antehac etiam commisisse in Agathonem supra v. 35. *καὶ μὴν βεβίνηκας σύ γε*. *Bergl.*

τοῦ θριγκοῦ. Lege *τοῦ τε θριγκοῦ*. *Bentl.* Est locus obscurus. Ego verti ac si legeretur *διὰ τοῦ θριγκοῦ*. Sensum autem obscenum hic latere certum est. *Kust.* *τον θρίγκον*. *Reisk.* *διὰ τοῦ θριγκοῦ*. Praepositio *διὰ* cum versus et sensus labe vulgo omissa. *Brunck.*

67. (61. Br.) *γογγυλίσας καὶ συστρέψας*. In Lysi-

strata v. 976. ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας. *Bergl.* ξυγγογγυλίσας. Vulgo γογγυλίσας, reclamante metro. E composito simplex verbum fecit librarius. Confer notata ad Lys. 408. In ista fabula legitur idem hicce versiculus diversa verborum collocatione, 975. ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας. *Brunck.*

69. (65. Br.) Frob. νέο ἀγών: lege νέος γ' ὤν. *Bentl.* ἦπου νέος γ' ὢν ἦσθ' ὑβριστής, ὦ γέρον. Sic perspicue, distincte et optime scriptum in cod. Eandem lectionem habet Iuntina, unius literae mutatione depravatam:

ἦ που νέο ἀγὼν ἦσθ' ὑβριστής, ὦ γέρον.

ubi νέο ἀγὼν est ex librarii imperitia, exemplar quod ob oculos habebat incuriose legentis. Correxerunt Veneti νέος ἀγών: postea nescio quis alius νέος ἄγαν, quae Batavarum et ceterarum deinceps editionum est lectio. Et haec etiam appellabatur recepta lectio, quam nemo sciebat unde emersisset, cuique tamen controversiam status nefas fuisset movere. *Brunck.*

70. τοῦτον μὲν ἔα χαίρειν. *Iube valere, fac eum missum.* In Pluto v. 1188. χαίρειν ἐάσας τὸν Δία. *Bergl.* ἔα ut monosyllabum pronuntiari vult Elmsleius ad Acharn. p. 61.

71. ἐκκλέσον πάσῃ τέχνῃ. In Ecclesiaz. v. 367. Ἀντισθένην τις καλεσάτω πάσῃ τέχνῃ. *Bergl.*

73. χειμῶνος. Vide quae de hoc loco diximus ad versum primum fabulae huius. *Kust.* Vid. Buttmann. apud Idelerum: *Historische Untersuchungen über die astronomischen Beobachtungen der Alten* p. 402. coll. Schneider. ad Theophrastum T. III. p. 245.

74. κατακάμπτειν τὰς στροφάς. Vide nos supra ad Nub. v. 966. ubi κάμψειέν τινα καμπήν. *Kust.* Quasi scilicet materia stropharum sit congelata. Strophae et antistrophae sunt carmina, quae chorus cantat, modo huc, modo illuc se convertens, unde etiam nomen habet παρὰ τὸ στρέφεσθαι. Iste autem loquitur tanquam de virgis, quae contorquentur in modum funis, quod commode fit, si virides adhuc calefiant in furno: at iste strophas in sole vult facere. *Bergl.* Frob. κατακάμπειν: Gry. —μπτειν. *Bentl.*

75. (69. Br.) *θύραζε*. Ita ed. Farrei *b*). Brub. autem et nupera *θύρασι*, non recte. Ceterum ut hic *θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον*, ita in Nub. v. 632. *θύραζε πρὸς τὸ φῶς*. *Bergl.*

θύραισι. Cod. et Iuntina *θύρασι*. Male etiam apud Suidam legitur *θύρασιν* pro *θύραισιν*. In exemplo quod profert e Pace 942. duo Regii codd. habent, *ὁ γὰρ βωμὸς θύραισι καὶ δή*. Editt. Venetae et Batavae minores habent *θύραζε*, quod praetulit etiam Berglerus. Est autem hoc ex Zanetti, aut docti viri, qui illius procuravit editionem, emendatione, credentis *θύραισι* adverbium esse, ut aiunt, *in loco*, *θύραζε*, *ad locum*; hocque ex indole linguae adhiberi debuisse cum verbo motus *προΐῃ*: quod quidem non omnino est improbabile. Verum haudquaquam constat inter *θύραισι* et *θύραζε* tantum intercedere, quantum inter latina *foris* et *foras*. *θύραισι* adverbii vice ponitur; sed est revera dativus pluralis cum ellipsi praepositionis *ἐπί*. Plena locutio occurrit Conc. 997.

ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται.

Iam vero notum est praepositionem *ἐπὶ* cum tribus casibus promiscue construi etiam cum verbis motus. Quod ad secundum attinet, vide quae notavi ad Aesch. Prom. 663. et Apollon. IV. 580. Tertii exemplum e multis selectum proferam ex Homero *Ἰλ. β'*.

βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.

ad quem locum sic Eustathius p. 179. *τὸ δὲ ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖς, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἄνθη εἰαρινά, ὅμοιον τῷ ἦλθεν ἐπὶ Κρήτεσσιν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς Κρῆτας*. Haec sufficere possint ad tuendam veterem lectionem. *Brunck.* Vide quae ad Pacem dixi p. 83. 89.

76. Lege *ἕως ἐξέρχεται*. *Heindorf.* ad Platonis Phaedonem p. 14. Mirus error. Vide Reisig. I. p. 67. — Lege *ΘΕ. περίμεν' — ΜΝ. ὦ Ζεῦ — ΕΥ. νὴ τοὺς — ΜΝ.*" *Bentl.*

77. Male in prioribus editionibus persona Mnesilochi versui huic praefixa est, ubi Euripidis persona

---

b) Et Petavius ad Themistium p. 408. et Bentleius.

continuanda est. Versus autem tres sequentes ad Mnesilochum pertinent. *Kust.*

80. (74. Br.) *οὐ χρῆν.* Kusterus vertit *non oportebat:* minus bene. Est quidem imperfectum *χρῆν*, sed de praesenti tempore perinde ac *χρῆ* a poetis Atticis solet usurpari. Thomas: *χρῆν καὶ ἀντὶ τοῦ ἔπρεπε, καὶ ἀντὶ τοῦ πρέπει.* [*χρὴ* Suid. in *κηδεστής*. *Bentl.* Vid. Elmsl. ad Eurip. Heraclid. 959.] *Brunck. κηδεστὴς* eum notat, qui affinitate cum alio iunctus est, et tam de *socero*, quam de *genero* dicitur, ut apud Latinos *affinis*. Vide Plautum Aulul. III. 4. 14. et 5. 62. *Brunck. κρύπτειν* cum duplici accusativo construi personae et rei, observatum fuit ad Aeschyli Prom. 650. Hic subaudiendum est *με*. *οὐ χρῆν σε ὄντα κηδεστὴν ἐμὸν κρύπτειν με.* Sed poetam scripsisse suspicor:

οὐ χρῆν σε κρύπτειν ὄντα κηδεστὴν ἐμέ.

Sophocles El. 937. *οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι.* Confer Lys. 714. *Brunck.* in Addendis.

81. *προπεφυραμένον.* In Avibus v. 465. *Bergl.* Per totam hanc scenam personas disposuit Bentl. ut Kust.

86. (80. Br.) *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορ.* Ex hoc loco colligitur, Thesmophoriorum solennitatem olim Athenis quinque dies durasse. Nam tertius medium in numero quinario locum tenet. Dubium tamen movet Hesychius v. *τρίτη*, qui ad locum hunc respiciens quaerendum ait, cur Aristophanes tertium diem Thesmophoriorum vocaverit medium, quum festum illud quatuor tantum dierum fuerit. Sed puto falli Hesychium et ex hoc loco recte concludi posse, festum illud per quinque dies, ut ante diximus, Athenis agitatum fuisse. Medius autem festi illius dies vocabatur *Νηστεία*, teste Athen. lib. VII. cap. XVI., quod nempe mulieres tum reliqua castimonia, tum etiam cibi abstinentia eum colere solerent. *Kust.* Nempe quinque dies durabat Athenis festum Thesmophoriorum. Athenaeus p. 507. *ἄνδρες φίλοι, μὴ καὶ ἡμεῖς νηστείαν ἄγομεν Θεσμοφορίων τὴν μέσην;* Est autem *Νηστεία* dies ieiunii. Vide infra v. 958. *Bergl.*

ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση. Nihil unquam clarius fuit dictum. Dies, quo haec agi fingit poeta,

Thesmophoriorum est tertius idemque medius: ergo per quinque dies Thesmophoria celebrabantur. Cui de numero dierum, quibus festum hoc peragebatur, magis credas, Aristophani, qui Athenis vixit, anne Hesychio, qui diu post exstinctam Atheniensium Rempublicam glossas suas e variis lexicis et grammaticorum scriptis congessit? Vide eum in *τρίτη Θεσμοφορίων* et praeter Meursium, Wesselingium ad Petiti Leges Atticas [p. 284.]. *Brunck.* Vid. Petavium ad Themistium p. 408. et Schoemann. de comitiis Athen. p. 39. 50.

87. *τοι*: Gry. *τι* recte: immo recte *τοι*: vid. Lys. 47. *τοῦτ' αὐτὸ propter id ipsum:* vid. Lys. 388. *Bentl.*

89. *ἐν Θεσμοφόροιν.* Intellige *ναῷ* i. e. *in aede Cereris et Proserpinae. Kuster. περὶ μου.* Editio Iuntina *περὶ ἐμοῦ.* Vid. Reisig. I. p. 56.

91. *καὶ κακῶς αὐτὰς λέγω.* Erat certe Euripides osor mulierum maximus, quod ubique satis ostendit in fabulis suis. Unum adducam ex Hippolyto v. 664. *ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν. ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κἀκεῖναι κακαί. Bergl.*

92. (86. Br.) *καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοις.* Sic rescripsi metri fulciendi gratia. Ante enim legebatur *καὶ δίκαι' ἂν πάθοις*, claudicante versu. *Kust. δίκαι' ἄν:* Gry. *δίκαιά γ' ἄν. Bentl. δίκαιά γ' ἂν πάθοις. Merito id tibi eveniret. Bergl.*

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ Δία, δίκαι' ἂν πάθοις. Sic optime codex. Editt. vett. omnes habent *νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαι' ἂν πάθοις*, omisso nomine *Δία*, quod absorpsit sequens syllaba. Vulgata lectio in recentioribus editt. *νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοις* ex emendatione Scaligeri est. *Brunck. καὶ δίκαιά τἂν* Elmsleius ad Acharn. p. 102.

93. (87. Br.) *ἐκ ταύτης.* Mallem *ἐκ τούτων* i. e. *postquam haec ita sunt comparata. Bergl. τίν' ἐκ τοίτων.* Sic omnino legendum, emendante Berglero. Absurde vulgo *τίν' ἐκ ταύτης. Brunck. ἐπὶ ταύταις contra has*, nempe feminas. *Reisk.*

95. (89. Br.) ἐς Θεσμοφόροιν, ut supra 85. κἀν Θεσμοφόροιν. Sic veteres editt. Minus emendate in cod. ἐν Θεσμοφόροιν. Editt. recentiores ἐς Θεσμοφόρι'. Vide notam ad Lys. 407. *Brunck.* ἐς Θεσμοφόροιν cum ed. Basil. 1547. et Iunt. 1515. *Porson.*

96. (90. Br.) ἐν ταῖς γυναιξί, χ' ἅ 'ν δέῃ. Vulgo γυναιξίν, κἂν δέῃ. Cod. non variat, nisi quod ν omittit ἐφελκυστικόν. Flagitante sensu χ' ἅ 'ν reposui pro κἂν. Vide ad Lys. 1056. καὶ ἃ ἂν δέῃ λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ: non καὶ ἂν, quod dubitantis est, et a sententia alienum. *Brunck.* χ' ἅ 'ν δέῃ Markland. ad Eurip. Suppl. 564. recte; ita Aeschyl. Prometh. 547. legendum, χ' αἱ τύχαι pro καὶ τύχαι. Sophocl. Antigon. 527. MS. apud Valckenaer. ad Eurip. Phoeniss. 712. ποιήσας ἐγώ. Pro τοῦτο Brunckius edidit ex MSS. ut probabile est, εἰμί. Lege igitur, οὔκουν τόδ' ἔργον εἰμ' ὁ ποιήσας ἐγώ. Alexid. apud Athenaeum III. 52. p. 118. κατεδηδόκασι τὰ λάχαν' αἱ τρωξαλλίδες. Sophocl. Ai. 658. χὠ δεινὸς ὄρνις, χαί περισκελεῖς φρένες. Iamblich. V. P. 78. καὶ αἱ παρὰ φύσιν ἀδοναί. *Porson.*

99. Citat Suid. in κομψόν. *Bentl.*

100. τοῦ. τὸ Suid. ms. τεχνάζειν. *Porson.* ἡμέτερος. Sic non solum habent editiones priores, sed etiam Suidas v. πυραμοῦς et v. τεχνάζειν, ubi locus hic adducitur. Ea autem lectio si retinenda est, versui huic utique praefigi debet persona Euripidis, quippe cui haec conveniunt, non vero Mnesilocho. Meursius ad Lycophronem v. 595. ἀσύγκλωστον quid in hoc loco animadvertens pro ἡμέτερος rescribendum censebat ὑμέτερος. Sed nos potius priori, quem diximus, modo huic loco consulendum censemus, ut nempe vox ἡμέτερος relinquatur, propter auctoritatem Suidae, et versus hic Euripidi tribuatur. [Praefigenda persona Euripidis. *Reisk.*] Ceterum sensus huius loci est is, quem in versione expressimus. πυραμοῦς enim hic capitur pro *palma* vel *victoria*, quoniam πυραμοῦς, quod erat genus placentae, praemii loco dabatur iis, qui in pervigiliis vigilantia alios vicissent. Vide Suidam locis laudatis. *Kust.* Hoc dicit Mnesilochus, non quasi et ipse sit tam vafer, ut in ea re palmam ferat, sed quia Euripidi favet et ab eius partibus stat.

Sic in Equitibus v. 277. quum chorus faveret fartori, dicit: *si adversarium tuum superaveris impudentia: ἢν ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς*, ubi vide notam. *Bergl.* In Equit. v. 277.

ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

ubi proverbialis locutionis ratio redditur. *Brunck.*

101. c) (95. Br.) Lege *ὡς Ἀγάθων* vel *ὦ Ἀγάθων*. *Bentl.* *Ὠγάθων ἐξέρχεται.* Vulgo labante metro *Ἀγάθων*. V. ad v. 50. *Brunck.*

102. (96. Br.) *οὐκκυκλούμενος*. Bisetus [et Bentleius] legit *οὐγκυκλούμενος* idque interpretatur *encyclo indutus:* non male, quod ad sensum attinet. Nam encyclum erat genus vestis muliebris, cuius Aristophanes pluribus in locis meminit, et Agathon paulo post ut muliebri ornatus habitu a comico nostro introducitur. Sed quum exemplum huius vocis et significationis desiderem, et praeterea a vulgata lectione nunquam temere recedendum putem, videamus, annon *τὸ ἐκκυκλούμενος* commode hic interpretari possimus. *ἐκκύκλημα* apud veteres dicebatur machina quaedam theatralis, rotas habens, cuius conversione res populo spectandae exhibebantur, teste Pollucc IV. 128. et schol. Arist. ad Acharn. v. 407. Hinc *ἐκκυκλεῖν*, quod proprie notat res versatione talis machinae oculis spectatorum exhibere, absolute interdum ponitur pro *in medium proferre*, cuius significationis exempla reperiet lector apud accuratissimum Casaubonum ad Athen. lib. VIII. cap. XV. Huc etiam pertinet nota illa Hesychii: *ἐκκυκλεῖ, ἐκκαλύπτει.* Contrarium est *τὸ ἐγκυκλεῖσθαι* apud comicum nostrum in Vesp. v. 697. et *ἐγκυκλεῖν* in hac ipsa fabula v. 272. Quare *τὸ ἐκκυκλεῖσθαι* eleganter et comice dicitur de re, quae cum pompa et apparatu quodam insolito in medium producitur et proinde spectaculo digna est, quales erant res illae, quae in tragoediis eo quo diximus modo spectatoribus exhibebantur. Quoniam igitur Agatho, qui vir erat, praeter morem muliebri indutus habitu et speciem insolitam prae se ferens, domo pro-

---

e) *ὦ Ἀγάθων.* id est *ὦ Ἀγάθων. Reisk.*

dibat, tanquam de persona tragica Aristophanes de e dixit ὀὐκκυκλούμενος, quasi diceres *qui cum insolit specie apparet.* Iuvat hanc interpretationem, quo infra v. 272. Mnesilochus, sumptis itidem in dom Agathonis muliebribus vestibus, quum templum Ce reris iam aditurus esset, dicat εἴσω τις ὡς τάχιστά μ εἰσκυκληθάτω. Uti enim comicus de Agathone dom exeunte ἐκκυκλεῖν dixit, sic ibi de Mnesilocho templun Cereris ingressuro εἰσκυκλεῖν; ob eandem scilicet, quam ante memoravimus causam. *Kust.* ἐκκυκλεῖσθαι pro prie est in machina theatrali ostendi, deinde absolute *apparere, prodire.* Vide ad Acharn. v. 407. Etiam sine isto respectu κυκλεῖν de itione usurpatur, ut κυκλεῖν βάσιν, κυκλεῖν πόδα, ἀνακυκλεῖσθαι. Vide in Avibus v. 1379. *Bergl.*

ὀὐκκυκλούμενος. Infra 265. Agatho postquam Euripidi et socero apparatum omnem, quo illis usus erat, concessit, domum se inferri iubet his verbis:

εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκληθάτω.

Quem versum absurde vulgo Mnesilocho tribuunt, et ridiculum in modum interpretatur Kusterus. In Acharn. Dicaeopolis Euripidem convenit, pannos mendicique tragicum ornatum ab eo mutuaturus, eumque rogat, ut foras prodeat, his verbis: ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'. Respondet Euripides v. 409.

ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι· καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.

Scilicet erat ἐκκύκλημα machina theatralis in tragoediarum repraesentatione adhiberi solita, de qua sic Pollux IV. 128. καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόρρητα πραχθέντα. καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν, ὅτε δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκυκλεῖν ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Περσεῖς, καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. Sic legenda Pollucis verba, quae vulgo mendose feruntur: nec mirum, si ex istis, ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐγκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται, nihil extundere potuerint interpretes. Machinae unum erat nomen ἐκκύκλημα: sed pro diverso illius usu, quo intus in scenam, vel e scena intro vehebat

tur persona quaelibet, duplex erat verbum *ἐκκυκλεῖν*, *εἰσκυκλεῖν*, quae ut apud comicum distincta, sic Onomastico fuerunt enotata. Facete noster Agathonem tragicum poetam, itemque in Acharn. Euripidem, non pedibus in scenae solo gradientes inducit, sed, tanquam deos aut heroas, sublimes in machina tragica vectos. Nihil hic viderunt interpretes, qui *ἐκκυκλεῖσθαι* non sua propria significatione accipi voluerunt, sed absolute pro *apparere, prodire*, idque *cum insolita specie;* quum revera significet *sublimem in machina inferri.* In fabulae repraesentatione sic ostendebatur Agatho; eodemque modo in Acharnens. Euripides. Quapropter postquam eum evocavit Dicaeopolis, ex interiore aedium, nondum a spectatoribus conspectus, respondet: *Evehar quidem in machina sublimis; sed descendere non vacat. Brunck.*

104. (98. Br.) *Κυρήνην.* De hac vide schol. Aristoph. supra ad Ran. v. 1562. et Suidam v. *δωδεκαμήχανος. Kuster.* Haec erat meretrix, cuius mentio in Ranis v. 1562. Quia autem Agathon effeminatus erat et comtulus, hunc videns putat eum esse mulierem, uti in Ecclesiaz. v. 167. quum quaedam reprehendens alteram, quod viros appellaret mulieres, dixisset: *γυναῖκας αὖ δύστηνε τοὺς ἄνδρας λέγεις;* illa inquit, *μὰ Δί' ἀλλ' Ἐπίγονόν γ' ἐκεῖνον· ἐπιβλέψασα γὰρ ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾠόμην λέγειν. Bergl.* Nobile scortum Cyrene, de qua vide ad Ran. 1328. *Brunck.*

105. Gry. *αὖ. Bentl. μελῳδεῖν ἂν παρασκευάζεται.* In Avibus v. 226. *ὕπνῳ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται.* Ita etiam hic lego. Edd. *ἄν. Bergl.*

106. (100. Br.) *μύρμηκος ἀτραπούς.* Vide Suidam v. *μύρμηξ* et v. *χορικός. Kust.* Videtur proverbii speciem habere de rebus minutis et exilibus. Simile est *ὡς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη* in Nubibus v. 832. *Bergl.* Cf. Jacobs. in Wolfii Anal. II. p. 548.

ἤ τι Suid. in *μύρμηξ:* sed fo. *ἔτι. Bentl.* Hoc, ni fallor, vult Porsoni notula in ed. 1532.: *διαμινύρεται* scripsit vel scripturus erat librarius in Suidae ms. v. *μύρμηξ·* sed fecit *—νυρίζεται*, ut ed. Med. *Dobree. μυρμήκων* Suid. ed. ms. (ibid.) *Porson. ἤ τι διαμινυ-*

ρεται, Sic tam ad metri quam ad linguae rationem recte emendavit Dawesius vulgatam lectionem διαμινυρίζεται. *Brunck.* Conf. Reisig. I. p. 49.

107. — 9. Proodus hic est tribus versibus constans, qui finiuntur verbis λαμπάδα, ἐλευθέρα, βοάν. Duo priores sunt ionici a maiore trim. et dim. catal. ultimus est iamb. dim. *Hotib.*

108. λαμπάδα. Quia Ceres facibus incensis quae sivit Proserpinam. Ex notis Biseti. *Bergl.*

109. (105. Br.) πατρίδι χορεύσασθαι. Verti ac si scriptum esset πατρίᾳ χορεύσασθε d) βοᾷ, uti procul dubio scribendum est. Nam vulgata lectio commodum non habet sensum. Ceterum vox πατρίᾳ, si maiusculis litteris scribatur cum iota adscripto, ut in antiquis MSS. fieri solet, hoc modo *ΠΑΤΡΙΑΙ*, facile cum *ΠΑΤΡΙΑΙ* itidem maiusculis litteris scripto confundi potest. *Kust.* βοάν. Forte βοᾷ, ut infra v. 131. ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ. Potest tamen ferri etiam βοάν, ut sit ellipsis praepositionis κατὰ, sed tunc est sensus: *cum libera patria tripudiate ad clamorem.* Et ita accipit Bisetus. *Bergl.*

χορεύσασθαι βοάν, *saltando clamorem tollere.* Dithyrambica locutio, quales aliae nonnullae in hoc cantico, data opera a comico conquisitae in Agathonis μελοποιΐας irrisionem. Hoc non animadvertit Kusterus, alioquin ei non venisset in mentem ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίᾳ χορεύσασθαι βοᾷ, quod utique insulsum est. *Brunck.*

110. (104. Br.) Agathonem comitantur actores tragici chori, quem ille erudiebat, proximisque ludis populo exhibiturus erat. Non est hic chorus fabulae, qui e mulieribus constat Cereris et Proserpinae festum celebrantibus. *Brunck.*

110. — 128. Haec si strophica sunt, ut esse consentaneum est, resectis interpretamentis in hunc fere modum scribes:

---

d) Lege χορεύσασθε. *Bentl.*

στροφὴ ά.

Χ. Τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος;
* * * * * * * * *
Λέγε νυν· εὐπίστως τοὐμὸν
Δαίμονας ἔχει σεβίσαι. *anacr. catal.*

ἀντιστρ. ά.

Α. Ἄγε νυν, ὅπλιζε, Μοῦσα,
Χρυσέων ῥύτορα τόξων
Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας,
Γύαλα Σιμουντίδι γᾷ!

στροφὴ β'.

Χ. Χαῖρ', ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς *troch. dim.*
Γέρας ἱερὸν, Φοῖβε, προφέρων! *iamb. dim.*

ἀντιστρ. β'.

Α. Τάν τ' ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι
Κόραν ἀείσατ' ἀγροτέραν!

στροφὴ γ'.

Χ. Ἕπομαι, κλήζουσα σεμνὸν
Γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς, *anacreont.*
Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. *anacr. catal.*

ἀντιστρ. γ'. ά.

Α. Λατώ τ', Ἀοίδος τε κρούμα-
τα ποδὶ παράρυθμα, Φρυγίων
Διανεύματα Χαρίτων.

ἀντιστρ. γ'. β'.

Χ. Σέβομαι Λατὼ τ' ἄνασσαν,
Κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων,
Ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ,

ἐπῳδός.

Τᾷ φῶς ἔσσυτο δαίμονος ὄμμασιν,
Ἡμετέρας τε δι' αἰφνιδίου γ' ὀπός. *dochmaïci.*
Ὧν χάριν ἄναντ' ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ
Χαῖρ', ὄλβιε παῖ Λατοῦς! *anacr. catal.*

Epodum simul adscripsi, quoniam ibi quoque leviter turbatum erat tum illato *δαιμονίοις*, quod obscurum, tum minus recte descriptis versibus, omissoque γὲ post *αἰφνιδίου*, ruente metro. Iam strophas percenseamus, quae propemodum omnes interpolationibus foedum in modum sunt deturpatae. Nam quae strophа prima in vulgatis, invito quidem versu, leguntur,

εὐπίστως δὲ τοὐμὸν, ingenium ea glossatorum vulgare produnt, languida sua καὶ μὲν δὲ ubique infercientium. Haud difficilius τὸ καλλίστοις ἀοιδαῖς stropha secunda, et Ἄρτεμιν illud inculcatum post ἀείσαι in antistropha iudicabitur; nec maiorem, credo, scrupulum iniicient vel Ἀοίδος usurpatum a me versus causa pro vulgato Ἀσιάδος, vel εὔρυθμα, pessime adscriptum vulgo τῷ παράρυθμα, paulo insolentius illi adhibito pro εὔρυθμα. Cithara autem intelligenda in Ἀσιάδος, quoniam instrumenti huius ferebantur inventores Lydi. Quod et optime callebant Paris et Phryges: Plutarchus de fortuna Alexandri Magni lib. 1.: *Καί τινος αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) τῶν ἐγχωρίων ὑποσχομένου τὴν Πάριδος λυραν, εἰ βούλοιτο, δώσειν, οὐδὲν, ἔφη, τῆς ἐκείνου δεῖται· τὴν γαρ Ἀχιλλέως κέκτημαι, πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἀνεπαύετο, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν· ἡ δὲ Πάριδος πάντως μαλακήν τινα καὶ θήλειαν ἁρμονίαν ἐρωτικοῖς ἔψαλλε μέλεσι.* Huc referendum *Φρυγίων διανεύματα Χαρίτων*, quae descriptio est citharae. Quanquam fere terram intelligi malim, ut pulsationes Asiae dicantur pro pulsationibus Asiaticis (citharae). De his igitur locis omnibus facile concessum iri suspicor, et corrupta esse, et satis probabiliter emendata. Sed strophae 1 inter versum 1 et 5 lacunam me statuere, cum ad sententiae integritatem nihil desiderari videatur, id fortasse erit qui miretur negetque ferendum esse. Sane non nisi antistrophae ratio metrica nos docet, versum hic excidisse, qui qualis fuerit, mea non multum refert indagare, remque integram relinquere lectoribus tuto possim. Cum tamen similia fere omittantur, simillimumque aliquid, ita ut superfluum videri potuerit, lectum olim fuisse hoc loco, sententia ipsa doceat minime laborans: orta mihi suspicio, tale quid profectum esse ab Aristophane, ludens Agathonis ingenium hic quoque expressuro:

Τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος;
Τίνι δὲ θεῶν ὁ κῶμος;
Λέγε νυν etc.

Daemonas a diis etiam apud alios distingui, constat; quod nescientes vulgaris moduli librarios alterum istorum versuum neglexisse, fuerit consentaneum.

Atque haec quidem sunt ea, quae de adornando loco difficiliore dicenda habuimus. Nam duas unius strophae antistrophas et alibi saepius observare licet, velut Ran. 925 seqq. Adiiciamus versionem.

Chorus. Cuinam deo festum instituitur? dic igitur: propensus ego sum in deorum cultum.

Agathon. Age igitur, arcus dominum aurei, Musa, celebra, Phoebum, qui Simuntidis urbis moenia condidit!

Chorus. Salve, eleganti munere praedite, qui artem sacram, Phoebe, exhibes, i. e. exerces.

Agathon. Saltusque silvosos virginem colentem canite agrestem!

Chorus. Sequor, laudibus efferens almum Latonae genus, Dianam nuptiarum expertem.

Agathon. Et Latonam, atque Asiae pulsationes pedi congruas, Phrygiarum nutus Charitum.

Chorus. Veneror Latonam dominam, citharamque, matrem hymnorum, masculo probatoque cantu, Quam exaudientis vocemque nostram inexpectatam gaudio perfundi solent deae lumina. Quamobrem celebra Phoebum dominum. Salve, beate Latonae gli!

Affectata haec propemodum omnia; sed talia decebant Agathonem, parenthyrsi amantissimum. *Hotib.*

Ad Thesmophoriazusas accedo. Cuius fabulae modo non omnia ipse primus suis numeris restituisse dicar. Etenim semel tantum mihi mea praeripuit Bentleius. Quae vero in hanc partem conati sunt Hermannus et Hotibius, ea debent in censum referri operum, quibus illa fuerit laus, ut inde aliquis cognoscere posset, non quid effecerint homines eruditi, verum quid facere voluerint. Tu vero, lector, si sapis, meam rationem comprobaturus sic lege:

101. et sqq. στρ. ά.

ΑΓ. ἄγε νῦν μ' ὅπλιζε Μουσᾶν
ἱερῆ. Ἀονίαι δεξάμεναι
λαμπάδα κόραι ξὺν ἐλευ-
θερᾳ τᾷ πλατίδι — 4.

ἀντιστρ. ά.

ΧΟ. τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος;

λέγε νῦν. ΑΓ. εὐεπὲς ἔστω στόμα σόν·
ΧΟ. δαίμονα δ' ἔχει σεβίσαι·
ΑΓ. χορεύσασθ' ἐν βοᾷ 8.

στρ. β'.

χρυσέων ῥύτορα τόξων
Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας
γύαλα Σιμουντίδι γᾷ.

ἀντιστρ. β'.

ΧΟ. καλλίσταις ἐν ἀοιδαῖς, 12.
χαῖρ', εὐμούσοισί τε τιμαῖς
γέρας ἱερὸν [sic] προφέρων.

στρ. γ'.

ΑΓ. τάν τ' ἐν οὔρεσι δρυογόνοισιν 15.
ἀείσατε κούραν
Ἄρτεμιν ἀγροτέραν.
ΧΟ. ἕπομαι κληίζουσα σεμνὸν
γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς
Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ 20.

ἀντιστρ. γ'.

ΑΓ. Λατώ τ' Ἀσίδος ἄρυθμα κρούμα-
τα ποδὶ Φρυγίῳ διν- 22.
εύματά τε Χαρίτων.
ΧΟ. σέβομαι Λατὼ τ' ἄνασσαν
κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων
ἀρσένι βοᾷ δονάκων 26.

ἐπῳδός.

ΑΓ. τᾷ φάος ἔσσυτο Μαιονίοις 27.
ὄμμασιν ἡμετέροις τε δι' αἰφνι-
ιδίου γ'
ὀπός· ὧν
χάριν, ἄνακτ' ἄ-
γαλλε Φοῖβον
τιμᾷ. ΧΟ. χαῖρ' ὄλβι-
ε παῖ Λατοῦς.

Versuum et vocum sedes paulum mutavi: at nunquam id feci sine causa probabili. In ipso cantus initio reposui versum, qui vulgo legitur post σεβίσαι Verum ecquis non videt ἄγε νῦν ὅπλιζε non posse non carminis esse exordium. V. 2. Vulgo ἱέραν [sic] χθονίαις: quae nequeo intelligere. Ex ἱέραν [sic] eru

ἱερῆ': quocum, ut sententia melius procederet, coniunxi μοῦσα in μουσᾶν mutatum. Agatho ipsum se appellat *Μουσῶν ἱερῆα*, ut Horatius a se audit *Musarum sacerdos*: mox e *ΧΘΟΝΙΑΙΣ* erui *ΑΟΝΙΑΙ*. Vox eadem alibi depravatur. Egregia est emendatio Valckenaerii legentis *ΑΟΝΩΝ* pro *ΔΟΜΩΝ* in Phoen. 652. Hic Ἀονίαι — κόραι sunt Musae. V. 4. Vice πατρίδι reposui πλατίδι. Hesych. πλάτιν γυναικῶν, τὴν ἄθροισιν. Idem πλατὶς, γυνὴ — σύνοδος, ἄθροισμα. Et sane πλατίδι exstat in Achar. 132. V. 6. Ex εὐπίστως δὲ τοὐμὸν erui εὐεπὲς ἔστω σιόμα σὸν et δ' ad v. 7. detrusi. Illud εὐεπὲς ἔστω στόμα σὸν bene convenit cum formula notissima εὐφημία ἔστω in v. infr. 295. et στόμα εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω in Bacch. 70. Similiter apud Latinos dicitur *Favete linguis*. V. 8. Voces χορεύσασθαι βοᾶν exstant vulgo in v. 4. post ἐλευθερᾳ πατρίδι: et sane quoad constructionis ita legi debent: etenim vv. 5, 6, 7, sunt quasi παρενθετικῶς dicti. ibid. ἐν βοᾷ reposui, ne quis mecum haereret de syntaxi χορεύσασθαι βοᾶν: immo elegans est ἐν hic pro σύν: vid. Musgrav. ad Soph. Phil. 61. V. 12. Vulgo χαῖρε καλ. ἀοι. Φοῖβ' ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς. V. 15. ὄρεσι et mox κόραν ἀείσατ' leviter mutavi. V. 21. Vulgo τε κρούματά τ' Ἀσιάδος πόδι παράρυθμ' εὔρυθμα Φρυγίων διαντεύματα Χαρίτων. Inter quae *δινεύματα* emendavit Bentl. et Brunck. qui citare poterant Hom. Ἰλ. Σ. 494. κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον· mox in παράρυθμ' εὔρυθμα latent lectio corrupta et corruptae emendatio et emendationis corruptela. Lege Γᾶρ· ἄρυθμα· εὔρυθμα. ideoque reposui var. lect. ἄρυθμα. Mox de Ἀσίδος et Ἀσιάδος permutatis, vide Blomfield. ad Pers. 275. et de Φρυγίοι et Φρυγίων et similibus vid. Praef. ad Tro. p. XXVIII. Quae fuerint *Phrygiae Gratiae*, exputare nequeo. V. 26. Pro δοκίμῳ reposui δονάκων. Vid. ad Ran. 235. V. 27. δαιμονίοις non intelligo. Dedi *Maιονίοις*. scil. Homeri. cf. Ὁδ. Θ. 64. Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε· δίδου τ' ἀγαθόν τε κακόν τε· ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε· δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. Aliis fortasse placebit δαιμονίως ἄσμασιν ἡμετέροις γε: illud enim δαιμονίως aliquatenus ueri poterit Nub. δαιμονίως ἐφθέγξατο dictum de Carcini filio Tragoedo: quem ridet iterum infr. 440. *G. Burges* in classical Iournal XXVIII. p. 251. 252.

111. *εὐπείστως. Reisk.*

112. (106. Br.) Froben. *δαίμονα ἔχεις.* Gry. *δαίμονας ἔχει* et Suid. in *σεβαστός. Bentl.* *ἔχει.* animo mec facile imperari et persuaderi potest ut deos colat. *Reisk* *ἔχει* ex Suida Toup. in Suid. III. p. 120. *ἔχειν* Suid. ms. *σεβίσαι. Porson.* *δαίμονας ἔχει σεβίσαι.* Sic recte Suidas in *σεβαστὸς* et in *σεβίσαι*, quod animadverti Toupius III. 120. [II. p. 152.] Iam ante eum e sola sententia viderat Reiskius vulgatum *ἔχεις* mendosum esse, et *ἔχει* reponendum. *Brunck.*

113. (107. Br.) Fo. *ὤλβιζε*: vid. 124. *Bentl.* *ὅπλιζε Φοῖβον.* Dithyrambica rursus locutio: id est *ἑτοίμαζε ὕμνον εἰς Φοῖβον. Brunck.*

115. *Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας γύαλα.* Apollo enim Troiae moenia condidit una cum Neptuno. *Bergl* Nihil hic viderunt priores commentatores et interpretes. Nam verus huius loci sensus est is, quem in versione expressimus: *qui urbis Troiae moenia condidit* Verba enim hic fiunt de Apolline, quem una cum Neptuno Troiae conditorem exstitisse ex veteribus scriptoribus satis constat. *γύαλον* autem non solum *cavitatem* apud Graecos significat, sed etiam cuiusvis rei latera ambitu suo cavum quoddam efficientia, vel simpliciter cuiusvis rei ambitum vel septum: unde recte ab Hesychio exponitur *περίβολος.* Sic *γύαλα θώρακος* dicuntur latera thoracis corpus ambientia: quae alias etiam *κύτη* vocantur. Apud Euripidem Ion. v. 220. *γύαλα* appellantur septa vel limina adyti Apollinei Ait enim: *θέμις γυάλων ὑπερβῆναι; fasne est septa haec* (vel *limina*) *transscendere?* Qui locus non recte vulgo vertitur. Si igitur vox *γύαλον* quemvis *περίβολον* notare potest, non mirum est Aristophanem *moenia urbem ambientia γύαλα* hic vocasse. Quod autem ad vocem *χώρας* attinet, notandum est, eam hic significare *urbem:* quo sensu voces synonymae *χθὼν* et *γῆ* interdum etiam apud poetas accipi solent. Exemplis quibusdam rem ab aliis, quod sciam, nondum observatam illustrabo. Apud Euripidem Hecub. v. 16. *γῆς ὁρίσματα* dicuntur *moenia* (proprie *termini*) *urbis* Troiae. Additur enim in versu sequenti:

πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός.

ubi *Τρωϊκὴ χθὼν* manifeste de urbe Troia dicitur, quam in versu praecedente simpliciter *γῆν* appellaverat. Confirmat hanc interpretationem scholiastes vetus ad illum locum, cuius haec sunt verba: *τὸ γῆς μὴ νομίσῃς διὰ τὴν περὶ τὴν Τροίαν γῆν, ὡς οἴονταί τινες κακῶς· ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν Τροίαν· ἵν' ᾖ τὰ ὁρίσματα, ἀντὶ τοῦ οἱ πύργοι. περιορισμὸς γὰρ τῆς ἐν τῇ πόλει γῆς οἱ πύργοι. ὥστε τῆς γῆς ὁρίσματα καὶ τὸ πύργοι Τρωϊκῆς χθονὸς ταὐτόν ἐστιν. ὅτι δὲ ταὐτόν ἐστι, καὶ οὐχ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, μαρτυρεῖ τὸ ἐπεὶ δὲ Τροία, ὃ ἐπέφερε πρὸς τὰ δύο, δηλῶν ὡς ταυτοσήμαντά ἐστι.* Recte observat scholiastes, Euripidem dicto loco urbem Troiam periphrastice designare per *γῆς ὁρίσματα* et *πύργοι Τρωϊκῆς χθονός:* id quod exinde etiam probat, quod tragicus statim subiiciat *ἐπεὶ δὲ Τροία:* utpote quae superioris periphrasis sit interpretatio. Apud eundem Phoenisse. v. 1205.

πύργων μὲν οὖν γῆς ἴσχομεν κατασκαφάς.

i. e. *prohibuimus igitur eversionem turrium urbis huius.* Loquitur enim ibi de urbe Thebarum, quam Argivi oppugnaverant. Idem in Troad. v. 868. *καὶ γῆ δορὶ πεσοῦσ' Ἑλληνικῷ.* *et urbs, quae hasta* (i. e. *vi bellica*) *Graecorum cecidit.* Et v. 1299. *οὐρανία πεσοῦσα δορὶ καταφθίνει γῆ·* *alta urbs* (i. e. Troia) *excisa perit.* In eadem fabula v. 4. *Τρωϊκὴ χθὼν* est ipsa Troia: quam in eodem dramate v. 816. *Τροίας χθόνα* vocat. Apud eundem in Ion. v. 74. Ion dicitur *κτίστωρ Ἀσιάδος χθονός:* i. e. *conditor Asiaticarum urbium.* Haec qui a nobis annotata legerit, minus, ut puto, mirabitur, *χώραν* ab Aristophane hic pro *urbe* poni. *Kust.*

118. *ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς γέρας ἱερόν.* Scribo et distinguo *ἐν εὐμούσοισι, τιμαῖς γέρως ἱεροῦ προφέρων.* Sic etiam locum hunc verti. *Kust.* In versione alia lectio est expressa, nempe *ἐν εὐμούσοισι, τιμαῖς γέρως ἱεροῦ προφέρων.* Ita enim haec vult distingui et emendari Kusterus. *Bergl.* Verterunt: *Phoebe, inter artis musicae peritos, honoribus praemii sacri excellens.*

120. — 125. Vid. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. p. 196. E.

121. *Ἄρτεμιν Ἀγροτέραν.* In Lysistrata v. 1267. *Bergl.*

123. (117. Br.) *κλήζουσα.* Sic bene scriptum in cod. Vulgo *κληΐζουσα. Brunck.*

126. (120. Br.) *Ἀσιάδος.* Priores interpretes hic subintelligendum putabant *γῆς*, quasi de pulsatione terrae, sive saltatione, hic loqueretur comicus: qua in re valde eos fefellit opinio. Nam *κρούματα Ἀσιάδος* hic significat *pulsus citharae;* subintellecta nimirum voce *κιθάρας*, ut iam ante recte monuit illustriss. Spanhem. ad Callimachum *e*) p. 467. [p. 533. ed. Ernest.]. Cithara quippe *Ἀσιὰς* dicta fuit, quod a Lydis in Asia primum inventa crederetur. Etymologus: *Ἀσιάδος — εὑρέθη.* Vides hunc ipsum locum comici ab eo exponi. Hesychius: *Ἀσιὰς, ἡ κιθάρα, διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι.* Scholiastes Apoll. Rhod. ad libr. II. v. 779. *καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς λέγεται· ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη.* Eurip. in Cyclope v. 442.

— — — *Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον*
κιθάρας κλύοιμεν. — —

Asiaticae non libentius strepitum citharae audiverimus. Hinc obiter emendandus Plutarchus lib. de Musica p. 1135. ubi de cithara agens inquit: *ἐκλήθη δὲ Ἀσίας* etc. Lege *Ἀσιάς.* Vide etiam Suidam v. *Ἀσία:* ubi locus hic comici recte etiam exponitur. *Kust.* Apparet autem ex ipso contextu nihil aliud subintelligi debere; quum enim Agatho iussisset chorum celebrare *Λατώ τε κρούματά τ' Ἀσιάδος*, chorus statim ei morem gerens dicit, *σέβομαι Λατὼ τ' ἄνασσαν, κίθαρίν τε.* Nam sic et in antecedentibus quae Agatho iubebat, ea chorus dicebat se facturum. *Bergl.*

Ἀσιάδος, id est, *citharae.* Etymol. M. p. 153. l. 31. *Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη.* Nescio an unquam urbs exstiterit, cui nomen *Ἀσία*, quam tamen recenset etiam Stephanus. Huius non meminit schol. Apollonii ad II. 777. *Ἀσίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον ἐκαλεῖτο. διὸ*

e) Add. eundem ad Nubes p. 253. ed. Lips.

καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρῶτον εὑρεθῆναι. καὶ Ὅμηρος (Ἰλ. β'. 461.) Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. Explicationem hanc erudite exsecutus est Kusterus. *Brunck.* Add. grammaticum MS. in Montf. Biblioth. Coislin. p. 607.

128. (122. Br.) Lege *δινεύματα κουρήτων. Bentl.* *διανεύματα.* Forte legendum *διτεύματα. Brunck.* *διτεύματα.* Emendationem hanc adstruunt doctorum virorum observata ad Hesychii glossam: *διανεύει, στρέφει, κυκλεῖ. Brunck.* in Supplem.

131. Citat Suidas v. *ἄρσενι βοᾷ. Kuster.*

132. Adscribitur *ΑΓ. Bentl.* *ἔσσυτο.* Vid. Valckenar. ad Theocr. Adoniaz. p. 266. A.

133. Frob. *ὅπως:* al. *ὀπός. Bentl.*

134. (128. Br.) *ἄλλε.* Sic etiam editio Basil. At ed. Paris. *ἄλλα:* quarum lectionum neutra sana esse potest. Bisetus legit *ἄλλος:* quod admittam, donec meliores codices nactus fuero. In Excerptis Scaliger. reperio *ἀγαλλε,* i. e. *honora,* quae coniectura non videtur aspernanda. Ea autem si admittatur, *τιμᾷ,* quod sequitur, erit dativus Doricus, non verbum, ut *ἀγάλλειν τιμᾷ* dictum sit pro simplici *ἀγάλλειν* i. e. *honorare. Kust.* *ἀλλά.* Ita ed. Farrei. Brubachii autem et nupera *ἄλλε.* mox *τιμᾶ* sine iota eadem: unde puto *τίμα* in imperativo. *Bergl.*

ὧν χάριν ἄνακτ' ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ. Si nullum huius fabulae nactus fuissem codicem, non aliter versiculum hunc edidissem, facileque mihi se probasset eadem ista lectio a Scaligero enotata, sive illam e veteri libro excerpserit, sive coniectura adsecutus fuerit vir longe doctissimus. Ignorabat sane Kusterus *quid distent aera lupinis,* quando posthabita optima illa lectione, futilem Biseti coniecturam amplexus est. Quam scripturam repraesentavi, eandem plane et perspicue exhibet August. cod. In Iuntina excusum *ὧν χάριν ἄνακτ' ἄλλε Φοῖβον τιμᾷ,* omissa syllaba *ΑΓ,* nescio an librarii qui codicem Urbinatem descripsit, anne typothetae culpa. Correctores exercuit, sed frustra, haec menda. Pro *ἄλλε* Zanettus edidit *ἀλλὰ,* servato *τιμᾷ* cum ι subscripto. Posterior Veneta ad

prioris exemplum excusa habet ἀλλὰ etiam et τιμᾶ sed sine ι subscripto, quod typographicum vitium Berglero suspicionem iniecit legendum esse τίμα in imperativo, quod etiamsi admitteretur, remaneret tamen vox absurda ἄλλα. Hanc Bisetus in ἄλλος mutavit, significante, ut ipse iussit, πᾶς τις: hocque Kusterus secutus est, vertens: *quorum gratia regem quilibet Phoebum honorat. Brunck.*

135. (129. Br.) ὀλολύξεις γέρων. Haec non pertinent ad seriem fabulae, sed est παρεπιγραφή, qua significatur, Mnesilochum, audito cantico Agathonis, prae voluptate et laetitia clamorem edidisse. Quare scribendum erit ὀλολύξει γέρων. Sic infra post v. 283. ὀλολύζουσι γυναῖκες itidem est παρεπιγραφή. Ceterum ὀλολύζειν non solum significat flebilem et lugubrem ululatum edere, sed etiam quemcunque clamorem tollere, ut a viris doctis satis probatum est. *Kuster.* Est ὀλολυγή plerumque clamor faustus. Vide ad Equites v. 613. *Bergl.* Scal. ὀλολύζοις: vid. 283. *Bentl.* Recte Kusterus ὀλολύζει. Atque ita Suidas in v. notante Toupio Cur. Noviss. in Suid. p. 107. ὀλολύζει ὁ Suid. ms. v. *Porson.* Vide Append. ad Toup. p. 504. *Dobree.*

Post hunc versum παρεπιγραφὴ vel ad marginem, vel inter versus scripta, ὀλολύζει ὁ γέρων, ab alio librario in contextum illata fuit, tanquam si esset versus fabulae, depravata insuper scriptura, ὀλολύζεις γέρων. Eam, tanquam inutilem, prorsus omisi, ut aliam in Lys. v. 304. *Brunck.*

136. Γενετυλλίδες. Vide Suidam v. Γενετυλλὶς, ubi locum hunc citat, et Meurs. in Piraeo cap. ult. *Kust.* Deae quaedam affines Veneri. *Bergl.*

137. κατεγλωττισμένον. Vide Suidam v. κατεγλωττισμένον et nos ibi. *Kust.* Unde καταγλωττίσματα *oscula lasciviora et delicata:* in Nubibus v. 51. καταγλωττισμάτων — Γενετυλλίδος. *Bergl.*

138. μανδαλωτόν. In Acharnensibus v. 1199. φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω, τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτὸν ἄν. *Bergl.*

139. Citat Suidas v. γαργαλίζει. *Kust.*

140. (134. Br.) Gry. *νεανίσκ', εἴ τις. Bentl.* *ὅστις.* Ita ed. Farrei. Brubachii *εἴτις.* nupera *ἥτις. Bergl.* *ὅστις εἶ.* Male in Iuntina aliisque quibusdam *εἴ τις εἶ,* quod est etiam in codice nostro. Zanettus *ὅστις* bene emendavit. Primum in Frobeniana excusum fuit *η ὁ,* quod ceterae deinceps licet pravum retinuerunt. *Brunck.* *καὶ σ', ὦ νεᾶνις. Porson.*

141. *ἐκ τῆς Λυκουργίας.* Aeschylus scripsit Lycurgum fabulam. Ad cuius verba in sequentibus sine dubio alludit, ubi Agathonem alloquitur semivirum. *Bergl.*

142. *γύννις.* Vid. Boettiger. in Wilandi Museo Attico I. 2. p. 358. Toup. in Suidam I. p. 111.

143. (137. Br.) Citat Suidas v. *βάρβιτον.* Mnesilochus autem haec admirabundus dicit, videns Agathonem muliebri habitu indutum esse. *Kust.* *λαλεῖ.* Sic Suid. ed. et ms. v. *βάρβιτον.* ubi ms. *ὦ τὸ φίλον οτ. Porson.*

τί βάρβιτος μέλει κροκωτῷ; Vulgo *λαλεῖ,* satis insulse. Praestantissimi Valckenarii emendationem recepi, quem vide ad Eurip. Hippol. p. 187. Exemplis ibi prolatis adde nostrum Eq. 1022.

τί γὰρ ἔστ' Ἐρεχθεῖ, καὶ κολοιοῖς, καὶ κυνί;

et Epicharmum apud Stobaeum in Floril. Grotii p. 365.

τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

Brunck.

τί βάρβιτος Λαλεῖ κροκωτῷ; quid barbitus dicit, quid dicendum habet, crocotae? quid illi cum hac est rei? Friget prae hac librorum lectione Brunckio probata Valckenarii correctio, *τί β. μέλει κρ.; Hotib.*

145. *ἀξύμφορον* Suid. in *βάρβιτος. Bentl.*

146. *τί δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία;* Hic iam alludit ad illud Epicharmi apud Stobaeum Serm. LXXXIX. *τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; Bergl.* *δὲ* Suid. ms. [et ed. Med. in *βάρβ. Dobree.*]. *Porson.*

147. Suid. in *πέος* habet *τρέφῃ:* at *ει* Atticum est. mox idem *ποῦ δὲ τὸ πέος:* at *ποῦ τὸ πέος* in *Λακωνικαί. Bentl.*

148. (142. Br.) Suidas v. *πέος* et schol. supra ad Vesp. v. 1155. *Kust.* *ποῦ τὸ πέος;* Suid. v. *Λακωνικαί.* schol. ad Vesp. 1153. *ποῦ δὲ τὸ πέος;* Suid. v. *πέος.* *Porson.* *Λακωνικαί.* *ἀνδρεῖα ὑποδήματα.* Suidas e comici scholiaste ad Vesp. 1159. *Brunck.*

150. *ἐκ τοῦ μέλους ζητῶ σε.* Quia nimirum eius carmen est *θηλυθριῶδες*, ut paulo ante dicebat: hinc et ipsum talem esse vult coniicere: et quia ipse talis est, eius carmina etiam sunt talia. *ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει*, ut ipse infra dicit. *Bergl.*

152. *μὲν* om. Suid. *ἄλγησις.* *Porson.* *ψόφον*, aut *τὸν φθόνον μὲν τοῦ ψόγου.* *Reisk.*

153. (147. Br.) *τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.* Potest etiam verti: *dolorem nullum ostendi et prae me tuli*, nempe quem perceperim ex tua oratione. Et ita exponit Suidas, nempe per *οὐκ ἐλυπήθην*, *dolore affectus non sum*, in *ἄλγησις.* *Bergl.* *τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.* *ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐλυπήθην.* Suidas [a Kustero indicatus] in *ἄλγησις.* *Brunck.*

154. *ἅμα γνώμῃ.* *Consulto.* Aliquando omittitur *ἅμα*. Ut apud Xenophontem de Athen. Polit. circa finem: *οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσι*, ubi praecesserat: *δοκοῦσιν οὐκ ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι.* Idem autem est *ἅμα γνώμῃ*, quod *ξὺν νῷ*, quod est in Nubibus v. 580. et *ἅμα* ante *γνώμῃ* ponitur pro *σὺν*, ne fiat confusio cum *συγγνώμῃ.* *Bergl.*

155. *χρὴ τὸν ποιητὴν ἄνδρα.* Vox *ἀνὴρ* quando iuncta est alii substantivo, articulum, quod sciam, non asciscit. Hoc quidem loco *τὸν* ab aliquo posteriorum editorum sine ulla auctoritate insertum videtur. Legam:

χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα —

quomodo haec etiam melius cohaerent cum praegressis. *Porson.* in censura Aristoph. Brunckiani p. 576. Eodem modo Scaliger et Bentleius.

157. *αὐτίκα.* Potest quandoque, ut hic, Latine verti, *principio.* *Bergl.*

159. (153. Br.) *κελητίζεις.* Vide ad Lys. 60. *Brunck.* *Φαίδραν.* Propudiosae libidinis mulier, quae ap-

petivit concubitum privigni, de qua et Euripides fecit tragoedias. Apud nostrum in Ranis v. 1069. Aeschylus interrogatus ab Euripide, quales ipse fecerit fabulas, dicit: *μὰ Δί' οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρνας· profecto non Phaedras faciebam meretrices sicut tu.* Dicit itaque Mnesilochus ad Agathonem: *quum ergo Phaedram facis, more meretricis equum agitas?* sensu obsceno; ut in Vespis v. 497. *κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα — ὅτι κελητίσαι 'κέλευον, — ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα.* Res flagitiosa, quae reticenda, inquit glossator Petronii. *Bergl.*

161. *ἃ δ' οὐ κεκτήμεθα, μίμησις — συνθηρεύεται.* Euripides in Aeolo in fragm. *ἃ δὲ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα, Τοῖσι πένησι χρώμενοι θηρώμεθα· quae vero divites non habemus, pauperibus utentes acquirimus.* Quo in loco *θηρώμεθα* scripsi pro vulgato *τιμώμεθα*, quia illud aptius. *Bergl.*

165. *Σατύρους.* Faciunt enim tragici poetae, qualis erat Agathon, satyrica dramata, quorum unicum tantum hodie exstat exemplum, nempe Euripidis Cyclops. Dicit autem hoc, quia Satyri sunt *κατωφερεῖς*. *Bergl.*

164. (158. Br.) Scal. *συμπίωσ':* male. *Bentl. σοὔπισθεν* (in Aug. scriptum *σὀὔπισθεν*) esse possit pro *σοι ὄπισθεν*, ut saepe *μούστὶν* pro *μοι ἐστὶν* scriptum reperitur: *μοὔχρησεν* pro *μοι ἔχρησεν*, *μοὐδόκει* pro *μοι ἐδόκει*, *μούγκώμιον* pro *μοι ἐγκώμιον*, de qua scriptura non ubivis probanda alibi agam. Hic subauditur *σοι* cum verbo *συμποιῶ*, et *σοὔπισθεν* est pro *σοῦ ὄπισθεν*, quod Reiskio *f*) etiam placuisse video. Male hucusque excusum fuit *σ' οὔπισθεν*. *ἑστηκώς* pro *ἑστυκώς* est in Scaligeri excerptis. Manifesta est causa, cur saepe commutari debuerint. *Brunck.*

ἑστυκώς. Sic recte edit. Paris. At editt. Basil. et Genev. male *ἑστηκώς*. Ceterum haec adeo obscena sunt, ut pudor ea explicare vetet. *Kust.* Lege ut in Gry. *ἑστυκώς*. Galenus: *Σατυρισμὸς, αἱ τῶν αἰδοίων ἐκτά-*

---

f) *σοὔπισθεν* (id est *ὄπισθεν*). *Reisk.*

σεις. *Bentl.* ἐστυκῶς. A στύομαι, *ut te a tergo adiuvem arrigens.* Nempe vult Satyrum agere, ad quam rem se ἕτοιμον dicebat et supra v. 64. *Bergl.*

166. Citat Suidas v. ἀγρεῖος et v. ἄμουσα. *Kust.*

167. κἀνακρεῶν — κἀλκαῖος, pro καὶ Ἀνακρέων et καὶ Ἀλκαῖος. *Brunck.*

168. ἐχύμισαν. Suidas exponit ἔγχυμον ἐποίησαν. Vide eum v. ἐχύμισαν, ubi locum hunc comici adducit. *Kuster.* Metaphora a coquis, qui temperant sapores ciborum, τοὺς χυμούς. *Bergl.* Frob. οἱ περὶ — ἐχύμησαν. Lege οἵπερ ἐχύμισαν, ut Suid. in ἐμιτρώσατο. *Bentl.* οἵπερ ἀ. ἐχύμισαν Suid. ed. ms. vv. ἐχύμισαν. ἐμιτρώσατο. cetera ut hic in v. ἐμιτ. [i. e. ἐ. τε καὶ διεκίνουν Ἰ. sed ibi edd. Med. Kust. τε καὶ διεκίνουν, ed. Ald. τε καὶ διεκοίνουν (sic). Quare de ms. intelligendus videtur. *Dobree* in Addendis p. 145.]. *Porson.*

169. (170. K. 163. Br.) ἐμιτροφόρουν τε. Citant hunc locum Harpocr. v. Ἰωνικὸς et Suid. v. ἐμιτρώσατο. Ceterum particula τε in hoc versu redundat. Deinde pro διεκίνουν Valesius ad Harpocrat. v. Ἰωνικὸς legit διεκινοῦντ' (i. e. διεκινοῦντο), quod non displicet. Intelligendus autem est hic locus de saltatione molli, quali Iones uti solebant, ut vel ex Horatii loco constat, *motus doceri gaudet Ionicos. Kust.* [Conf. Porsoni Tracts and misc. crit. p. 185.] Merito placet viro doctissimo illud διεκινοῦντο· nam et alibi comicus in passiva voce extulit hoc verbum de re, ut videtur, eadem; in Vespis v. 685. εἰσελθὸν μειρακίων σοι κατάπυγον Χαιρέου υἱός, ὧδὶ διαβὰς διακινηθεὶς τῷ σώματι καὶ τρυφερανθείς. Ἰωνικῶς autem est *molliter et lascive*; propter mollitiem Ionum, quae notior est quam ut explicari debeat, de qua etiam in Ecclesiaz. [914.]. *Bergl.* Frob. διεκίνουν. Suid. διεκοίνουν in ἐμιτρώσατο, et διεκίνουν in Ἰωνικῶς. Lege διεκίνουν. *Bentl.* διεκίνουν Suid. ed. ms. ἰωνικός. *Porson.*

Recte quidem, si sensum loci spectes, Valesius, quo nemo fere elegantiori ingenio has literas tractavit, legebat διεκινοῦντο, *se movebant.* Quod vero dicit Kusterus particulam τε redundare, in hoc iudicium eius desidero. Sed ne sic quidem versus sanus erit;

imo, quod nec Valesius nec Kusterus viderat, misere oneri succumbit. Verbum enim *κινεῖν* primam semper producit. Quo pacto quartam sedem degravat spondeus. Vide igitur an nos rem acu tetigerimus: *ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς.* Hesych. *διακλῶν, τρυφερόν.* Idem: *Ἰωνικόν, τρυφερόν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος, ἢ θηλυκοῦ.* Pollux IV. 91. ubi *περὶ ὀρχήσεως* agit. *Λυγίσαι τὸ σῶμα, κάμψαι, κλάσαι.* Quare *διακλᾶσθαι Ἰωνικῶς* est *corpus instar Ionum molliter movere, saltare.* Horatio, *artubus frangi.* Locus autem ita vertendus est: *Anacreon et Alcaeus, qui musicis gratiam et venustatem conciliarunt, mitras gestabant et molliter more Ionum saltabant.* Toup. Em. in Suidam I. p. 166. 167. Huc respexisse videtur Dionysius Halicarnasseus in libello *περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος* p. 310. ed. Hudson. [T. VI. p. 1093. Reisk.] *καὶ τῶν ῥυθμῶν πολλαχῇ μὲν τοὺς ἀνδρώδεις καὶ ἀξιωματικοὺς καὶ εὐγενεῖς, σπανίως δέ που τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους. Idem ibid.* II. p. 611.

ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς. Egregia emendatio, quae sagacitati Io. Toupii debetur, adeundi ad Suidam I. 128. et Epist. Crit. p. 169. Adtigerat hunc locum etiam Orvillius ad Charit. p. 560. cuius coniecturae ideo tantum memini, ut ex ambarum comparatione aestimetur quantum *vir viro praestet.* Vulgata lectione nihil est mendosius: *ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς.* In Aug. *διεκίνων. Brunck.*

171. *ἠμπίσχετο* Elmsleius in Museo crit. Cantabrig. V. p. 35. sive ad Eurip. Medeam p. 253.

173. *ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει.* Per *φύσιν* hic forma potius intelligitur. In eadem re Pindarus voce *μορφῇ* usus est Nemeorum III. *οἷν καλὸς ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ.* In isto autem, etiam simili loco, *ingenium* intelligitur voce *φύσις*, qui est ex Alcmaeone Euripidis: *ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα, Κακῶν δ', ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός. Bergl.*

174. In margine sine l. vel. f. scripsit Bentl. *Φιλοκλέης* et *Ξενοκλέης. Editor* not. Bentleii. — Scribendum est propter tris caussas,

ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ

cui argute respondet,

ὁ δὲ Ξενοκλέης ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ.

Quod est apud Kusterum, Berglerum, Brunckium, *ταῖτ' ἄρ'*, ab usu sermonis abhorret in hac re: atque in vetustis exemplaribus *ταῦτ' ἄρ'* legitur. *Reisig.* I. p. 62.

Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὤν. Forte in eo consistebat deformitas eius, quia erat *ὀξυκέφαλος*, unde vulgo *κορυδὸς* dicebatur, ut ait comicus in Avibus v. 1296. ubi vide notam. *Bergl.*

175. (169. Br.) *Ξενοκλῆς.* Infra v. 447. *Bergl. ὁ δὲ Ξενοκλέης.* Sic ad prosodiae et metri canonas legendum. In cod. *ὁ Ξενοκλῆς*, vacuo inter duas voces spatio, et ad marginem reposito *δ' αὖ*. Sed scripserat comicus *ὁ δέ*. In nomine *Ξενοκλῆς* secunda non magis produci debet, quam in *Φιλοκλῆς* superioris v. Saepius in ista nominum forma peccatum, quod partim e codd. auctoritate, partim e metri legibus, partim ex analogia ad evidentiam usque demonstratur. Infra 440. ubi recte edidi,

ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παῦ αὐτὴν Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου.

vulgo legitur *Ξενοκλῆς* reclamante metro: nam nec pyrrichium nec iambum recipit quinta sedes octonarii trochaici, sed bene tribrachyn. Ran. 86. ubi edidi,

ὁ δὲ Ξενοκλέης; — Ἐξόλοιτο, νὴ Δία.

male vulgo legitur *Ξενοκλῆς*, quum tamen v. 787. veteres etiam impressi legitimam formam ostendant,

οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου;

non vero *Σοφοκλῆς*. Male vulgo Av. 1295. legitur

Κορυδὸς Φιλοκλεῖ· Χηναλώπηξ Θεαγένει.

ubi e membr. edidimus *Φιλοκλέει*, et ex analogia similium locorum *Ἡρακλέει* v. 567. ubi male vulgo legitur *Ἡρακλεῖ*. In eadem fabula prout vulgo fertur v. 281. in *Φιλοκλέους* antepenultima producitur contra artem et constantem comici usum. Tetrameter est trochaicus

αλλα | χ' ουτος | ἑτερος | ούτος | εστι | μεν Φι | λοκλε | ους.

Quis neget corruptam esse lectionem? Reposuimus

αλλα | χ' ούτος | ἑτερος | αλλ' εσ | τιν μεν | ούτος | Φιλοκλε | ους.

Iam scire vellem an manifestas illas corruptelas, centenasque aliquot eiusdem generis, quibus inquinatus erat comicus, in exemplum traxisset Piersonus contra Dawesii canonem de potestate liquidarum post tenues et aspiratas. Quod de eo dixit ad Moerim p. 20. refellit Th. Burgess. Sed multo magis confutari dignum erat effatum p. 31. cuius temeritatem ostendam ad Pl. 166. *Brunck.*

176. (170. Br.) *Θέογνις ψυχρὸς ὤν.* Huius *ψυχρότητα* facete tangit in Acharn. v. 138. *κατένιψε χιόνι τὴν Θρᾴκην ὅλην, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο.* Tam frigidae fuerunt eius tragoediae, ut nivis illius et glaciei videantur fuisse causa. *Bergl.*

Theognis poeta tragicus valde frigidus, quem facete perstringit comicus Acharn. 140. Scholiastes ad eiusd. dramatis v. 11. eum unum e XXX. Tyrannis fuisse ait, inter quos recensetur a Xenophonte Hellen. p. 70. edit. Lips. *Brunck.*

179. (175. Br.) In prioribus editionibus hic est personarum confusio. Nam versus 180 [179. Inv.] tribuitur Agathoni: et in versu 185. [182.] continuatur persona Mnesilochi, quorum uterque tamen ad Euripidem referendus est, ut sensus loci suadet. *Kust.* In versione ista commodius personis distribuuntur, ut sensus loci manifesto ostendit. *Bergl.* qui Kusterum secutus est.

παῦσαι βαΰζων. Male haec Agathoni vulgo tribui vidit Kusterus, qui personas in versione melius ad sensum distinxit, quam in Graecis: nec tamen earum perversionem ubique perspexit. *Brunck.* Gry. *ET. παῦσαι. Bentl.*

παῦσαι βαΰζων. Infra v. 921. *βαΰζε, τουμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ.* Est autem proprie *canum*, unde ab Hesychio exponitur *ὑλακτεῖν.* Simile est Latinum *baubare*, quod de canibus Lucretius usurpavit: *aut cum deserti baubantur in aedibus. Bergl.* Suid. *βαΰζων. Porson.*

καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν. Reponendum videtur, *καὶ γὰρ ἦ τοιόσδ' ἐγώ. Elmsl.* ad Acharn. p. 61.

181. Suid. ζηλῶ. *Porson.*

182. *AΓ.* λέγε. Ita ed. Farrei et Brub. Nupera vero *MN. Bergl.* ἔα monosyllabon est. *Elmsl.* ad Acharn. p. 61.

185. (177. Br.) Paroedia est Euripidis versuum in Aeolo [quos etiam Bergl. adscripsit]:

παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἵους τε συντέμνειν καλῶς.

Facetum est Euripidem hic induci suismet ipsius verbis loquentem. *Brunck.*

185. 184. Citat Suidas vv. οἷος. σοῦ. Quod latuit Toupium Cur. Noviss. in Suid. p. 103. πολλοὺς καλῶς οἵουτε Suid. ms. οἷος. In σοῦ etiam συντεμεῖν. *Porson.* Conf. eundem ad Toup. IV. p. 505.

185. (179. Br.) ἐγὼ δὲ κοινῇ. Sic etiam Suidas v. κοινολογία. At Bisetus mavult καινῇ, quod non displiceat. *Kust.* καινῇ. Edd. Farrei et Brubachii κοινῇ. *Bergl.* καινῇ ξυμφορᾷ. Cod. et vett. editt. omnes κοινῇ, male. Illud [quod etiam Bentleio placuit] iam repositum fuit in Batavis minoribus. *Brunck.* κοινῇ ξυμφορᾷ] sic Suid. ms. κοινολ. σοῦ. *Porson.*

ξυμφορᾷ πεπληγμένος. Euripides in Alcestide v. 856. καίπερ βαρείᾳ συμφορᾷ πεπληγμένος. *Bergl.*

187. Versus hic, uti et 191. [190. Inv.] et 196. [195.], in prioribus editionibus male Mnesilocho tribuuntur, qui ad Euripidem pertinent, ut sensus loci manifesto ostendit. *Kust.*

188. ὅτι κακῶς αὐτὰς λέγω. Supra v. 90. *Bergl.*

190. Scal. ἅπασ'.

192. Lege μου σοφῶς. *Bentl.* Vid. Elmsl. ad Ach. 401. sed cf. Nub. 1247. *Editor* not. Bentl.

197. λευκὸς — εὐπρεπής. In Ecclesiaz. v. 428. εὐπρεπὴς νεανίας λευκός τις. *Bergl.*

199. Citat Eustathius in Il. A. p. 4. l. 10. = 5, 24. *Bentl. Porson.*

200. (194. Br.) Est versus Eurip. Alcest. 691. *Kust.* Versus est ex Alcestide 702. *Brunck.* χαίρεις ὁρῶν φῶς.

In Alcestide fecit hunc versum Euripides v. 691. indicavit autem Kusterus. Loquitur ibi Pheres, qui noluerat pro filio suo mori. Istud Agathon in Euripidem retorquet, qui vult ut alius ipsius causa periculum subeat. Sic suismet verbis capitur Euripides in Ranis comici v. 1519. ubi vide notam. *Bergl.*

202. (203. K. 196. Br.) Citat Suidas v. *ὑφέξειν*. Ceterum metri gratia legendum est *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα*. *Kust.* Lege *ἂν μαινοίμεθ' ἄν*. Quod Kusterum fugit, quamvis locum Suidae v. *ὑφέξειν*, ubi recte legitur, indicarit. *ἂν μ.* Suid. ed. ms. *ὑφέξειν*. *Porson.*

καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν. Nihil frequentius apud poetas Atticos geminatione particulae *ἄν*. Sic Lys. 191. *τίς ἂν οὖν γένοιτ' ἂν ὅρκος;* 361. *φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον*. Exemplorum *ὅσα κόνις*, quod iam observavi ad Eurip. Or. 381. Hic bis a poeta posita semel excidebat cum versus labe. In cod. vacuum deficientis syllabae relictum spatium, sic: *καὶ γὰρ μαινοίμεθ' ἄν*. Kusteri emendatio *καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα* geminatae particulae elegantia caret, et hiatum inducit similium vocalium in fine huius versus et sequentis initio, quo, quantum fieri licuit, abstinuerunt poetae. Quod reposui, placuit etiam Koenio ad Corinthum p. 18. [44.]. *Brunck.* Equidem scripsisse arbitror Aristophanem,

καὶ γὰρ οὖν μαινοίμεθ' ἄν.

Hermann. ad Vigerum p. 816 sq. Ego puto antiquam poetae scripturam esse *κἀρτα γὰρ μαινοίμεθ' ἄν*. *Reisig.* p. 187.

203. *ἀλλ'* om. ms. ibid. *Porson.*

204. (198. Br.) *οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασι*. Elegantem huius loci emendationem debemus Suidae, quippe apud quem *τεχνάσμασι* recte legitur pro *στενάσμασι*, quod priores editiones habent. Dicit nimirum Agatho, unumquemque propria mala ferre, neque ea arte cuadam et dolo a se in alterum transferre debere. Conabatur enim Euripides Agathoni persuadere, ut sui defendendi gratia muliebri vestitu indutus Thesmophoria iret, quod quum ob manifestum periculum facere recusaret, *τὰς συμφορὰς γάρ*, inquit, *οὐχὶ τοῖς τεχνασμασιν* etc. Unde apparet, sensum lectioni Suidae mirifice favere, recteque hic sibi opponi *παθήματα* et *τε-*

χνάσματα, non autem στενάσματα, quae vox ne quidem Graeca est. Nam a στενάζω fit στέναγμα, non στένασμα quod quum animadverterent editores Genevenses, vocem στενάσμασι, quam vetustiores editiones omnes habent, absque ulla codicum auctoritate mutarunt in στεναγμασι. *Kust.* Gry. στενάγμασι. *Bentl.* τεχιάσμασιν edidit Kusterus ex Suida in v. —τεχνασμασι ed. ms v. *Porson.*

στενάγμασι. Ita edd. Farrei et Brub. aliae στενάσμασι male. Vertendum: *calamitates non sunt ferendae ingemiscendo, sed patiendo* Nimirum ut in Oedipo Coloneo Sophoclis Oedipus dicit v. 1565. οὐ κλαυτὰ δ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰκτέα τάδε — *non deploranda autem haec sunt, sed ferenda mihi.* et Euripides in Electra v. 195. quamvis paulo aliter: οὔτοι στοναχαῖς, ἀλλ' εὐγαῖς θεοὺς σεβίζουσ' ἕξεις εὐαμερίαν ὦ παῖ. *non per gemitus, sed votis deos venerans, habebis serenos vitae dies, o filia.* Dicit autem Agathon illa, quia animadvertebat Euripidem identidem ingemiscere; quod quum animadverteret etiam Mnesilochus, in antecedentibus dicebat ad eum v. 78. τί στένεις; τί δυσφορεῖς; Cl. tamen Kusterus edidit τεχνάσμασι ex Suida, quod etiam adstrui potest: intelligerentur enim per τεχνάσματα doli et technae Euripidis, quibus ille periculum sibi a mulieribus imminens amoliri vult, dum Agathoni persuadere conatur, ut muliebri veste indutus ipsum in concilio mulierum defendat. Addo etiam hanc vocem apte de Euripide dici, ad quem in antecedentibus v. 128. Mnesilochus, cui suum consilium tunc aperuerat, dicit: τὸ πρᾶγμα κομψοὺ, καὶ σφόδ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου· τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. *Bergl.*

οὐχὶ τοῖς τεχιάσμασι. Sic recte apud Suidam legitur in τεχιάσμασιν. Quam comico lectionem restituit et erudite adstruxit Kusterus, eandem habet cod. leviter depravatam τεχνάμασιν. Iuntina editio, et quae eam sequuntur, Basilienses, genuinae vocis vestigium servant in στεγάσμασιν. Quod quia Graecum non est, comico bene consultum fore credidit Zanettus, si emendaret στεγάγμασι, quod inde in alias editt. migravit, bonum quidem, si formam vocis spectes, si

sensum, plane absurdum. Hoc tamen licet cassum et auctoritate carens, ne Kustero aliquid boni debere videretur, revocavit Berglerus. *Brunck.*

206. *μὴ* Suid. ms. *ἐπιτεχν. Person.*

207. (201. Br.) *λόγοισιν* respondet Agathonis *τεχνάσμασι:* et quod ille *παθήμασι* dixerat, aliorsum senex accipiens, Agathoni impudicitiam exprobrat. *Brunck.*

τοῖς παθήμασι. Hic iam alia *παθήματα* intelligunt; nempe unde pathici dicuntur. *Bergl.*

209. (203. Br.) *ἢ σύ.* Corrige typothetae errorem, interrogationis signum delendo. *Brunck.*

212. *MN.* Ita edd. Farrei et Brub. aliae *ET. Bergl.* 212. 213. est Mnesilochi. *Reisk.* Lege *MN. ἰδοῦ. Bentl.*

βινεῖσθαι. Quaedam editiones hic habent *κινεῖσθαι*, eodem sensu. Nam *κινεῖν* et *βινεῖν* promiscue a scriptoribus adhiberi solet. *Kust.*

213. *AT. ἀτάρ.* Ita edd. Farrei et Brub. Aliae ista etiam Euripidi tribuunt. *Bergl.*

214. *ET. τί. — AT. μή. Bentl. ET. τί οὖν.* Ita ed. Farrei. Brub. autem *MN.* Nupera vero *AT.* quod ferri nulla ratione potest. *Bergl. AT. μὴ δόκει.* Ita edd. Farrei et Brub. Nupera *ET.* male. *Bergl.* Personae permutandae. Primum interrogat Euripides: *faciesne quod rogo?* respondet Agatho: *ne hoc quaeso in mentem tibi veniat.* Tunc v. 215. se ipsum alloquitur et deplorat Euripides. *Reisk.*

μὴ δόκει γε σύ. Puto Aristophanem scripsisse *τί δοκεῖ γε σοί.* Lectio enim vulgata sensu caret. *Kust.*

215. (209. Br.) *ET. ὦ.* ibid. Gr. *τριοκακοδαίμων. Bentl. ET. ὦ.* Ita Farr. et Brub. Nupera *AT. ὦ. Bergl. ὦ τριοκακοδαίμων.* Sic cod. ut et in luntina excudi debuisse accentus indicare videtur *τριοκακοδαίμον. Brunck.* Elmsleius ad Acharn. p. 154. hos versus sic emendavit:

ὦ τρὶς κακόδαιμον, ὡς ἀπόλωλ'. Εὐριπίδη,
ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστά, μὴ σαυτὸν προδῷς.

221. (215. Br.) [*ἀποξυρεῖν.* Vid. Lobeck. ad Phry-

nich. p. 205.] *ταδί.* Nempe barbam. *Bergl.* Mos erat veteribus barbam novacula radere; pudendorum autem pilos admota flamma amburere. In Conc. Praxagora lampadem adloquens sic ait:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς
λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.

Brunck.

222. Citat Suidas v. *ἀφανανθήσομαι* [ubi scriptum est *ἀφαύειν*]. *Kust.* *τὰ κάτω δ' ἀφεύειν.* In Ecclesiaz. v. 13. *ἀφαύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.* *Bergl.* Legerim *ἀλλὰ πρᾶτθ' ὅτι* [i. e. *ὅ τι*] *σοι δοκεῖ.* Vulgata scriptura vix Graeca videtur. *Elmsl.* ad Acharn. p. 107.

223. (217. Br.) *διδόναι γ' αὐτόν.* Versus supplendi gratia scribendum est *διδόναι γ' ἐμαυτόν.* *Kust.* Lege *ἐμαυτόν.* [Ita Scaliger.] *Bentl.* Editio Farrei non habet *αὐτόν.* *Bergl.*

ἢ μὴ διδόναι γ' ἐμαυτὸν ὤφελόν ποτε. Vulgo labante versu *διδόναι γ' αὐτόν.* Sic quidem cod. et Iuntina. In Venetis omisso etiam *αὐτὸν*, *ἢ μὴ διδόναι γ' ὤφελόν ποτε.* Quod dedi est e Scaligeri emendatione, cuius nomen suppressit Kusterus. Ut *σαυτὸν* est v. 215. ita hic esse debet *ἐμαυτόν.* Sed, ut recte observavit Dawesius, sermonis proprietas verbum etiam compositum *ἐπιδίδωμι* requirit, quod illic habetur, et infra v. 249.

Ἀγάθων, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδοῦναι φθονεῖς.

Rescribendum igitur, ut in isto versu:

ἢ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν ὤφελόν ποτε.

In *ἐπιδοῦναι* diphthongus elidi non debet, sed *ε* sequentis vocis *g*). Sic in Nub. edidi v. 7. *κολάσαι "ξεστί μοι.* et v. 42. *γῆμαι 'πῆρε*, et v. 1357. *εἶναι "φασκε*, pro vulgatis *κολάσ' ἔξεστί μοι*, et *γῆμ' ἐπῆρε*, et *εἶν' ἔφασκε.* Legitimam scripturam impressi repraesentant in Av. 976. *καὶ σπλάγγνα διδόναι "νεστι*, quae in duobus codd. depravata est *διδόν' ἔνεστι.* *Brunck.* *ἢ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν* Dawesius Misc. crit. p. 524. Kustero assentitur et Dawesii emendationem ineptissime reiicit Dorvillius ad Chariton. p. 593. *Porson.* Quantillum est, correctionem invenire,

g) Conf. Wolfii Analecta II. p. 455.

ἢ μὴ 'πιδιδύναι γ' αὐτὸν ὤφελόν ποτε., quam dudum ante me proposuit Io. Toupius Emendationibus ad Hesychium, P. III. p. 50. *Reisig.* I. p. 207.

225. *χρῆσόν γε.* Locum hunc vocis ξυροδόκη gratia citat Pollux X. 140. Ceterum in editione Paris. pro *χρῆσον* male legitur *χρηστόν*. *Kust.* Edd. Farrei et Brub. *χρῆσόν τι.* non male. *Bergl.*

419. (415. Br.) *δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.* Hoc ἔπος in Phoenice dixit Euripides et exstat apud Stobaeum Serm. 69. Locus incipit: *πικρὸν γὰρ νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.* In hanc sententiam et in Danae dixit Euripides v. 99.

καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις,
μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους
σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας· οὐ γὰρ ἡδονή
γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ.

Non omnes autem puellae aversantur nuptias senum, maxime si sint pecuniosi; tales autem puellae plerumque sunt *μοιχότροποι*, quales istae apud comicum. *Bergl.*

Euripidis versus e Phoenice. Fragmentum exstat apud Stobaeum Floril. Grotii pag. 295. sic in Musgravii editione emendatum:

μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τεκνοῦν,
δμῶς τ' ἔστιν, ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ.
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Brunck.

420. (414. Br.) *διὰ τοῦτον.* Sic bene cod. *propter hunc Euripidem, per hunc, huius opera.* Frequens apud comicum haec significatio praepositionis *διά.* Vide infra 864. Vulgo *διὰ τοῦτο. Brunck.*

421. (420. K.) *σφραγῖδας ἐπιβαλλουσι.* Observa, interiorem aedium partem apud Athenienses, quae gynaeconitis appellabatur, non solum obserari, sed etiam obsignari solitam fuisse. Quae enim diligentius asservare volebant veteres, iis sigilla appendere solebant, ut iam docuit elegantissimus Menagius ad Laert. lib. IV. num. 59. *Kust.* Quemadmodum Acrisius Danaen filiam inclusit, ut ait Euripides in Danae v. 58. *πατὴρ δέ μιν κλήσας ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι, δέμας φυλάσσει. Bergl.*

καὶ μοχλούς. Euripides de asservandis diligenter mulieribus in Andromache v. 950. *πρὸς ταῦ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας.* Quem locum prae oculis habuisse videtur comicus: nam et ibi mox sequitur v. 955. *συγγνωστὰ μὲν οὖν σοι τάδε*, ut hic apud comicum v. 424. *καὶ ταῦτα μὲν ξυγγνωστά. Bergl.*

424. Frob. *ἄδην.* Gry. *ἃ δ' ἦν. Bentl.*

425. (419. Br.) *προαιρούσαις. προαιρεῖν* pro *e penu aliquid promere* apud elegantiores scriptores occurrit. Theophrast. in Charact. cap. *περὶ ἀγροικίας: προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου.* Vide ibi magnum Casaubonum. Ceterum ut sensus rectius procedat, versum hunc sic scribi malim:

αὐταῖσι ταμείου προαιρούσαις λαβεῖν.

Kust. αὐταῖς ταμιεύεσθαι. Puto commatis notam huc ponendam esse, ut sit asyndeton deficiente *καί*. Hinc antecedentia et sequentia cum his verti possunt: *quae autem licebat antehac nobis ipsis dispensare in cella penuaria, et depromentibus inde sumere, ut fariam, oleum, vinum, neque haec amplius licet.* Kusterus autem vertit, quasi scriptum esset *ταμιεῖον*. Malet enim, ut ipse dicit, *ut sensus rectius procedat*, versum hunc ita scribi, *αὐταῖσι ταμείου προαιρούσαις*. Ceterum mulieres erant dispensatrices rei familiaris; in Ecclesiaz. v. 211. *καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα. Bergl. ταμιεῦσαι καὶ προαιρ —. Reisk.*

αὐταῖσι ταμείου προαιρούσαις. Sic bene Kusterus in notis. Corrupte vulgo *αὐταῖς ταμιεύεσθαι*. Signatum verbum *προαιρεῖν, e penu aliquid promere*, illustratum a Casaubono ad Theophr. Char. p. 141. edit. Lugdun. an. 1599. ubi e Diogene Laert. simile exemplum adducit: *ἐπειδάν γάρ τι προέλοι τοῦ ταμείου. — λαβεῖν.* Hoc solum in vulgata lectione emendandum videbatur Scaligero, bene reponenti *λαθεῖν*, quod serius quam oportuit animadverti Saepe haec verba, unico elemento differentia, perperam commutata. *προαιρούσαις λαθεῖν*, tantumdem est ac *λάθρα προαιρεῖν. Brunck.* Acquiescendum in Scaligeri emendatione *λαθεῖν*. Asyndetum, in tanta praesertim animi commotione, est perelegans. *Hotib.*

427. (421. Br.) De ratione serarum, pessulorum, clavium quibus utebantur veteres, videndus Salmasius in Plinianis p. 649. seqq. Laconicae clavis mentio etiam apud Plautum Most. II. 1. 57.

clavim mi harunce aedium Laconicam
iam iube efferri intus: hasce ego aedes occludam hinc foris.

Brunck.

429. *Λακωνικά.* Vide Suidam v. *Λακωνικαὶ κλεῖδες* et v. *κακοηθέστατα.* itemque Salmas. ad Solin. p. 651. et 652. ed. Ultrai. qui satis fuse de hoc loco cc mici et clavibus Laconicis agit. *Bergl.*

430. (424. Br.) *ἀλλ'. ἀλλὰ* hic significat *saltem* quod notandum. Eiusdem significationis est *ἀλλὰ γοῦν* supra v. 257. *Kust.* Subintelligitur *εἰ μηδὲν ἄλλ* vel (*εἰ μή γε ἀνέδην ἀνοῖξαι*) *ἀλλὰ τό γε ὑποῖξαι θύρα* Conf. v. 455. *Reisk. ἀλλυποῖξαι* Suid. in *κακοηθέστατα* sed in *Λακωνικαὶ* ut editum: lege *ἀνθυποῖξαι* vel *προ τοῦ μὲν οὐκ ἄλλ' ἦν. Bentl. ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι.* Rect Kusterus observat *ἀλλὰ* hic significare *saltem*, u supra 250. *ἀλλὰ γοῦν: quod notandum* quidem, no tamen ut aliquid raro obvium. Quin satis frequen est. Vide Nub. 1364. 1369. *Brunck.*

431. (425. Br.) *πονησαμέναισι δακτύλιον. Si fa ciendum curassemus nobis annulum* i. e. *clavem an nulatam. Bergl.*

δακτύλιον, anulum signatorium. Viris, etiam clave Laconica cellae fores occlusissent, metuendu erat, ne qualicunque artificio mulieres claustra re serarent, quod difficile non erat, pro rudi seraru illo aevo fabrica: idcirco ne sibi imprudentibus frau dem illae facerent, cellae ostium obsignabant, impo sita cera, *ὑπῷ*, impressoque cerae anuli sui signo Vide Lys. 1195. Sed cautelam hanc etiam irrita reddebat mulierum calliditas. Quippe tribus oboli id est, vilissimo pretio, unaquaeque sibi comparab anulum eodem insculptum signo, quo mariti anulu eiusque ope, postquam in penum ingressa quaecun que libuisset suffurata esset, idem reponebat signa culum, ita ut a marito fraudis argui non posset. E vero queritur mulier nostra, sibi nullam amplit relictam esse rationem latenter et impune in penu se penetrandi, postquam viros docuit Euripides cera obsignare, non, ut antea, anulo, sed ligno a teredi nibus pertuso, cuiusmodi sigilla singuli appensa g stabant. Nam signacula illa mulieres imitari no poterant, quum foraminum in ligno modum et di positionem non cognoscerent; et nisi unaquaequ eodem ligni frusto potiretur, quo maritus cearn

signarat, nulla alia fraude furta celare potis erat. Hic est huius loci sensus, unde liquet Berglerum male *δακτύλιον* interpretari *clavem annulatam:* nec melius, quod sane miror, Salmasium hoc nomine intelligere *ferreum digitulum*, seu instrumentum illi simile quod nos vernacula lingua *un rossignol* appellamus. Alludit autem comicus ad Euripidis drama quod non exstat. *Brunck.*

452. *ὦ 'κότριψ.* Pro *ὁ οἰκότριψ.* Hoc loco active: *pernicies domuum*, *ὁ ἐπιτρίβων τοὺς οἴκους.* Sic *οἰκοτρίβης δαπάνη*, *sumtus rem domesticam proterens sive perdens*, in carmine Critiae apud Athenaeum p. 432. Alias, ut notum, *οἰκότριψ* est *vernula*, *famulus* qui quasi *teritur* in opere domestico faciendo, ut aliquod instrumentum. *Bergl.*

455. *θριπήδεστα.* Vide nos ad Suidam v. *θριπηδέστατον. Kust.* Lycophron v. 508. *τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων σφραγὶς δοκεύσει. reliquas porro aedes vermiculatum et intactum servabit sigillum:* ad quem locum Ioh. Tzetzes notat, veteres adhibuisse ligna vermibus corrosa pro sigillis; quod testatur etiam Pausanias apud Eustathium p. 1403. edit. Rom. Haec ex notis Kusteri ad Suidam. Est autem *θριπήδεστος* a *θρὶψ teredo* et *ἔδω edo*, unde *ἐδηδεσμένος.* Sic *τόξα θριπήδεστα arcus a vermibus corrosus* dixit Synesius epist. 104. Sed ibi legitur *θριπηδέστατα*, quod et ipsum tamen non inusitatum videtur ex Luciano in Lexiphane. *Bergl.* *θριπηδέστατα* Suid. ms. in v. et *κακοηθ.* et *Λακωνικαί. Porson.* Primo loco *θριπηδέστατον*, 2°. *θηπιδέστατα*, 3°. *θριπηδέσταϊ* ed Med. *Dobree.* Conf. Theophrast. T. I. p. 175. ed. Schneid. — „Aristophanis locum interpretari Hesychius videtur in voce *θριπόβρωτος*, ubi ait: *οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι.*" *Schneider.* ad Theophrast. T. III. p. 415.

454. (428. Br.) *γε* in aliis edd. deest, et male inrusit Kusterus. Leg. enim *τούτῳ δοκεῖ*, Euripidi nempe. *Reisk.* *τοῦτο δοκεῖ* Suid. in *κυρκανῶν*: lege *τούτῳ* vel *τουτί. Bentl.* *τούτω* Suid. ms. *κυρκανάν.*

Porson. τούτῳ δοκεῖ. Sic optime codex. In Iuntin aliisque vett. omnibus mendose τοῦτο δοκεῖ. Dativu τούτῳ sententia et constructionis ratio flagitant: *Nun igitur mihi placet huic homini, Euripidi, pernicie nos moliri.* τούτῳ, τοῦτο millies a librariis commu tata: nec satis erat causae cur aliter fieret, maxime dictantis verba exciperent. Quod in editione Kuste reperio τοῦτό γε δοκεῖ, scioli emendatio est. In Ra 861. ubi vulgo etiam bene editum εἰ τούτῳ δοκεῖ, Re cod. habet τοῦτο, gemello errore. *Brunck.*

435. (429. Br.) κυκανᾷν. Suidas legit κυρκανᾷν l v. et recte quidem. Nam syllaba prima in κυκανᾷ est brevis, quae tamen secundum metrum hic debe bat esse longa. Vide etiam infra v. 859. ubi contr κυκανᾷς pro κυρκανᾷς legendum esse monemus. *Kus.*

κυρκανᾷν. Ita editio Farrei et Suidas. Idem au tem est κυρκανᾷν quod κυκᾷν. Vide ad v. 859. Sed hi latius sumitur pro *struere, moliri.* usus autem est ill verbo, quia erat illaturus φαρμάκοις. nam pharmac sive venena *misceri* dicuntur et κυκᾶσθαι, ut v. g. i Pluto v. 301. Verbo κυρκανᾷν de miscendo potu usu est Epinicus comicus apud Athenaeum p. 432. locatu autem phrasibus insolentibus utens:

γέροντα Θάσιον, τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺ
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου.

senem Thasium (vinum vetus Thasium) et ex Attica terra examen dulce apis iracundae (mel Atticum) commiscens in scypho lapidis fusilis (in vitro). ub ἀκραχόλου scripsi pro vulgato ακρολόχου, quod versu respuit *k*). *Bergl.*

κυρκανᾷν. Sic cod. et Iuntina recte. Prioris Basi leensis menda κυρανᾷν in Venetas et Parisinam Wechel transiit. Frobenius paulo melius edidit κυκανᾷν, quoc per alias deinceps editiones propagatum fuit, Kusterc tamen in notis monente legendum esse e Suida κυρκα νᾷν. Hoc merito in textu reposuit Berglerus: sed

k) Conf. Hermannus in Wolfii Analectis III. p. 69., tum non recordatus annotationis Bergleri.

quod dicit ita in Farrei editione esse, id est in posteriore Veneta, falsum est. *Brunck.*

436. (430. Br.) *μιᾷ γέ τῳ.* Ita emendo pro *μιᾷ γε τῇ*, ut *τῳ* sit Attice pro *τινί.* ut apud Sophoclem in Philoctete v. 784. aut v. 768. *ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, μήτε τῳ τέχνῃ κείνοις μεθεῖναι ταῦτα. ut nec sponte nec invitus nec aliqua ulla ratione illis haec concedas.* Sic *ἀπὸ μιᾶς γέ του συμφορᾶς* apud Synesium epist. 152. *ἢ πάντως ἀπὸ μιᾶς γέ του συμφορᾶς ἀναπεισθέντας ἐν μεσημβρίᾳ βίον φιλοσοφεῖν. aut ab una aliqua utique calamitate impulsos ad philosophandum in meridie vitae suae.* In ed. Farrei apud nostrum *μιᾷ γέ τῃ.* non autem id usitatum. *Bergl. τῃ* sine accentu scribendum. *Reisk.*

μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ. Iuntina editio et aliae deinceps omnes praeter novissimam habent *μιᾷ γέ τῃ τέχνῃ*, immo recentiorum aliquot peius adhuc *τῇ.* Hoc non solum non *Atticum*, sed ne *Graecum* quidem est. Scaliger emendabat *μιᾷ γέ τοι.* Verum vidit Bergleius, idque in textu reposuit *μιᾷ γέ τῳ.* Raro bono illi viro contigit, ut mendam ex Aristophane elueret; cum laudo, et deamo ob restitutam comico suam manum: et ne forte censori cuipiam antiquorum textuum propugnatori poenas det mutatae, sine alia quam rationis auctoritate, lectionis, testor sic liquido in Augusti. cod. scriptum esse *μιᾷ γέ τῳ.* Sciunt Graece docti *τοῦ*, *τῳ* indefinita, eademque accentu notata et interrogantia, omnium esse generum. Aesch. S. Th. 474.

πέμπουμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ.

Ad quem locum vide quae notavi. Euripid. Androm. 367. *οὔτε τῳ δίκῃ κρίναντες.* Soph. Oed. Tyr. 1107. *εὔημα δέξατ' ἔκ του Νυμφῶν.* 1435. *καὶ τοῦ με χρείας ὧδε ἀπαρεῖς τυχεῖν; Brunck.* Conf. Valckenarii Phalaridea p. XIX.

457. *ἀπολῆται. Reisk.*

458. (452. Br.) *μετὰ τῆς γραμματέως.* Ad hunc locum respexit Pollux IV. 19. Eustathius etiam ad Odyss. *ι.* p. 1484, 51. ed. Rom. loci huius meminit. *Kust.* Alias in *ευς* desinentia masculina sunt, sed hic iocatur. *Bergl.* Ad hunc locum respexit Pollux IV. 19.

Ἀριστοφάνης δὲ παίζει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, λέγων γραμματεύς. Comicum hoc est et facetum. Sic alibi in serio etiam, immo tragico sermone, substantiva masculina femininis tribuuntur. Helena in cognomine Euripidis dramate v. 288. ait:

μήτηρ δ' ὄλωλε, καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγώ.

Confer quae notavi ad Aesch. S. Th. 226. *Brunck* Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 118.

439.—448. 465.—471. Tam multa exempla corruptionum adhuc proposuimus in hoc opusculo, cur vel putide explicarentur voces formaeque lectiones vel verba similia nunc mutarentur, nunc omitterentur, ut locos hosce, qui itidem sunt strophici, adscribendo, prout a me sunt emendati, defungi posse videar, causarum, quibus inductus novavi, indagationem, praesertim minime difficilem, lectorum relicturus sagacitati. Sic igitur ista legenda arbitror:

Οὐδέπω γ' ἤκουσα ταύτης πολυπλοκωτέρας γυναικός
Πάσας δ' εἰδέας φρενί γ' ἐβάστασε,
Ποικίλους λόγους τ' ἀνεῦρεν εὖ διεζητημένους,
Ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλῆς, δοκεῖν ἃ αὐτὸν,
Ὡς ἐγὼμαι, πᾶσιν ὑμιν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν.

Ἕτερον αὖ τι λῆμα τοῦτο κομψότερον ἔτ' ἢ τὸ πρότερο
Ἀναπέφηνεν, οἵ' ἐστωμύλατο,
Οὐκ ἄκαιρα, φρένας ἔχουσα καὶ πολύπλοκον νόημ', οὐδ' ἀσύνετά γ', ἀλλὰ πιθανὰ πάντα. δεῖ δὲ, δεῖ δὲ, ταύτης
Ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρα περιφανῶς δοῦναι δίκην.

Versus harum stropharum secundi sunt dochmaici reliqui trochaici. *Hotib.* Gry. ἰδέας. *Bentl.*

οὐπώποτε ταύτης
ἤκουσα γυναικὸς
πολυπλοκώτερ' οὐδαμοῦ πλεκούσης·
πάντα γὰρ λέγει δίκαια· πάσας δ'
εἰδέας ἐξήτασε,
πᾶν τ' ἐβάστασ' ἐν φρενὶ,
πυκνῶς τε ποι-
κίλους λόγους
ἀνεῦρ' εὖ

διεζητημένους·
ὥστ' ἂν εἰ
λέγει παῦτην Ξενοκλῆς
ὁ Καρκίνου, δοκεῖν ἂν αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι, πᾶσιν ὑμῖν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν.

V, 3. Vulgo πολυπλοκωτέρας γυναικὸς οὐδὲ δεινότερον λεγούσης. At δεινότερ' e gl. vocis πολυπλοκώτερα esse potest: quo deleto ex οὐδε ον erui οὐδαμοῦ: mox λεγούσης est putidum propter λέγει in v. 4. dedi πλεκούσης. Cf. Hom. *Il. Γ.* 212. μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον. et Vesp. 644. πλέκειν παλάμας. In Med. 522. μὴ λόγους πλέκε pro λέγε emendat Valck. ad Phoen. 497. V. C. Vulgo πάντα δ'. *G. Burges* in classical Iournal XXVIII. p. 254.

459. οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα etc. In Vespis v. 628. οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς οὐδενὸς ἠκούσαμεν οὐδὲ ξυνετῶς λέγοντος. Vid. ibi v. 652. *Bergl.*

442. ἰδέας Suid. ed. ms. in ἐβάστασεν. 444. Verte, *mente ponderavit.* Si Kusteri notam legissent aut meminissent Piersonus, Valckenaerius, et Musgravius, meliora in Euripidis quosdam versiculos dedissent. [Scil. Eurysth. fr. 7. In Cyclope ἀθρήσας satisfacit Burneio, Cens. Hecub. Pors. *Monthly Rev. April* 1799. p. 429. et Elmsleio, Heraclid. 341. *Dobree* in Addendis p. 145.] Vide hunc ad Euripid. Cyclop. 379. illos Diatrib. XVI. p. 172. Locutionem sumpsisse videtur comicus ex Aeschyli Prom. 887. *Porson.* Valckenaerii mentem non assecuti esse videntur Musgravius et Porsonus. Nam illum adeo non latuit haec vocis βαστάσαι significatio, ut hunc ipsum locum Thesm. et Kusteri notam laudarit. Sed nollem vir magnus in Cyclope sollicitasset ἀθρήσας. *Dobree.*

443. ἐβάστασεν. Notandum est, βαστάζειν apud Atticos interdum significare, *explorare, examinare:* uti hoc loco. Vide Suidam v. βαστάζειν et v. ἐβάστασε. Eurip. Cyclop. v. 378. κἀπιβαστάσας χεροῖν. i. e. *pondus eorum manu explorans. Kust.* Aeschylus in Prometheo v. 886. ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ

τοῦδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν. profecto sapiens, profecto sapiens erat, qui primus in animo illud ponderavit, et lingua edisseruit. Est autem metaphora ab illis, qui sublatum pondus explorant. Proprie occurrit in Eurip. Cyclop. 378., quem locum citavit Kusterus. *Bergl.*

444. *πυκνῶς τε ποικ.* Suidas v. *ἐβάστασεν* legit *πυκνῶς τε καὶ ποικίλως τοὺς λόγους. Kust.* *τε καὶ* ed. non ms. *ποικίλως* ed. ms. [Suid. v. *ἐβαστ. τοὺς λόγους* ed. M. *Dobree.*] *Porson.*

446. (440. Br.) *παρ' αὐτῆς.* Lego [cum Scaligero] *παρ' αὐτήν.* Et sic verti. *Kust.* *παρ' αὐτήν.* Ita scripsi, secutus editionem Farrei, pro *παρ' αὐτῆς. Bergl.* *παρ' αὐτήν.* Cod. et Iuntina mendose *παρ' αὐτῆς.* Illud iam ex usu linguae reposuerat Zanettus. *παρὰ, propter, prae,* in comparationibus accusativo iungitur. *Ξενοκλέης.* [Sic Bentleius.] Vulgo male *Ξενοκλῆς.* Vide supra ad 169. *Brunck.*

Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου. Supra v. 175. *ὁ δ' αὖ Ξενοκλῆς ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ.* Scholiastes ad Ranas v. 86. *υἱὸς Καρκίνου Ξενοκλῆς κωμῳδεῖται ὡς ἄξεστος ἐν τῇ ποιήσει. Bergl.*

448. (442. Br.) *ἐγῷμαι.* Sic bene in cod. scriptum, et in Iuntina aliisque vett. excusum. Perperam in recentioribus editt. divisim *ἐγ' ὦμαι.* Ad eumdem modum *ἐγῷδα* scribitur, de quo vide infra 502. *Brunck.*

μηδὲν λέγειν. Nugari. Comicus quidam apud Athenaeum p. 405. *Ἀρχ στρατος γέγραφέν τι καὶ δοξάζεται παρά τισιν οὕτως ὡς λέγων τι χρήσιμον· τὰ πολλὰ δ' ἠγνόηκε κοὐδὲν λέγει. Bergl.*

449. (443. Br.) *ὀλίγων ἕνεκ' αὐτή.* Metrum claudicat, cui consuletur, si scribas: *ὀλίγων ἕνεκέν γ' αὐτὴ* etc. *Kust.* Mallem autem *ὀλίγων ἕνεκά γ' αὐτή. Bergl.* F. *ὀλίγων ἕνεκα ταύτη* (*huc*). *Reisk.* Lege *αὐτηῖ* vel *αὐτὴ τῇδε. Bentl.*

ὀλίγων ἕνεκά γ' αὐτὴ παρῆλθον ῥημάτων. Cod. et Iuntina *ὀλίγων ἕνεκ' αὐτῆ.* Zanettus ad sensum bene reposuit *αὐτὴ*, sed claudicanti metro non exaequavit pedes. *ἕνεκέν γ'* Kusterus emendavit: Berglerus *ἕνεκά γ'* quod melius est. *Brunck.* L. *ἕνεκα ταύτη.* Similiter

corruptus Menander Stratiot. apud Plutarch. II. p. 54c. ubi legendum *οἱ δὲ πάλιν ἐμ' ἐμνκτήρισαν.* Vulgo omittitur pronomen. Apud Stobaei Florileg. 76. *πλὴν ἕτερος, ὃς ἂν ᾖ πλειόνων πατὴρ*, illud ὅς absorptum erat a praecedentibus. *Porson.* Sed in Menandri priore loco, *πάλιν ἐπεμνκτήρισαν* edd. teste Bentleio, qui similiter in Philemonis fr. 65. *ἐπεθεώρησαν* revocavit. *Dobree* in Addendis p. 145.

453. (447. Br.) *μόλις*, i. e. *μετὰ πόνου.* Sed scribendum Attice *μόγις*, ut Lys. 528. Gregorius de Dial. Att. §. XXII. *τὸ μόλις μόγις ἐκφέρουσιν. Brunck.* in Supplem.

454. (448. Br.) *στεφανηπλοκοῦσα.* Vide Casaubonum ad Strab. p. 594. edit. Amstel. *Kust.* Add. Lobeck. ad Phrynich. p. 650.

ἐν ταῖς μυρίναις. Vide notam ad Lys. 557. *Brunck.*

455. Citat Suidas v. *τέως. Kust.* *ἀλλ' εἰ κακῶς* Suid. ms. v. *τέως. Porson.* Add. schol. Platonis p. 85. ed. Ruhnken. Lobeckio ad Phrynich. p. 536. scribendum videtur: *τέως μὲν οὖν ἀλλ' ἢ κακῶς.*

456. (450. Br.) *ἐν ταῖσιν τραγῳδίαις.* Male vulgo *ταῖσι* producta contra artem vocali brevi ante *τρ.* Leves isti errores librariis imputandi, et ubique, nullo ad codices respectu, ex artis praescripto corrigendi sunt. Infra 764. ne centenos alios excitem locos, vulgati etiam libri recte habent *τοῖσιν Πρυτάνεσιν*, ubi *τοῖσι* metrum vitiaret. *Brunck.*

457. (451. Br.) *οὐκ εἶναι θεούς.* In fragmento ex Bellerophonte Euripidis: *φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς; οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἰσί.* Maxime autem in Sisypho videtur hoc egisse. Excusat autem Cl. Barnesius in Fragmentis Euripidem, quasi is non ita senserit, sed decorum in personis, quas introducit, observaverit. *Bergl.*

Vide Bellerophontis fragm. XXV. in Musgravii Euripide, et quae notavit vir excellens ad Sisyphi fragm. I. Fueritne Euripides atheus, anne, non quaero. Aliud quid dicam, quod certum mihi videtur. Si capitale crimen ei, ut Socrati, fuisset intentatum, nihil causae est, quin credam, exstiturum fuisse male

feriatum aliquem anilium fabularum consarcinatorem, qui memoriae prodidisset, Aristophanem ab inimicis Euripidis pretio subornatum fuisse, ut eum in scena impietatis reum ageret. *Brunck.*

461. *ἄγρια γὰρ ἡμ.* Loci huius meminit Plutarch. in Comparat. Aristophanis et Menandri p. 853. et Gellius l. XV. c. 20. ubi ait: *eius* (Euripidis) odii in mulieres Aristophanes quoque meminit *ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, in his versibus: νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ* etc. *Kuster.*

462. (456. Br.) *ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις.* In Pluto v. 298. *λάχανά τ' ἄγρια δροσερά. Bergl.*

ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς. [Sic Bentleius.] Vulgo *ἀγρίοισι λαχάνοις*, vacillante metro, quod non animadverterunt belli editores. Versum ad digitos exigentes primam producebant in *λαχάνοις*, quae corripitur semper. Vide supra 387. Lys. 457. 557. Vesp. 497. Emendaveram primum, *ἅτ' ἐν ἀγρίοισι δὴ λαχάνοις αὐτὸς τραφείς*, quod, etsi nulla nixum auctoritate, nescio an praestet alteri quod reposui. Postea in Kusteri, viri *πολυμαθοῦς*, notis animadverti meminisse huius loci Plutarchum Opp. Mor. p. 853. et Gellium L. XV. c. 20. Incessit me cupido videndi num forte in illis scriptoribus integer comici versus prolatus esset, scopumque feriissem, anne. In Plutarcho verba haec reperi: *Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἄρα κακά· ἅτε ἐν ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.* Vides hic exemplum frequentis literarum permutationis de qua supra p. 80. *ΑΡΑ* pro *ΑΡΑ:* et librariorum morem poeticas paragogas omittere, *ἀγρίοις* pro *ἀγρίοισι*, de quo aliquid dictum ad Lys. 487. In Gellio autem vidi libros omnes veteres habere *ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις.* Quantum putas Kusteri me socordiam miratum fuisse, cui, postquam haec loca inspexit, in mentem ne venit quidem disquirere, an articulus ille *τοῖς* metro necessarius esset, nec ne, et quanam prosodia nomen *λάχανον* comicus soleret efferre? Ego veterum librorum reverentia ductus *τοῖς* reposui, licet sentirem articulum hic inutilem et tantum non importunum esse, atque ex usu graece loquentium *ἅτε δὴ* longe praestare. *Brunck.* Transponit in exempl. Porti

Porsonus, *ἀτ' αὐτὸς ἐν ἀγρίοισι λαχάνοισιν τραφείς*. *Dobree* in Addendis p. 145.

464. (458. Br.) *στεφάνους συνθηματιαίους*. Id est coronas locatitias, sive quas alter faciendas locaverat, certa mercede promissa. Sic exponunt veteres literatores. Athen. Dipnos. l. XV. cap. VII. *συνθηματιαῖοι στέφανοι, ὠνολαβημένοι καὶ ἐκδόσιμοι. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσι.* Sic etiam Pollux VII. 200. *συνθηματιαίους δὲ στεφάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τοὺς ὠνολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδοσίμους λέγουσι.* Vide etiam Suidam v. *συνθηματιαίους*. *Kust.* *στεφάνους συνθηματιαίους* (scr. *ξυνθηματιαίους*) *coronas locatitias*, quas aliquis faciendas locaverat pacta mercede. Athenaeus p. 680. C. *συνθηματιαῖοι — ἐκδόσιμοι*. Nominis rationem explicat Casaubonus. Pollux VII. 200. *συνθηματιαίους — λέγουσι*. Ad quem locum videndi interpretes. *Brunck.*

465. et sqq.

ἕτερον αὖ τι
λῆμα τοῦτο
κομψότερόν ἐστιν ἢ
τὸ πρότερον ἀναπέφηνεν· οἷα κατεστωμύλλετ' οὐκ
ἄκαιρα, φρένας δ' ἔχουσα καὶ
πολύπλοκον νόημ', οὐδ'
ἀσύνετ', ἀλλὰ πάντα
πιθανά· δεῖ
δὲ ταύτης
τῆς ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρα περιφανῶς δοῦναι δίκην

G. Burges in classical Iournal XXVIII. p. 234.

465. 466. Citat Suidas v. *λῆμα*. *Porson.*

469. (463. Br.) *νόημ' οὐδ'* — Sic cod. Vulgo *νόημα οὐδ'*, ingrato cum hiatu et metri labe. Tetrameter est paeonicus brachycatal. *Brunck.*

471. (465. Br.) Versus est tetrameter trochaicus. Genitivi *ὕβρεως* duae ultimae syllabae in unam coalescunt. *Brunck.*

472. Mnesilochus mulierem habitu simulans incipit defensionem Euripidis. *Bergl.*

474. *ἐπιζεῖν χολήν.* Aeschylus in Prometheo v. 750. *τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον. talem Typhon ebulliet indignationem.* Hic active sumitur verbum *ζεῖν*, neutraliter apud comicum. *Bergl.*

475. (469. Br.) *καὐτὴ γὰρ ἔγωγ'.* Malim, *καὐτὴ γὰρ οὖν. Elmsl.* ad Acharn. p. 61. *ὀναίμην.* Mendose vulgo *ὀνοίμην.* Prius e Suida reponendum esse monuit Toupius Emendatt. T. II. p. 175. [T. I. p. 437.] In cod. ut in vett. editt. scriptum *ὀνοίμην* et v. abhinc secundo *ἐν ἀλλήλοισιν*, ex eadem corruptelae causa, nempe commutatione diphthongorum *αι* et *οι*, quas perversa pronuntiatione eodem efferebant sono. Ut hic *ὀναίμην*, ita mox *ἀλλήλαισι* reponi debuit, non, quod in recentioribus editt. est, *ἀλλήλησι. ὄναιο* recte editum Pl. 1062. *ὄναιτο*, Nub. 1257. *Brunck.* Suid. ed. ms. *ὀναίμην. ἐγὼ* Suid. *Porson.* Conf. Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 362. C. et Lobeck. ad Phrynich. p. 13.

476. Citat Suidas v. *Μαιάδας. Kust. εἰ μὴ μαίνομαι.* Vid. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 608.

478. (472. Br.) *αὐταὶ γὰρ ἐσμέν.* Id est *solae sumus.* Sic supra in Acharn. v. 505. *αὐτοὶ ἐσμέν:* quod itidem significat: soli sumus. *Kuster.*

κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Vulgo absque sensu legitur *κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου.* Certam Valckenarii emendationem recepi prolatam ad Eurip. Hippol. 294. *Brunck.*

479. (473. Br.) *ἔχουσαι.* Hic *ἔχουσαι* abundat Attice, ut patet ex isto simili loco in Acharn. v. 513. *τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;* Vide in Nubibus ad v. 131. *Bergl. τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα; ταῦτα* construendum cum *αἰτιώμεθα*, ut in simili versu Acharn. 514.

τί ταῦτὰ τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;

Participium *ἔχουσαι* abundare videtur: sed est *ἰδίωμα* Attici sermonis, hypallage participii et verbi, sic resolvenda: *τί ταῦτα ὑπάρχομεν ἐκεῖνον αἰτιώμεναι;* formulam illustrat Koenius ad Corinthum p. 65. Exempla apud Atticos poetas passim obvia. Infra 852. Ran. 202. *οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων.* Av. 341. *τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων κάρτα.* Conc. 855. *τί γὰρ ἔστηκ' ἔχων;* 1151. *τί δῆτα διατρίβεις ἔχων;* Nub. 131. *τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι;* 509. *τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Brunck.*

480. *β. δὲ* Suid. ms. v. *τί ταῦτα. Porson.* Lege *ἡμῖν δρώσαις* vel *ἡμᾶς — δρώσας. Bentl.*

48 . *δράσας.* Bisetus hoc ad Euripidem refert et subintelligit *δράματα.* At ego potius scribendum censeo *δρώσας*, ut referatur ad mulieres et *ἀπὸ κοινοῦ* repetatur *κακά.* Ceterum *εἰπεῖν* vel *λέγειν τινα κακὰ* phrasis est apud Atticos maxime communis. *Kust. δρώσας.* Ita scripsi, secutus editionem Farrei, pro *δράσας.* Ita et Kusterus vult in suis notis et hanc lectionem secutus est in versione. *Bergl. εἴτ' ἐάσας μυρία, si duo vel tria nostrorum facinorum edens mittit et silet millena. Reisk.*

485. (477. Br.) *ξύνοιδ' ἐμαυτῷ πόλλ'· ἐκεῖνο δ' οὖν.* Metrum claudicat; quod ut fulciatur, scribendum est: *ξύνοιδ' ἐμαυτῷ πολλὰ κἀν'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Kust.* Nescio qui vox *ὅτι* exciderit in fine versus ex editione Kusteri. Cohaeret *ὅτι δεινότατον, quam malitiosissimum. Reisk.* Forte *δεινὰ πόλλ'. Bentl.*

Vulgo legitur uno pede mutilus hic versus, *ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πόλλ'· ἐκεῖνο δ' οὖν.* Voculam quae exciderat felici coniectura comico restituit Dawesius. [p. 317. (564. Kidd.)].

ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δείν'· ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινότατον. —

Quod elegantissimum est. Futilia aliorum commenta referre operae pretium non est. Suppositum a Biseto fulcrum *ὅτι* servarunt minores Batavae, quo prudenter carere maluit Kusterus. *Brunck.* Addidit Dawesius aliam coniecturam: *ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ ὀρῶσ'· ἐκεῖνο δ' οὖν.*

485. (479. Br.) *καθεύδειν.* Scribe *'κάθευδεν* cum apostropho pro *ἐκάθευδεν. Kust. παρ' ἐμοὶ 'κάθευδεν.* Hic etiam secutus sum editionem Farrei: in aliis editt. *καθεύδειν·* male. Quod et Kusterus vidit. *Bergl.* Lege *καθεῦδεν. Gry. ἔμ' ἐκάθευδεν. Scal. καθηῦδεν. Bentl.* L. cum Kustero, *παρ' ἐμοὶ 'καθεῦδεν. Porson.*

Cod. et Iuntina *παρ' ἐμοὶ καθεύδειν.* Zanettus emendavit *παρ' ἐμοὶ 'κάθευδεν.* Melius fuisset *παρ' ἐμοὶ καθεῦδεν.* Apostrophus elisi augmenti index hic minime necessarius est, quia Attice tam bene *καθεῦδον* di-

citur, quam *ἐκάθευδον*: illud augetur a verbo, hoc a praepositione. *εὕδω*, imperf. *εὗδον*, *καθεῦδον*. Sic *ἧντο*, *καθῆντο*, *ἐκάθηντο*. Vide Sylburgium in notis ad Clenardum p. 461. *καθῆντο* non caret augmento, nec similem admittit elisionem in Eurip. Bac. 1042.

ἔνθα Μαινάδες
καθῆντ', ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.

Scaliger legebat *καθηῦδεν*, quod perinde est. Vide quae notavi ad Eurip. Hec. 18. Infra 794. *εὕρετε*, non *ηὕρετε*. *Brunck.*

486. (480. Br.) *οὖσαν ἑπτέτιν*. In prioribus editionibus male legitur transpositis vocibus, *ἑπτέτιν οὖσαν*: quod etiam ante animadvertit Bisetus. Ceterum Pollux III. 42. ubi locum hunc citat, pro *διεκόρευσε* legit *διεκόρησε*, a *διακορεῖν*. *Kust.*

οὖσαν ἑπτέτιν. Cod. et vett. editt. male *ἑπτέτιν οὖσαν*. Ad metri legem Kusterus voces transposuit. In cod. scriptum *διεκόρευσεν*. Pollux III. 42. hunc locum citans habet *διεκόρησεν*. Hac forma utitur Lucianus cum alibi, tum in Dial. Neptuni et Enipei T. I. p. 320. *ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα*. Illa vero in dialogis meretriciis T. III. p. 309. *τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην*. Confer notam ad v. 760. *Brunck.*

487. (481. Br.) *μοῦ ᾽κνυεν*. A *κνύειν* est *κνῦμα*: qua voce noster usus est Eccles. v. 56. ubi nos vide. *κνύειν* nimirum est, *ianuam unguibus leniter scalpere* (non *pultare*, ut quidam male), quod amantes facere solebant, noctu aedes amicarum clam ingressuri. *Kust.* *μοῦ ᾽κνυεν*. Editio Farrei *μ᾽ οὔκνυεν*. quod magis placet; *μου* enim non habet accentum. Si scribatur *πόθῳ ᾽μοῦ ᾽κνυεν*, pro *πόθῳ ἐμοῦ ᾽κνυεν* i. e. *ἔκνυεν*, tunc in legem accentualem non peccatur. Ceterum ab isto *κνυειν τὴν θυραν* est *κνῦμα τῆς θύρας* in Eccles. v. 56. ut quidem Kusterus emendat; nam alias legitur ibi *κνίσμα*. *Bergl.*

Hunc versum citat Eustathius ad Odyss. p. 1746. l. 4. ubi male pro *ἐλθων* legitur *ἕλκων*. *Brunck.* in Supplem. *οὗτος πόθῳ μ᾽ ἔκνυεν ἐλθὼν* (Aug. *κινῶν*) *τὴν θύραν* Zonaras Lex. T. I. p. 669. et grammaticus MS. in catalogo codd. Nanianorum p. 495.

488. (482. Br.) *κἄτ' εὐθὺς ἔγνων.* Cod. *κατευθὺς.* Vett. editt. *κατ' εὐθύς.* Frequens error in permutatione vocum *κἄτα* et *κατά. Brunck.*

492. Citat Suidas v. *σφάκος. Kust.* *κεκρίδας* Suid. ms. *σφάκον. Porson.* Mallem *κἄπειθ' ὁ μὲν ἔτριβε κεκρίδας ἄ. Kidd.* ad Dawes. Miscell. p. 356. *σφάκον.* Vid. Schneider. ad Theophrast. T. III. p. 460.

495. (487. Br.) *καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ.* Plautus Curcul. I. 3.

Placide egredere, et sonitum prohibe forum,
et crepitum cardinum,
ne quod hic agimus herus percipiat fieri,
mea Planesium,
mane, suffundam aquulam.

Brunck.

494. *ἠρειδόμην.* Ita in Ecclesiaz. v. 615, *πῶς οὖν εἰ πάντες ἴασιν ἐπὶ τὴν ὡραιοτάτην αὐτῶν καὶ ζητοῦσιν ἐρείδειν; Bergl.*

495. (489. Br.) *παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ.* Ad hunc locum respexit Stephanus Byzantius v. *Ἀγυιά.* De Apolline Agyico autem, sic dicto, quod ei in vicis columna in conum desinens erecta esset, praeter Stephanum Byzantium modo laudatum, vide etiam Etymologum, Harpocrationem, Suidam et Eustathium. *Kust.* Vide ad Vespas v. 870. notata. *Bergl.* Hesychius: *Ἀγυιεύς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος.* Ad quam glossam vide interpretes. *Brunck.*

κύνδ' ἐχομένη. κύνδ' vel *κυνδὰ* Bisetus dictum putat pro *κυνηδὰ*, idque pro *κυνηδόν*, sed me non assentiente. Certus enim sum, non esse vocem Graecam, nec usquam alibi eam reperiri. Quare lego *ἀντεχομένη τῆς δάφνης*, i. e. *comprehensam laurum firmiter retinens. Kust.*

Hic ego *κύβδ' ἐχομένη* lego i. e. *κύβδα ἐχομένη.* et tunc vertendum: *incurvato corpore tenens laurum*, sive *adhaerens lauro*; est enim a *κύπτειν, incurvum esse*, et occurrit in Equitibus v. 364. Sic a *κρύπτω* est *κρύβδα* apud Hesychium: et a *φύγω*, pro quo usitatur *φεύγω*, *φύγδα* apud Aeschylum in Eumen. v. 257. *μὴ λάθῃ φύγδα βάς. ne clam per fugam abeat. Bergl.*

κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης. Sic legendum esse viderunt Berglerus ad hunc locum, et Piersonus ad Moerin p. 6. et per se res est manifesta. Adverbium *κύβδα* derivatum est a verbo *κύπτω*, occurritque iterum Eq. 565. nec in posterum fidei quicquam huic emendationi detrahetur, quam confirmat August. cod. in quo liquido scriptum *κύβδ' ἐχομένη*. Vulgata lectio *κύνδ'* mera corruptela est, cuius sane miror patrocinium suscepisse virum doctissimum Emendatt. in Suidam T. III. p. 50. [T. II. p. 69.] et ad Theocr. Schol. p. 214. *κύβδα* statum et habitum mulieris exprimit se componentis, ut ab amatore iniri possit: idem schema designat, quod innuitur Lys. 23. *κύνδ'* autem, quod a *κυνεῖν* derivat Toupius, auctoritate carens et exemplo, etiamsi vox esset Graeca, eo sensu, quo ab illo accipi videtur, nihil signati ad huius loci sententiam haberet. Mira autem eo magis mihi accidit illa viri eruditione et ingenii acumine excellentis interpretatio, quod ipse Emendatt. T. II. p. 100. de adverbio *κύβδα* haec tradat: *Est autem κύβδα, ut dixi, schema ἀφροδίσιον, idque cinaedis proprium, de quo non semel Aristophanes in Thesmophoriazusis. Est et meretricibus commune. Brunck.* Idem opilionis status, cui caprarius apud Theocritum ait:

ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼν τὺ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
εὖ ποτεκυγκλίσθευ, καὶ τᾶς ὀρυὸς εἶχεο τήνας.

Brunck. in Supplem.

496. (490. Br.) Claudicat metrum, quod in integrum restituetur, si pro *ἐφωρᾶτ'* addito augmento Attico scribas *ἐφεωρᾶτο. Kust.* *ἐξεφόρει* aut *ἐξέφερεν* (pro *φωρᾶτ'*). *Reisk.* Gry. *εἶφ' ὡρᾶτ':* lege *εἶφ', ὁρᾶτ'*, ut infr. 504. *ταῦθ', ὁρᾷς, οὐπώποτ' εἶπεν. Bentl.*

ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ, ὁρᾶτ', Εὐριπίδης. Sic distincte et optime scriptum in cod. Vulgo *ταῦτ' οὐδεπώποτ' ἐφωρᾶτ' Εὐριπίδης.* Lectio mendosissima est, quae Zanetto debetur: nam in Iuntina excusum *ἐφ' ὁρᾶτ' Εὐρ* — BERGLERUS: *Metrum claudicat, quod in integrum restituetur, si, admisso in quarta sede spondeo, scribatur ταῦτ' οὐδεπώποτε πεφώρακ' Εὐριπίδης, a φωρᾶν. Haec nunquam deprehendit Euripides. Kusterus volebat ἐφεωρᾶτο, ab ἐφορᾶν inspicere.*

videre: quo pacto etiam ibi sit spondeus. Sed, o dulcissime, ubinam gentium vidisti in quarta sede vel comici vel tragici senarii spondeum, et quis te docuit istiusmodi subsidio metra *in integrum restituere?* Qui emendis tuis in Aristophanem lucubrationibus pecuniam suam haud inepte foenori locavit, si Graece doctus fuisset, famae tuae consuluisset totam hanc notulam una litura corrigendo, quod procul dubio fecisses ipse, si Dawesii opus criticum, vel Piersoni Moeridem legere potuisses. Quanto istis ineptiis praestat Dawesii [p. 519. (565. ed. Kidd.)] coniectura!

ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷς, Εὐριπίδης.

Melius est, quod dant cod. et Iuntina, *ὁρᾶτ'*, numero plurali, quia ad coetum mulierum directa oratio: tametsi infra eodem sensu dicit *ὁρᾷς*, v. 496. et 556. In his variari solet numerus: modo mulieres omnes alloquitur, modo eam quae prius concionata fuit, cuiusque dicta refellit. *ὁρᾷς* sic in parenthesi positum occurrit Nub. 555.

καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγέ-
. . . . . *νοντο γυναῖκες.*

Quantum autem a sententia aliena sint vel *πεφώρακε* vel *ἐφεωρᾶτο*, ostendit iam Dawesius. Ceterum nullus dubito, quin Kusterus, vir doctus et in critica satis exercitatus, si editionem Iuntinam inspexisset, de qua ne fando quidem inaudiverat, veram lectionem in ea deprehendisset. Quid enim proclivius quam ex *ἐφ' ὁρᾶτ'* elicere *εἶφ' ὁρᾶτ'*, una tantum addita literula, quam sensus ipse subministrat, quum mox sequatur *ταῦθ', ὁρᾷς, οὐπώποτ' εἶπεν*, deincepsque *ἐπεὶ τόδ' οὐκ εἴρηχ', ὁρᾷς, ὡς* — Si quis scriptorum codicum ope destitutus veteris auctoris editionem adornet, quod me iudice temerarium est, saltem editionem principem, quae scripti libri instar esse possit ad manum habeat. *Brunck.*

497. *κωρεωκόμων.* Lobeckius ad Phrynich. p. 696. suspectam habens formam *ὁρεωκόμος*, duas proponit modi huius corrigendi rationes, aut: *οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τέως κωρεοκόμων ἀποδούμεθ', ἢν μὴ — interim, si nemo alius ad manum est, mulionum opera utinur:* aut: *δούλων τε κωρεακόμων.*

498. Frob. μῆχωμεν. Lege μὴ ἴχωμεν vel potiu μὴ σχῶμεν. *Bentl.*

499. (493. Br.) Gry. κινώμεθα. Lege ληκώμεθα Suid. ληκώμεθα, κινώμεθα, deinde hunc locum addu cit. Hesych. ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι: vide Photii lexi con, quod sic habet: ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι· ληκῆσαι, παῖσαι καὶ ἐπὶ πλησιάσαι τίθεται. οὕτως Φερεκράτης ληκούμεθ' ὅλην τὴν νύκτα. *Bentl.* μάλισθ' ὅταν ὑπό το ληκ. Suid. ms. v. ληκ. *Porson.* Tum νικώμεθα pr κινώμεθα Suid. ms. ibidem, si recte Porsonum capio Cetera ut ms. ed. Med. nisi quod ἀπό του. *Dobree.*

ὑπό του ληκώμεθα. Sic apud Suidam legitur v ληκώμεθα, cuius glossae sunt κινώμεθα et βινώμεθα Illud est in cod. et vett. editt. hoc in recentioribus nescio quo auctore. Vide Piersonum ad Moerim p 6. cui laus debetur deprehensae apud Suidam istiu lectionis. Hesych. ληκὼ, τὸ μόριον. ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι. Eiusdem est originis verbum λαικάζειν, quo legitur supra 57. et Eq. 167. ἐν Πρυτανείῳ λαικάσεις *Brunck.*

500. (494. Br.) ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα. [Si Bentleius.] Pessime interpunctus erat hic locus, e proinde male intellectus: tum claudicabat versus, qu sic vulgo legitur:

τὴν νύχθ' ἕωθεν σκορόδια μασώμεθα.

id est, Kustero interprete, *nocte usque ad mane allic mandimus.* Quod ineptissimum est. Non sane qua noctem cum moecho transigebat mulier, ea *nocte usque ad mane* mandebat allia: amatorem hoc pacto procul abegisset: sed postquam ille mane abierat, tum mandebat allia mulier, ut halitu nocturni furti suspicionem amoveret. Vide quo argumento Praxagora evincat se noctu cum moecho non fuisse, Conc. 524. Quod autem ad Graeca verba adtinet, certissimam Dawesii [p. 320.] emendationem recepi σκόροδα διαμασώμεθα. Confer quae notavi ad Lys. 408. 1010. Ultimam syllabam nominis σκόροδα absorpsit sequens praepositio, quam postea a verbo suo divulserunt. Adde quod comico σκορόδια sint, non alliorum quod manditur, capita scilicet, sed caulis et folia. Vide schol. ad Pluti v. 818. ἀποψώμεσθα — σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε. *Brunck.*

501. (495. Br.) ἵν' ὀσφραινόμενος. Versus hic manifeste in legem metri peccat, non solum quia in sede secunda est spondeus, quod iambicus nunquam admittit, sed etiam quia quaedam redundant. Quare nullum mihi dubium est, quin pro ὀσφραινόμενος scribi debeat ὀσφρόμενος, non solum quia metro hac ratione consuletur (sic enim in sede secunda proceleusmaticus erit pro anapaesto, quod a metro iambico non abhorret), sed etiam quia ὄσφρομαι magis Atticum est quam ὀσφραίνομαι, ut observat Thomas Magister v. ὄσφρομαι, quem vide. *Kuster.*

Quaedam redundant in metro; quare Kusterus emendat ὀσφρόμενος, ut sit proceleusmaticus in secunda sede pro anapaesto. Ceterum hoc commentum mulierum de esu allii, ne maritus suspicetur ipso absente adfuisse adulterum, satis astutum est; quis enim perpeti posset osculum alliatum? aut quae mulier est tam imprudens, ut allia comedat, si amatorem sciat venturum? Sed hoc viri etiam factitare possunt, si sint foris, ubi eis bene sit, et domi habeant uxorem suspicacem. Sic in Symposio Xenophontis, quum Niceratus cepas vellet comedere, unus ex convivis inquit: ὦ ἄνδρες, ὁ Νικήρατος κρομμύων ὄζων ἐπιθυμεῖ οἴκαδε ἐλθεῖν, ἵνα ἡ γυνὴ αὐτοῦ πιστεύῃ, μὴ διανοηθῆναι μηδένα ἂν φιλῆσαι αὐτόν. *O amici, Niceratus cepas olens cupit domum ire, ut uxor eius credat neminem induxisse animum ad osculandum ipsum.* Oportet enim et viros cautiores esse, ne puellas enecent osculis olidis. Quare Horatius merito huiuscemodi mala imprecatur Mecoenati, si is velit *allium* comedere: *at si quid unquam tale concupiveris, iocose Mecoenas, precor, manum puella suavio opponat tuo, extrema et in sponda cubet. Bergl.*

Sic vulgo legitur hic versus:

ἵν' ὀσφραινόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους εἰσιών.

quod quidvis potius esse dicas, quam iambicum senarium. Kusteri ineptias a Dawesio confutatas referre nihil adtinet. Versum autem sic restituisse sibi visus est eruditus Britannus:

ἵν' ὀσφρόμενος ὢνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών.

Miror virum naris tam emunctae non statim odoratum

fuisse, quid in vulgata lectione genuinum, quid spurium esset. *εἰσιὼν* a poeta est, et omnino retinendum: *ὀσφραινόμενος* ab interpolatore et eiiciendum. Hoc ex antiqua interlineari glossa in textum se intrusit, quod ut metrum obruit, ita phrasin frustra onerat. Nam cui rei istud *ὀσφραινόμενος* vel *ὀσφρόμενος* addidisset poeta? Estne ad sententiae perspicuitatem necessarium? nonne satis per se intelligitur *odoratu* maritum percipere uxorem suam allia comedisse, et exinde patrati cuiuspiam flagitii suspicionem a se segregare? quo enim alio sensu, aut quo indicio, quove argumento id cognoscere possit, nisi quia domum *ingredientem*, *εἰσιόντα*, afflat eum diffusus odor allii, quem graviorem adhuc exspirat os mulieris. *Olfaciendi* itaque hoc verbum prorsus est inutile. Huius ego librario gratiam facio, voculamque, quam longiori cauda everrerat illud glossema, revoco *εὐθὺς*, et totum versum sic reconcinno, e simili loco supra 595.

ἵν' εὐθὺς εἰσιὼν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνὴρ
μηδὲν κακὸν ὀρᾷν ὑποτοπῆται.

Meliora adferat, si quis me comico, tanquam cadaveri, quod impune secare licet, medicinam facere criminetur. *Brunck.*

Bentleius, collato Vesp. v. 785., et Reiskius corrigebant: *ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιών.* Eodem modo Elmsleius ad Acharn. p. 73. nisi quod *ἄνηρ* scripsit. — „Recte Brunckius, quod *ὀσφραινόμενος* grammatici alicuius annotationem culpavit, et quod *εἰσιὼν* a poeta esse contendit adversus Dawesium. Verum *εὐθὺς*, ut aptum est in versu 595. [401.], ita hoc loco existit ineptissimum: *ἀνὴρ* autem sine articulo etiam soloecum. Sed *εἰσιὼν* ab ora versus in medium transpono, addito in fine *πάλιν*:

ἵν' εἰσιὼν ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους πάλιν.“

Reisig. I. p. 244. In Hesychio II. p. 1598. lege, *ὤσφροντο. συνῆκαν. ἥσθοντο. ἔγνωσαν. Porson.*

503. *Φαίδρων.* Vide in Ranis v. 1069. *Bergl.*

504. *Οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω, — οὐδ' εἴρηκέ πω.* Haec ut ferenda sint, tanquam in inepto blaterone? Minime puto, locoque priore legendum arbitror *εὔρηκέ*

πω. cf. 552. Neque rescivit, neque evulgavit, Euripides. *Hotib.* Reisigio in commentar. in Vespas p. 485. scribendum videtur:

ἡμῖν τί τοῦτ'; ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω.

505. (499. Br.) ὡς ἡ γυνὴ — id est, ex loquentis mente, *ut mulier quaedam.* Sed importunus hic est articulus, et a mala manu. Scribendum ὡς καὶ γυνὴ, ut infra v. 560. absolute γυνὴ, omisso τις, *mulier quaedam.* Litera η facile cum nota compendiaria voculae καὶ confunditur. *Brunck.* in Supplem.

506. (500. Br.) ὑπ' αὐγάς. I. e. *ad solem*, vel *ad lucem.* Phrasis est optimis scriptoribus usitata. Euripides Hecub. v. 1154. [etiam a Brunckio laudatus]: ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους. *ad lucem hos peplos spectantes.* Iamblich. Protrept. c. VIII. εἰ θεωρήσειεν ὑπ' αὐγὰς τὸν ἀνθρώπειον βίον. *si vitam humanam ad lucem* (i. e. *penitius*) *introspexerit.* Quae enim soli ostenduntur, clarius et melius visu discerni possunt. Longinus cap. III. 4. dixit πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῆς. *Kust.* Consule Ruhnken. et Hemsterhus. ad Timaei Lexicon p. 188. 189. *Porson.*

Versus non fert ὑπ' αὐγὰς, quod ex glossa irrepsit, fert ὕπαυγον. *Hotib.* Die Form des Adiectivs ὕπαυγος ist sehr zweifelhaft, da alle mit αὐγὴ zusammengesetzten Adiective sich auf ης endigen, z. B. χρυσαυγὴς, παναυγὴς und mehrere. Richtiger wäre also ὑπαυγὲς *l*) zu lesen. Zwar hat Hesychius ἀπαύγεος erklärt durch λαμπρός; aber diess beweist nicht viel. Will man ὑπαυγὲς nicht gelten lassen: so könnte man vorschlagen, διαυγὲς oder παναυγὲς οἷόν ἐστιν, ἐγκεκαλυμμένον. *Ahlwardt.* in diariis Ienensibus a. 1810. nr. 124. p. 592.

507. (501. Br.) τὸν μοιχόν. In cod. τὸν μὔχὸν, ut supra 592. τὰς μὔχοτρόπους: Iuntina τὸν μυχὸν, quod Zanettus retinuit, aliique deinceps usque ad Frobenium, qui recte emendavit μοιχόν. Supra 343. 345. accurata scriptura est huius nominis in cod. nec in

---

l) ὑπαυγὲς *Bentl.*

Iuntina vitiata. Ut autem hic omnino reponi debuit *μοιχὸν*, ita illic nihil erat causae, quin *μοιχοιρόπους* reponeretur. *Brunck.*

508. (502. Br.) *ἑτέραν.* Haec alienum infantem sibi subdidit. De qua re et supra v. 414. Ut Polybi uxor apud Euripidem in Phoenissis v. 30. *Bergl.*

ἐγῷδ'. Sic recte cod. ut supra 442. *ἐγῷμαι.* Perperam vulgo *ἐγ' ᾠδ'.* Vide quae notavi ad Eurip. Med. 39. *Brunck.*

510. *περιήρχετ'.* Elmsleio ad Euripidis Heraclid. v. 210. vel *περιῆν* vel *περιῆρρεν* corrigendum esse videtur.

ὠκυτόκει' ὠνούμενος. Ad hunc locum respexit Pollux II. 7. ubi vocis *ὠκυτόκιον* mentionem facit. *Kust.* Scribendum *ὠκυτόκι' ὠνούμενος.* Conf. Pollux II. 7. Sic scribitur, quod idem significat, *ὀξυτόκιον*: it. *ἀτόκιον. Schaefer.* ad Bosii Ellipses p. 512.

511. *ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον.* Uti infantes olim in ollis exponi solebant, quod inde etiam *ἐγχυτρίζειν* vocabant, teste schol. Arist. ad Ran. v. 1221. et Suida v. *ἐγχυτρίστριαι,* sic in iisdem clam inferri solebant, quos mulieres sibi subiicere volebant: ut ex hoc loco patet. *Kust.*

512. (506. Br.) *κηρίῳ βεβυσμένον.* Egregie ad hunc locum Hesychius: *κηρίῳ — ὑποβάλλοιεν. Kust.* Callimachus hymno I. v. 49. *Bergl.* Huc pertinet Hesychii glossa: *κηρίῳ βύσασα. εἰς τὸ στόμα τῶν παίδων ἐτίθεσαν κηρίον, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοᾶν, ὁπότε ὑποβάλλοιεν. Brunck.*

515. (509. Br.) Vide Suidam voce *ἧτρον,* ubi locum hunc exponit. *Kuster.* Conf. Naekii Choerilea p. 98.

τὸ γὰρ ἧτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισε. Pro *χύτρας* alios habere *μήτρας* testatur Scaliger. Quinam sint isti *alii,* nescio. Sane sex vett. editt. et cod. August. *χύτρας* exhibent, ut et Suidas. Kusterus vero sic ad hunc locum commentatur: *χύτρας praeter exspectationem hic dictum est pro μήτρας. Nisi potius legendum sit μήτρας, ut in Excerptis Scaligeranis reperio.* Scilicet

ignorabat ille spondeum e quarta senarii sede perpetuo exsulare. Itane metricarum legum imperitum fuisse Aristophanis editorem? *Brunck.*

518. (512. Br.) Lege ἦ 'φερε vel — φεν: vid. 1231. *Bentl.* ἦ "φερεν τὸ παιδίον. Vulgo ἦ ἔφερε, mendose; quia prima verbi syllaba elidi debet, sicque ultima vacillat versus. Infra 1218. vulgo etiam bene legitur:

τὴν γραῦν ἐρωτᾷς, ἦ "φερεν τὰς πηκτίδας;

ad quem modum huius loci scriptura reformari debuit. *Brunck.*

520. (521. Kust. 514. Br.) αὖτ' ἔκμαγμα σόν. Priores editiones pro ἔκμαγμα habent εἶγμα: quae lectio quum versum syllaba una breviorem efficiat, Scaliger, ut metro consulat, reponit ἴϊγμα, per dialysin: Aemil. Portus autem ad Suid. v. λέων, αὐτὸ τ' εἶγμα. Sed praestat lectio ἔκμαγμα, quam auctoritate veterum grammaticorum, qui locum hunc citant, Aristophani nunc primum post Bisetum restituimus. Vide Suidam v. λέων et v. πόσθιον, Pollucem IX. 131., Eustath. p. 1857. *m*), qui omnes ἔκμαγμα in loco hoc comici agnoscunt. Sed haec iam praeceperamus ad Suid. v. λέων. *Kust.* Suid. in κύτταρον, λέων, et πόσθιον habet γέγονεν ἔκμαγμα: an legend. γέγονε παῖς ἔκμαγμα: Frob. εἶγμα. Scal. ἴϊγμα: Al. ἔκμαγμα. *Bentl.* αὖτ' ἔκμαγμα citat D. Heinsius ad Horat. p. 176. ed. Elzev. ἔκμαγμα sine αὖτ' Suid. ed. ms. λέων. Suid. ms. ἐκμάσσοντά τ' ἄλλα σπαράξαντα cum aliis vitiis [in πόσθιον scil. ubi αὖτ' om. ed. Med. *Dobree.*] *Porson.* αὖτ' ἔμαγμα σόν. Sic liquido cod. quod recte post Bisetum Kusterus e Suida in λέων et πόσθιον: e Polluce IX. 131. Eustathio ad Odyss. p. 1857. l. 16. in textu reposuit. Antea e Iuntina legebatur αὖτ' εἶγμα σόν. *Brunck.* Conf. Toup. Em. in Hesych. T. IV. p. 338. αὐτέκμαγμα una voce Reiskius et Reisigius I. p. 147.

521. καὶ τὸ πόσθιον. Citat et exponit hunc locum Suidas v. πόσθιον, ubi nos vide. Confer etiam scho-

---

m) Adde Eustath. in Iliad. Δ. p. 462. l. 39. = 352, 19. *Porson.*

liasten supra ad Vesp. v. 1106. ubi itidem loci huius fit mentio. *Kust.*

522. *κύτταρον.* De hac voce vide schol. supra ad Vesp. v. 1106. *Kuster.*

526. Hic epodus, quem ita legendum ac digerendum censeo:

Τοῦτο μέντοι θαυμάτων, ὁπόθεν ἀνευρέθη τὸ χρῆμα,
Χ' ἥτις ———— οὕτω·
Τάδε ———— ἀναιδῶς,
Οὐκ ———— ἄν.
Ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη· τὴν δ' ἐπαινῶ τὴν παλαίαν·
Ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρὴ, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν.

θαυμαστὸν et *εὑρέθη* vulgata versum hiantem destituunt. Versu 5 adhuc legebatur ex interpretatione *τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ τὴν παλαίαν.* Intelligendum *ῥῆσιν* vel *παροιμίαν* in *τὴν παλαίαν.* vid. Bos priore voce, collatis Aeschyl. Eum. 594, 665, ubi similiter *ταύτην.* Verbum innuit *Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος. Hotib.*

526. et sqq.

τοῦτο μέντοι θαῦμ' ἄρ' ἐστὶν ὁπόθεν εὑρέθη τὸ
χρῆμα,
χἥτις ἐξεύρεψε χώρα τήνδε τὴν θρασεῖαν οὕτω·
τάδε γὰρ εἰπεῖν τὴν πανοῦργον
κατὰ τὸ φανερὸν [sic] ὧδ' ἀναιδῶς,
οὐκ ἐν ἡμῖν γ' ᾠόμην 5
οὐδὲ τολμῆσαί ποτ' ἄν·
ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη·
τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
τὴν παλαίαν· ὑπὸ λίθῳ
μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν· 10
ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν
οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα πλὴν γυναῖκες ἄλλαι.

V. 1. Vulgo *θαυμαστόν.* Dedi *θαῦμ' ἄρ' ἐστίν.* Saepe depravatur *ἄρ' ἐστίν.* Unde lege in Lys. 256. *ἄελπτ' ἄρ' ἐστίν.* Vide mea in classical lournal, No. XVI. p. 392. et Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 162. V. 9. Vulgo *ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρὴ μὴ* — ubi voces ex interpolatore venerunt; qui proverbium illud adscripserat e Sophoclis *Αἰχμαλωτίσιν;* quem servavit schol. ad Nicandr. Theriac. 19. *Ἐν παντὶ γάρ τε σκόρπιος φρουρεῖ λίθῳ.* verum ibi debet legi *Ἐν παντί που χρὴ σκόρ-*

πιον φρουρεῖν λίθῳ: unde corrigas Scholion [sic] apud Athen. XV. p. 695. D. Ὑπαὶ παντὶ λίθῳ σκόρπιος ὦ ταῖρ' ὑποδύεται· Φράζευ, μή σε βάλῃ (τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται) δόλος. Sic enim et Tragici et Scholiographi [sic] verba in animo habens scripsit Glossator. Ὑπὸ παντί που χρή: at mentem Comici non satis est assecutus: ille enim ludit in voce λίθος — quae saxum quidlibet significat et specialiter illud quod fuit τὸ βῆμα τῆς Πνυκός. Vid. Acharn. 685. Pac. 680. Κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πνυκί. et Eccl. 87. In v. 12. Vulgo ἄρ' ἡ γυναῖκες: at Suid. ἄλλαι γυναῖκες in Ἀλλ' οὐ γάρ. *G. Burges* in classical Iournal XXVIII. p. 254. 255.

526. ταυτὶ, typothetae errore [in Br. edit.]. Corrige τουτί. *Brunck.*

ὡς ὁ καιρός. *In prioribus editt. male legitur* ὡς καιρὸς, *omisso articulo* ὁ, *quem fulciendo metro hic inserui. Sic supra in Pluto v.* 255. ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. KUSTERUS. Quis lecta hac nota non credat Kusterum e coniectura *insersisse* articulum ὁ? Quis eius tergo non timeat, ne censoriae virgae subiiciatur vibicibus? Sed securi estote, o boni: tutum eum praestabo. Est articulus ille ὁ non solum in August. cod., sed etiam in quinque primis editionibus. Non eo nomine culpandus est Kusterus, quod optima crisi versum hunc emendatiorem exhibuerit, quam Aem. Portus: sed quod Aristophanem edere aggressus, ne unam quidem editionem veterum, quae alicuius esset momenti, consuluerit. *Brunck.*

668. Lege χρῆν. *Bentl.* χρή σ'. cf. 755. *Porson.* In ed. Porti Porsonus χρῆν. *Dobree* in Addendis p. 146.

671. (665. Br.) πανταχῆ διάῤῥιψον ὄμμα κ. τ. λ. Euripides in Iphig. Taurica v. 68. ὁρῶ, σκοπεῦμαι δ' ὄμμα πανταχοῦ στρέφων. in Phoeniss. v. 272. ὧν οὕνεκ' ὄμμα πανταχῆ διοιστέον, κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ. *Bergl.* διάῤριψον. Male vulgo in trochaico versu διάῤῥιψον. *Brunck.* Vid. Reisig. I. p. 275. Buttmann. gr. Gr. T. I. p. 85.

672. καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο. In Avibus v. 425. καὶ τὸ τῇδε, καὶ τὸ κεῖσε, καὶ τὸ δεῦρο. *Bergl.*

673. Vid. Reisig. I. p. 277.

675. (669. Br.) τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔσται. Superior versus et seqq. usque ad 675. sunt anapaestici, quorum ad normam hic facile redigi potest, et, ut opinor, debet. Rescribe:

ἔσται τοῖς ἄλλοισιν ἅπασιν.

Brunck. Meliores erunt anapaestici numeri, si scribatur:

τοῖς ἄλλοισίν γ' ἔσται πᾶσιν.
vel ἔσται πᾶσιν τοῖς ἄλλοισιν.
Prius genuinum videtur. *Brunck.* in Supplem. Vid. Reisig. I. p. 281.

680. — 682. Vid. Reisig. I. p. 281.

681. et 682. sunt transponendi. *Reisk.*

683. ποιεῖ θ' ὅτι. *Reisk.*

684. (678. Br.) ποιῶσι. Sic cod. recte. Nullum hic usum praestat ν paragogicum in iambico versu: ideo etiam v. 685. γυναιξὶ lego, non γυναιξίν. *Brunck.*

685 — 689. Vid. Reisig. I. p. 282.

685. Frob. ὅσια. Lege ἀνόσια. *Bentl.*

687. παράκοπος. Euripides in Bacchis v. 32. τοίγαρ νυν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ μανίαις, ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν. *quamobrem eas ex aedibus oestro percitas ac furore fugere coegi, montem autem nunc habitant delirae mentibus.* Aeschylus in Agamemnone v. 487. τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκμμένος; *quis ita est stolidius vel mente laesus?* Apud eundem in Eumen. v. 330. per synonymiam: παρακοπὰ, παραφορὰ, φρενοδαλὶς. *delirium, insania, amentia.* Et παρακόπτειν *insanire,* ut in Hippocr. epist. 12. initio: οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος. Sic παραπαίειν apud nostrum in Pluto v. 508. et in Pace v. 89. *Bergl.*

690. παράνομα, τά τ' ἀνόσια θεὸς ἀποτίνεται, παραχρῆμά τε. In hanc sententiam Euripides in Bacchis, nisi quod non dicit cito, sed tarde puniri impios: ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως πιστὸν τό γε θεῖον σθένος. ἀπευθύνει δὲ βροτῶν τοὺς τ' ἀγνωμοσύναν τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν αὔξοντας, σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ. *venit vix, sed tamen certum divinum robur (ac potens vindicta) punitque homines impietatem colentes, et non deos honore afficientes, insana corruptas opinione. Bergl.*

692. (686. Br.) Lege παράδειγμα ut 676. *Bentl.* γίνεται. Editio Farrei τίνεται, quod magis placet. *Bergl.* τίεται. *supplicium et vindictam sumit. Reisk.* παραχρῆμά τε τίνεται. Sic cod. et Venetae editiones. Iuntina γίνεται. *Brunck.* Conf. Reisig. I. p. 285.

695. (689. Br.) ἆ ἆ. Editio Farrei ἔα, idque extra versum, nec in eadem linea. Ceterum si pro ἆ ἆ, ποῖ etc. legas ἆ, ποῖ, metrum recte se habebit. Aut si ἆ ἆ extra versum legas et gemines ποῖ ποῖ, ut Scaliger volebat. *Bergl.* Metrum recte fulcietur, si cum Scaligero scribas ποῖ ποῖ σὺ φεύγεις; Nam interiectio illa ἆ ἆ hic extra versum legenda est, ut interdum quoque φεῦ, αἰβοῦ, et aliae huiusmodi particulae. *Kust.*

Exclamandi adverbia sunt extra versum. Ad eundem modum quo hic, scripta sunt in cod. et excusa in vett. editt. id est a seq. versu separata. In cod. ἆ ἆ: in Venetiis editt. ἔα. Versus autem deficiente syllaba claudicabat, vocula ποῖ semel tantum posita, quam a poeta geminatam fuisse acute Bisetus vidit. Sic infra 1095. Pl. 417. ποῖ, ποῖ; τί φεύγετον; Confer supra 1076. 650. Lys. 851. *Brunck.* ποῖ ποῖ σὺ φεύγεις; Scaliger [et Bentleius] probante Valkenaerio ad Euripid. Phoeniss. 904. *Porson.* Conf. Reisig. I. p. 285.

696. καὶ τὸ παιδίον ἐξαρπάσας. Mnesilochus quum videret se in magno periculo esse, rapit a muliere quadam infantem (infantem enim esse putabat) et cum eo ad aram confugit, ut quasi obsidem habeat, atque, si mulieres ipsum velint occidere, eas ab incepto deterreat, tanquam prius infantem occisurus. Imitatur autem comicus Euripidem in Andromacha, sed oeconomiam invertit; nam ibi Andromacha, quam Hermione et Menelaus volebant occidere, ad aram confugit, ut ibi sarta tectaque esset: Menelaus autem, ut eam cogat inde discedere, absconditum alicubi filiolum eius comprehendit, et occisurum minatur, ni mater aram deserat. Simile quid est in Oedipo Coloneo Sophoclis, ubi, quum Creon vellet Oedipum cogere, ut rediret Thebas, comprehendit illius filias. Vide ibi v. 812. aut 852. Haec apud tragicos seria sunt, comicus autem in iis iocatur; ut etiam facit in Acharnensibus, ubi quum carbonariorum grex vellet occidere Dicaeopolin, iste arripit corbem carbonarium, et eum contra prius occidere vult, et sic grex miseratione corbis motus, parcit Dicaeopolidi. Vide ibi ad v. 331. *Bergl.*

699. (693. Br.) ἢν μή μ' ἀφείητ'. Redundat in

hoc versu syllaba, quae tolletur, si scribas *ἢν μή μ' ἀφῆτ'* in modo coniunctivo, ut vocant. *Kuster.*

ἢν μή μ' ἀφῆτ' — vulgo *ἀφείητ'*, quod in metri et in sermonis legem offendit. *ἀφείημεν, ἀφείητε*, formas esse Atticis inusitatas ostendit Dawesius p. 246. Tolerabilior esset codicis lectio *ἀφεῖτ'*, legitima formatione, sartoque metro. Sed *ἢν* subiunctivo iungi debet, itaque *ἀφῆτ'* reponendum erat. *Brunck.* Lege *ἀφῆτ'*. *Bentl.*

700. *πλησὲν μαχαίρᾳ τῇδε.* Locus est procul dubio tragici alicuius, ut ex stilo, qui cothurno potius quam socco convenit, colligi potest. *Kust.*

702. Locum hunc citat scholiastes supra ad Plut. v. 455. *Kust.*

703. (697. Br.) *στήσεσθε καὶ τροπαῖον.* Antea legebatur *στήσεσθε τροπαῖον*, omissa vocula *καὶ*, non sine manifesto detrimento et versus et sensus. Quare magnus Scaliger, quum hoc animadverteret, inserta particula *νῦν* post *στήσεσθε* ruentem versum fulciendum putabat. Sed nostra lectio utique praeferenda est, non solum quia sensui melius convenit, sed etiam quia nititur auctoritate Corinthi de dialecto Attica et scholiastae supra ad Plut. v. 455. ubi locus hic citatur. Ceterum *βοὴν στῆσαι* vel *στήσασθαι* pro *clamorem tollere* vel *vociferari* phrasis est bene Attica, quam Bourdinus et Bisetus non videntur intellexisse. Euripides Iphig. Taur. v. 1307. *ἵστησι βοήν.* idem in Heraclid. v. 656. *τί γὰρ βοὴν ἔστησας;* et v. 129. *βοὴν ἔστησε.* Plura huius *φράσεως* exempla collegit Paul. Leopardus, vir doctissimus et qui magno cum iudicio veteres triverat auctores, Emendat. lib. VII. cap. 22. *Kust. στήσεσθε καὶ τροπαῖον.* Ita editio Farrei [et Bentleius]. In aliis editionibus deest particula *καὶ*, quam proinde recte Kusterus in sua editione restituit. *Bergl.*

στήσεσθε καὶ τροπαῖον. Cod. et Iuntina *στήσεσθε τροπαῖον* omissa copula, quam Venetae editt. exhibent, restitutam a Zanetto sive ex metri necessitate et sermonis indole, sive e comici scholiaste ad Plutum 455. quem descripsit Corinthus de Dial. p. 8. [22.] In

ceteris editt. claudicat hic versus, quem Kusterus a se primo restitutum fuisse arbitrabatur. De formula ἱστάναι βοήν vide P. Leopardi Emendatt. VII. 22. *Brunck.*

706. 707. Vid. Reisig. I. p. 291.

708. (702. Br.) ὡς ἅπαντ' ἐστίν. Est versus trochaicus, sed cui deest syllaba. Quare metri gratia scribendum erit: ὡς ἅπαντά γ' ἐστὶ τόλμης etc. *Kust.* Sed puto ἅπαντ' ἄρ' ἐστὶ scripsisse comicum; nam in editione Farrei est ὡς ἅπαν γάρ ἐστι. Parum autem interest. *Bergl.* F. ὡς ἅπαντα τοῦδε τόλμης (subint. ἐστὶ) *ut sunt huius viri omnia facinora producta audaciae et impudentiae. Reisk.* Vid. G. Burges supra p. 220.

Tetrameter est trochaicus, cuius vulgo fracti sunt pedes, ὡς ἅπαντ' ἐστὶν τόλμης. In cod. ὡς ἅπαν γάρ ἐστιν τόλμης — oportuit ἐστί. Bene procedit phrasis, ἅπαν ἐστὶν ἔργα τόλμης καὶ ἀναισχυντίας. Aliter e Suida, quem tamen huc respexisse non liquet, Toupius Epist. Crit. p. 35. [II. p. 443.]

ὡς ἅπαντ' ἐστὶ πλέα τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας.

Suidae verba sunt: ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας. ἐπὶ τῶν ἰταμῶν καὶ ἀναιδῶν. *Brunck.* Gry. ὡς ἅπαν γάρ: lege ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστί. *Bentl.* Vid. Reisig. I. p. 272. 273.

710. (704. Br.) ἐξαράξω e certissima Toupii emendatione, quem vide ad Suidam I. 141. [I. p. 180.] Vulgo legitur absque metro et sensu:

οἷον ὑμῶν ἐξάρξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.

Sed ante Toupium sic legendum esse iam monuerat Reiskius, cuius, quia brevis est, totam notam proponam. ἐξαράξω τὴν ἄγαν αὐθαδ. — *o quam pulchre vobis nimiam vestram audaciam excutiam! Confer Dionys. Halicarn. Ant. p.* 58. 44. Dawesium hic destituit nota illa sagacitas. Occurrit verbum ἐξαράττω Nub. 1373. Equit. 641. *Brunck.* Lege ἐξαράξω vel ἐξαράξει [ut Tyrwhittus]. *Bentl.* ἐξαρῶ γ' ὦ Dawes. Misc. crit. p. 330. ἐξαράξω etiam Sanctamandus apud Burgess. Not. in Dawes. p. 485. *Porson.*

712. (706. Br.) Huius etiam versus, prout vulgo legitur, metrum solutum:

δῆλον δῆθ', ὅτι γ' ἔχει μου ἁρπάσας τὸ παιδίον.

Proclive erat emendare *ὁτιή γ' ἔχει*. Placuit mihi magis *ὅτι γ' οἴχεται*. Sed fateor alterum praeferri debuisse, quod a veteri scriptura unica tantum litera differt, eaque a librariis in hac voce alibi omissa. Exemplum habuimus in Lys. 1228. *ἔχει ἐξαρπάσας* valet *ἐξήρπασε*, formula satis obvia, de qua suffecerit legisse Valckenario observata ad Eurip. Phoen. 712. *Brunck.* Lege *δῆτά γ' ὅτι* vel *δῆθ' ὁτιή γ'*. *Bentl.* Porsonus praefat. ad Hecub. p. LIV. ed. Lips. corrigit:

δεινὰ δῆθ' ὅστις γ' ἔχει μου ξαρπάσας τὸ παιδίον.

Hermanno Elem. doctr. metr. p. 66. genuina videtur Ravennatis libri scriptura. Sed vide Reisig. I. p. 291.

715. *ὅτε*. Lege *ὡς*. *Bentl.*

715. (709. Br.) *κοὔπω μέντοι γε πέπαυμαι*. Hinc litem grammaticorum dirimas, de qua postremum auctorem Doctr. Particul. vide p. 699. En aliud e Platone exemplum initio librorum de Republica. *καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται.* Sic est etiam in veteri scripto libro. *Brunck.* in Supplem. *μέντοιγε*] *σε* Suid. ms. *μέντοι*. *Porson.* Locus est, *μέντοι, ὅμως. τὸ δὲ σὺν τῷ γε, παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων.* i. e. „non Graecum est *μέντοιγε*", ut recte explicat Kusterus *n*). *συντῶσε* (sic) ed. Med. et ita fere MS. C. C. C. ut ex Porsoni nota patet. *γε* recte MS. Paris. et Photius apud Kusterum. Vide Porson. ad Med. 675. *Dobree.* De *τοίγε* vide ad Plut. 424. Nub. 570. 1256. Eq. 276. Vesp. 1362. Eccles. 575. Lysist. 1034. In Eccles. 1000. recte Reisigius p. 295. *δεῖ γε μέντοι σ'*. In Ach. 611. *καίτοὐστίν γε* Elmsleius, quem vide. Quam levis momenti sint exempla e prosaicis scriptoribus, (qualia Xenoph. Paed. I. 6. 8. V. 5. 11. Anab. I. 9. 14. II. 4. 14.) ostendent haec e Porsoni schedis: „*ἀλλὰ μέντοι ἀντί γε* (Plato) Alc. II. p. 114, 9. Etw. 453. D. 10. Frf. 264. b. 24. ms. (Clark.) 141. C. Steph. *μέντοι γε* Wetstein. ad Matth. XVI. 26. ‖ *γε* post *μέντοι* om. ms. Clark. p. 6. a. 5. (In Euthyphr. p. 12. C. HSt. scilicet.) ‖ *εἰρηκά γ' ἔγωγε* Gorg. p. 455, 32. Ald. 299. D. Laem. 388. b. 6. ms.

---

n) Vid. Hermann. ad Viger. p. 842. Lobeck. ad Phrynich. p. 542., coll. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 363.

(491. C. HSt.) || *ναὶ μὰ δία ἡμεῖς γε ὦ ἑρμόγενες* Crat. p. 65. b. 14. ms. 33, 15. Fisch. (400. D. HSt.) || *καίτοιγε καθαρεύειν γε* Pausan. VIII. 18, 2. *οὐ μέντοι γε Π. γ.* V. in. || *νὴ τοὺς θεούς γε ὦ σώκρατες* Theaet. p. 120. (l. 21.) Fisch. (*ἔγωγε ὦ* in eadem charta scribit Porsonus, hic scilicet reponendum. Locus est p. 155. C. HSt.) || *καίτοι γε ὤμην γ'* Phaedr. p. 241. D. (HSt.) 250. b. 21. ms. om. *γε* || *οὐ μέντοι γε* Rep. I. 410. F. G. Laem. (529. E. HSt.) *καίτοιγε* 411. F. 5. (531. fin. HSt.) || *οὐ μήν γε* Paus. ms. VI. 15, 6. *οὐ μήν γε* Paus. X. 38, 3. Vide ib. 1. *οὐ μέντοι καὶ αὐτίκα γε.* Herodot. I. 80. Arch. II. 65. fin. (In priore loco *οὐ μέντοι γε οἱ Λυδοὶ* Arch. in posteriore, *οὐ μέντοι οἵ γε Αἰγύπτιοι.*) *οὐ μέντοι ἔς γε* (*δὲ* Porson. per errorem) *τὰ ἱρὰ* II. 81. p. 141, 91. || *οὐ μέντοι τοῦτό γε* Valckenaer. ad Herodot. II. 65. *οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐὼν* (sic Ask.) I. 196. p. 94, 2. II. 98. p. 148, 40. omnes *οὐ μέντοι γε.* || VIII. 42. p. 658, 51. *οὐ μέντοι γένεός γε* planissime Arch. || VI. 23. fin. p. 448, 15. *οὐ μέντοι οἵγε* et Arch. Ask. sed paullo ante I. 94, 95. *χρεὸν μὲν εἶη καλὴν ἀκτὴν* Arch. a *σχεῖν* l. 96. ad *ζάγκλην* 97. duodecim voces, in quibus *ἔρημον*, om. Ask. || In Pausan. V. 1. init *γε* om. ms." — Passim in particula addenda, tollenda, transponenda luditur. Non magis Atticum puto *οὐμενοῦν γε* (vide Porson. ad Ran. 564.) nec *πῶς γε*, quod in Plut. 585. habent mss. in Nub. 689. Invernizius, quam *οὐ μήν γε*, *ἄν γε*, *νὴ Δία γε*, de quibus monuerunt Porsonus et Elmsleius. Neminem certe puto esse qui Iulianis, Libaniis, Themistiis fretus, Porsoni canonem de *νὴ Δία γε* arctioribus finibus circumscriptum eat o). *Dobree* in Addendis p. 146. 147. Conf. Reisig. I. p. 294.

716. (710. Br.) *ἀλλ' οὖν ἥκεις.* Verti ac si legeretur *ἀλλ' οὐχ ἥξεις. Kust.* Depravata est in omnibus libris huius versiculi scriptura. In cod. *ἀλλ' οὖν ἥκισθ' ὅθεν ἥκεις.* In quinque vett. editt. *ἀλλ' οὖν ἥκεις θ' ὅθεν ἥκεις.* Primus Frobenius copulam exulare iussit, ediditque *ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις.* Quae lectio deinceps, licet absurdissima, per ceteras editt. pro-

o) Notatur Meinekius Quaestion. Menandrear. Specim. I. p. 51.

pagata fuit. Ad sensum et prout flagitat sermonis ratio, reposui,

ἀλλ' οὔθ' ἥξεις ὅθεν ἥκεις.

οὔτε ἥξεις ὅθεν ἥκεις, οὔτε φαύλως ἀποδρὰς λέξεις. Vides quam bene nunc omnia cohaereant. *Brunck.* *ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς* Kuster. ad Suid. II. p. 50. v. *ἥκεις.* Locum in *ἥκεις* om. Suid. ms. *Porson. p*) Requiritur, *ἀλλ' οὖν ἥκεις, οἵ γ' ἥκεις, pervenies, quo pervenies*, i. e. *nolo tibi dicere, in quae mala incides. Hermann.* ad Viger. p. 709. Vide de hoc et sequentibus versibus Reiskium I. p. 296. — 298.

717. *φαῦλός τ'* Suid. v. *ἥκεις. Porson.*

725. *τήνδε δ' ἐγώ. Reisk.*

725. *καί σν impune*, ut recte observavit Bourlinus, et Toupius ad Longin. §. 16. *Porson.*

727. *ἀθέοις.* Impium et nefarium est violare eum, qui ad aram confugerit; hunc autem mulieres volunt comburere. Confugisse autem eum ad aram patet ex *v.* 702. *Bergl.*

732. (726. Br.) Hic versus et tres sequentes vulgo choro continuantur. Eos ego haud melius omnes Mulieri VI. tribui. Quae ad latus huius versus minio valde diluto et tenuissimis characteribus scripta sunt in codice, aut negligenter legi, aut quid sibi vellent non satis perspectum habui. Nunc rem teneo. Literarum compendia hoc significant: *πρὸς τὰς γυναῖκας* (oportuit *πρὸς τὴν γυναῖκα*) scilicet praecedentem chori sermonem ad Mnesilochum directum fuisse, hoc autem versu ad mulierem converti. Sed Mulieris VI. persona versui 728. praefigi debuit, quod manifesto ostendit cum metri mutatum genus, tum versus 739. Postquam chorus mulierem incitavit, ut adsumtis sociis ligna aggereret, Mnesilochumque combureret, statim illa iussa capessit, et cum famula abscedens huic dicit: *age, o Mania, sarmenta arcessamus.*

---

p) Suid. in *ἥκεις* ut editum: ubi Kusterus corrigit *ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς*: perperam. Sententia est, *unde quidem veneris, nescio. Non tamen dices te facinus tale ausum facile effugisse. Bentl.*

Moxque in scenam cum sarmentis reversa eidem suae famulae ait:

παράβαλλε πολλὰς κλῆματίδας, ὦ Μανία.

Deleat itaque lector Mulieris personam ante v. 726. eamque margini adscribat ante versum 728. — *χρῆν σ' ἐκφέρειν τε.* In cod. *χρὴ μ' ἐκφέρειν τε.* In Iuntina *χρήν σ' ἐκφέρειν τε.* Qua in scriptura praeter accentum impersonalis verbi nihil mutandum erat. Zanettus tamen pro *χρῆν* edidit *χρή*. *Brunck.* *χρῆν σ'.* Editio Farrei *χρή σ'*. *Bergl.* Gry. *χρή*. *Bentl.*

756. (750. Br.) *σὺ τόδε τὸ Κρητικόν.* Versus gratia scribendum est *σὺ δὲ τὸ Κρητικόν.* Syllaba enim redundat. Ceterum de veste Cretica vide quae collegit diligentissimus Meursius in Creta cap. XII. *Kust.* *σὺ δὲ τὸ Α.* Kuster. Toup. in Suid. II. p. 115. *σὺ δὲ τὸ κ.* Suid. ms. *κρητ.* *Porson.* Ed. Med. *σὺ δὲ τὸν.* *Dobree.*

σὺ δὲ τὸ Κρητικόν. Sic bene Kusterus in notis: vulgo *σὺ τόδε τὸ Κρητικόν.* Quod autem ait ille syllabam redundare, id falsum est:

ὑμαπτ | ε και | καται | θε συ το | δε το κρη | τικον.

Sed anapaestus tribrachy subiectus minus modulatum versum facit: quod vero praecipuum est, particulam adversativam *δὲ* sententia flagitat, non autem demonstrativum *τόδε*. Hesych. *Κρητικόν. ἱμάτιον λεπτὸν καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα, Κρητικὰ ἔλεγον.* Ad quam glossam vide interpretes. *Brunck.*

759. *ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη.* Locus est lepidissimus et salis comici in mulieres plenissimus. Fingit enim Aristophanes mulierem quandam utrem vini habere, habitu infantis indutum, ut alii crederent esse revera infantem, quem domo secum attulisset, et sic in ipsa concione vinum bibens alios fallere posset. Quare Mnesilochus, quum infantem, quem putabat, mulieri eripuisset, eumque vestibus nudatum occidere vellet, praeter omnem exspectationem utrem pro infante deprehendit. Hinc prae admiratione exclamat: *ὦ θερμόταται γυναῖκες* etc. Notatur ergo hic et ridetur mulierum nimius amor bibendi. *Kust.* Nempe utrem vini ornatum habitu infantis gestaverat mulier, cuius infantem se rapuisse putabat Mnesilochus. Notatur autem lepide vinositas mulierum, ut alias saepe. *Bergl.*

740. *Περσικάς.* Calceamenti muliebris genus. In Ecclesiaz. v. 318. *καὶ τὰς ἐκείνης Περσικὰς ὑφέλκομαι. Bergl.*

741. (735. Br.) Loci huius meminit Suidas v. *θερμόταται* et Eustathius ad Homer. p. 1441. 23. ed. Rom. *Kust.*

ποτίσταται. A *πότης, ποτίστατος*, ut a *κλέπτης, κλεπτίστατος* in Pluto v. 27. *Bergl. ποτίσταται.* De hac superlativi formatione Atticis scriptoribus familiari agit Eustathius ad Odyss. p. 1441. plurimis adductis exemplis. Sic Ran. 91. *λαλίστερα.* Pl. 27. *κλεπτίστατον.* Acharn. 425. *πιωχιστέρου. Brunck.*

743. *ἀγαθὸν*] *κακὸν* Suid. om. *αὖ*, v. *θερμότ. Porson.* Edd. Med. Kust. *ὦ θ. γ. μέγα καπ. καλὸν ἡμῖν δὲ κακόν. Dobree.*

744. *καὶ τῇ κρόκῃ.* Sensus est, ebriosas mulieres et vino deditas parum et male texere: ut monuit etiam Palmerius. *Kust.*

747. Bentl. hic apponit *MN.* et deinceps pro *Α.Α. ΓΥ.* scripsit *MN.*

748. (742. Br.) *ἤνεγκας σύ;* Scribe *ἤνεγκες*, ut congruat cum praecedente *ἤνεγκον.* Sic concordare fecimus *εἶπες, εἶπον* in Conc. v. 191. *Brunck.* in Supplem.

751. (745. Br.) *τυννοῦτον ὄν; τυννοῦτο.* Vulgo bis *τυνοῦτο.* Cod. priore loco *τυνοῦτον*, bene saltem quoad litatum hiatum. Dicitur *τυννοῦτον* et *τυννοῦτο* in neutro, ut *τοσοῦτον* et *τοσοῦτο. Brunck.* Lege *τυννουτοῖ. Bentl.*

752. (746. Br.) *γέγονε.* Vulgo *γέγονεν. Brunck. τόσ' ἔτη δὲ γέγονε; τρεῖς Χόας, ἢ τέτταρας; Quot annos vero natus est? tres Choas, an quatuor?* Sic verti debuit. Per *Χόας* intelligendum *τὴν τῶν Χόων ἑορτήν*, cuius frequens in Acharnensibus mentio. Agebatur hoc festum Lenaeorum, seu Anthesteriorum die secundo, qui vocabatur *Χόες.* Vide Meursium Gr. Fer. in *Ἀνθεστήρια.* Quotannis celebrabatur, quapropter assimulati infantis annos sciscitans Mnesilochus facete

quaerit, quot sit Choas natus. Huic quaestioni congruit mulieris responsum,

σχεδὸν τοσοῦτο, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

Fere tantum, et quantum effluxit temporis ab ultimis Anthesteriis. Nam per Dionysia hic Anthesteria significari, Choum quae praecedit ostendit mentio. Quum autem infans ille nihil aliud sit quam uter vinplenus, rei accommodata est haec annos computandi ratio. Veri enim haud absimile est vini aetatem Athenienses Liberalium numero indicasse. Aliae hanc in rem apud alias gentes formulae sunt in usu: in Galliae quibusdam regionibus dici solet, *du vin de trois feuilles, de quatre feuilles.* *Brunck.* in Addendis.

753. (747. Br.) ἐκ τῶν Διονυσίων. Quia Bacchus sive Liber pater vini est. *Bergl.* σχεδὸν τοσοῦτον καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων. Sic cod. et vett. editt. omnes. Kusterus nescio unde, χ' ὅσον ἐκ τῶν Δ. Observa autem in hoc versu quater recurrere eundem sonum *ον*. Scribe σχεδὸν τοσοῦτο καὶ ὅσον — *Brunck.* χῶσον Brunck, ad Pacem 437. p. 441. ed. Lips. χῶσον Bentleius et Porsonus.

754. (748. Br.) μὰ οὐ τόν. Delendum οὐ, quod editio Farrei non habet, et absque illo constat versus. Praeterea Graeci non dicunt μὰ οὐ τὸν Ἀπόλλω, sed aut οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω, aut μὰ τὸν Ἀπόλλω οὔ. *Bergl.* μὰ τὸν Ἀπ. *Reisk.*

μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί. Hiccerte particula μὰ per se negat, quum nec praecedat nec sequatur alia negatio, nec particula adversativa. Sic rursus infra 897. Eq. 536. 559. *Brunck.* Reponendum arbitror: μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ τουτονί. *Reisig.* I. p. 107.

755. (749. Br.) ἐμπιμπράτε. Editio Farrei ἐμπιπρᾶτε. Scribe ἐμπίπρατε a πίπρημι. *Bergl.* ἐμπίμπρατε. Vide ad Lys. 311. *Brunck.* Lege ἐμπίμπρατε. Gry. ἐμπίπρατε. *Bentl.*

758. ὑπέρ γε τούτου. Potius vult amittere istam quam vinum. *Bergl.* φιλότεκνος. Pro φίλοινος. *Bergl.*

759. ἥδ' ἀποσφαγήσεται. Euripides in Andromacha v. 515. ὁ δ' ἀντὶ τοῦ σοῦ σώματος σφαγήσεται. *iste autem interficietur pro tuo corpore* i. e. *pro te.* Agitur

autem ibi res similis et dixi de illo loco ad v. 697. *Bergl.*

760. (754. Br.) Suidas: *σφαγεῖον, τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς* (Od. γ'. 444.) *ἀμνίον. Brunck. Οἴμοι τέκνον! δός μοι τὸ σφαγεῖον, Μανία.* Sic vulgo, quasi certum nescio quem alveum poscente muliere, versuque impingente. Dele articulum, et omnia erunt salva. *Hotib.* Lege *σφάγιον. Bentl.* Articulum delent Porsonus et Tyrwhittus. An pronomen *μοι* potius eiiciendum sit, dubitat Lobeck. ad Sophocl. Aiacem p. 589.

761. *τὸ γ' αἷμα.* Id est vinum utre contentum. Pergit enim de utre ut infante loqui. *Kust.* Ita vocat vinum, quia quasi de victima sermo est. Sic in Lysistrata, ubi mulieres coniurantes calicem vini loco hostiae immolant, infuso vino una dicit v. 205. *εὖ γε θ' αἷμα κἀποπυτίζει καλῶς. Bergl.*

764. (758. Br.) *τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας.* More nimirum veteri pellis et pedes victimae sacerdotibus cedebant. Aristophanes supra in Pluto v. 1186.

οὐκοῦν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις.

ubi scholiastes: *δέον εἰπεῖν τὸ δέρμα καὶ τὰς κωλᾶς. ἐπειδὴ νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν. ἄλλως. τὰ ἄθυτα τῶν παρεχομένων τοῖς ἱερεῦσι δέρματα καὶ κῶλα.* Vide etiam scholiasten ad Vesp. v. 695. *Kuster.*

Creticam vestem, qua bibacula mulier utrem vini plenum involverat, ut speciem infantis praeberet, proiicit ei Mnesilochus, tanquam victimae pellem. Alludit autem ad sacrorum morem, quo sacerdotibus cedebant reliqua e victimis, scilicet pelles et *κωλαῖ*. Vide Petitum de Leg. Att. p. 75. *Brunck.*

766. (760. Br.) *ἐξεκόρησε. ἐκκορεῖν*, quod proprie *everrere* vel *scopis purgare* significat, metaphorice etiam notare potest *virginem stuprare*. Hic autem sensu comico accipitur pro *filiam alicui adimere*. Ludit ergo ambiguitate significationis, quae in lingua Latina exprimi non potest. *Kust.* A *κόρη puella*. Alias *ἐκκορεῖν* est *everrere*, *scopis purgare*. *Bergl.*

ἐκκορέω idem significat, quod *διακορέω*, de quo

supra ad v. 480. et sic forte intelligendus est Hesychius in glossa ἐκκορῶσι, φθείρουσιν. At hic valet τὴν κόρην ἀφαιροῦμαι. Ludit in ambiguo comicus: *Quis te devirginavit?* pro *Quis tibi puellam tuam ademit?* Priori modo ambiguitas in versione exprimi poterat, idque eo magis fieri debuit, quod sequens versus nulli alii rei additus videatur, quam ut ambiguo ἐξεκόρησε interpretamento sit. *Miserrima Mica, quis te devirginavit? quis dilectam et unicam filiolam tibi eripuit? Brunck.* Conf. Boeckh. ad schol. Pindari p. 330.

767. τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου ἐξηρήσατο; Ad meum sensum nihil languidius fingi potest hac epexegesi τίς ἐξηρήσατο, mihique ita persuadeo, si quis prioris versus (ταλαντάτη — σε;) sententiam pluribus et planioribus verbis comprehendere velit, vix eum alia esse reperturum, quam quae hoc versiculo continentur. Utrum vero totus versus spurius habendus, an pro ἐξηρήσατο aliud verbum quaerendum esset festive ambiguum, ut ἐξετρήσατο aut simile quiddam, (notum est, quem in sensum τρῆμα, τρυμαλιά et τρυπᾶν ferantur,) hoc igitur quum mecum constituere non possem, Hermanni sententiam sciscitatus sum, qui mihi respondit, sibi difficile videri aoristum illum ex Aristophanis loco evellere, seque dubitare etiam, an Aeschylus Agam. 671.

ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ ἐξητήσατο.

eodem modo scripserit. De Aristophane igitur quiesco. *Lobeck.* ad Phrynichum p. 718.

772. (766. Br.) τίς ἐπίνοι'; Male vulgo sine elisione ἐπίνοια. *Brunck.*

773. (767. Br.) ἐξκυλίσας ἐς τοιαυτὶ πράγματα. Sic supra v. 658.

εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰξεκύλισα πράγματα.

Putabam tamen aliquando scribendum hic esse levi mutatione ἐξκυκλήσας, ab ἐξκυκλεῖν, de qua voce vide quae notavimus supra ad v. 102. Sed quum τὸ ἐξκυλίειν idem prorsus significet, nec metro repugnet, nihil mutandum censeo. Ne tamen haec frustra dixisse videar, venit nunc mihi in mentem loci apud Lucianum in Philopseude p. 546. ed. Amstel. ubi sic legitur: καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκληθῆναί

ιοι τοῦτον ὤμην ἀπὸ τῆς τύχης. Ubi pro ἐπεισκληθῆναι ne dubites rescribere ἐπεισκυκληθῆναι. Arignotus enim Pythagoricus, de quo Lucianus ibi loquitur, non aderat ἐπεισκλητὸς i. e. *advocatus*, sed prorsus inexspectatus et, ut Lucianus inquit, velut deus quidam a machina theatrali: de qua scilicet machina proprie licebatur ἐκκυκλεῖν et εἰσκυκλεῖν, ut monuimus iam supra ad v. 102. Ceterum vox ἐπεισκυκλεῖν etiam legitur apud Heliodor. Aethiop. libr. II. cap. 24. ubi festivissimus ille scriptor inquit: ἐπεισόδιον δὲ τοῦτο οὐδέν, φασὶ, πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας. Et modo laudatus Lucianus de conscrib. hist. p. 611. ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν. Vox παρεισκυκλεῖν legitur apud Athenaeum libr. XIV. cap. 25. in fragmento Athenionis comici:

ἐχθὺν παρεισεκύκλησεν οὐδ' ὁρώμενον.

piscem, qui non videbatur, mensae illatum apposuit. Sed haec obiter. *Kust.* Pherecrates apud Stobaeum Serm. CXV. εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλίσαι πράγμασι. *Frustra me, qui sum hac aetate, erexisti, ut multis me negotiis involverem.* Pro εἰσκυλίειν utitur verbo στρέφειν in Nubibus v. 1458. στρέψας σεαυτὸν εἰς πονηρὰ πράγματα. Contrarium τοῦ εἰσκυλίεσθαι apud Aeschylum in Prometheo v. 87. ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσῃ τύχης. *quo pacto evolvaris ex hoc statu. Bergl.*

κἄμ' ἐγκυλίσας. Nescio qui Kustero in mentem venerit genuinum hic esse ἐσκυκλήσας, quod etiamsi codd. praestarent, tamen vulgato anteponendum non esset. *Brunck.*

774. (768. Br.) οὐ φαίνετ' οὔπω. Promiserat autem Euripides, se velle Mnesilocho opem ferre v. 276. *Bergl.* φέρε τίν' οὖν δῆτ' ἄγγελον. *Reisk.*

Sic exhibent hunc versum duae novissimae editiones:

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε δὴ, τίν' οὖν ἄγγελον.

Quartam senarii sedem deturpat trochaeus, cuius vitii neutri editorum quicquam suboluit. Vellem Kusterus nos docuisset, unde hanc lectionem haberet, quae in nulla vett. editt. reperitur. Habent illae omnes,

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε, τίν' οὖν ἄγγελον.

et sic etiam in cod. scriptum est, deficiente syllaba quae quintum expleat pedem. Praeterea soloeca es locutio *τίν' ἄγγελον πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν;* Ad loquend normam oportet *τίν' ἄγγελον πέμψω ἐπ' αὐτόν;* vel *τίν ἄγγελον πέμψαιμ' ἂν ἐπ' αὐτόν;* Hinc proclive erat comico manum suam restituere:

οὐ φαίνετ' οὔπω. φέρε, τίν' ἄν, τίν' ἄγγελον
πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν;

Voculam *τίν'* geminatam librarius semel tantum posuit cuius socordiae compluria iam observata exempla. tum *οὖν* pro *ἄν* scripsit. Prius vidit Orvillius ad Charit. p. 200. [p. 321. ed. Lips.] fugit eum posterior labes. Vocis *τίνα* elegans est repetitio, et haesitanti apprime conveniens. Ran. 120.

φέρε δὴ, τίν' αὐτῶν σοι φράσω πρώτην; τίνα;
460. *ἄγε δὴ, τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω; τίνα;*

Brunck. Frob. *φέρε τίν' οὖν ἄγγελον.* Lege *ἆρ' ἄγγελον. Bentl. φέρε τίν' οὖν ἄγγελον.* Ed. Kuster. pessime, *φέρε δὴ τίν'.* Lege, *τίν' οὖν ἂν ἄγγελον*, quod postulat *πέμψαιμι*, quodque excidit propter similem proximae syllabae sonum. *Porson. φέρε τίν' οὖν ἂν ἄγγελον* etiam Meinek. Cur. crit. in comicor. fragm. p. 29.

775. *οἶδα δ'* Suid. ed. ms. *Παλ. πότερον* Suid. ms. *Porson. πρότερον* ed. Med. ibid. *Dobree.*

776. *ἐκ τοῦ Παλαμήδους.* Locum hunc citat et explicat Suidas v. *Παλαμήδης.* Tangit autem Aristophanes tragoediam Euripidis, *Palamedes* inscriptam, in qua tragicus ille Palamedem fecerat palmulas remorum, quibus casus suos inscripserat, in mare proiicientem, ut si forte tempestate et fluctibus ad patrem Nauplium deferrentur, ipsi essent epistolae loco. Hanc inventionem Aristophanes hic ridet. *Kust. πλάτας.* Vid. Toup. Addenda in Theocritum p. 395.

777. (771. Br.) Hic locus vulgo mendosus et mutilus est:

ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται.
πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν;

Alter versus toto pede mancus est. Orvillius loco supra citato legendum censet:

πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν; πόθεν;

Quod aliis se approbabit, aliis secus. Sed pedis de-

fectus non unice considerandus erat. πλάται in hoc versu indefinite positum est sine articulo, recte. Cur, quaeso, eidem nomini in sup. v. additus est articulus, tanquam si de certis quibusdam et definitis palmulis ageretur, quod falsum est? μοι in priore versu posuerat poeta, quod in altero fuit interpolatum. Vide an comici manum agnoscas:

ἀλλ' οὐ παρεισί μοι πλάται.
πόθεν οὖν γένοιντ' ἂν ἀθλίῳ πλάται; πόθεν;

Adiectivum ἀθλίῳ superscriptum fuit pro declaratione μοι, quod se in locum genuinae vocis subornavit, non persentiscente librario legitimum sic pedum numerum imminui. *Brunck.*

778. πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; Versui huic integer pes deest; quem proinde Bisetus sic supplet:

πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν πλάται;

vel, quod magis placet,

πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν ξύλον;

Posset et pluribus aliis suppleri modis, si quis coniecturis indulgere vellet. *Kust.* γ' ἔκειντο Suid. in Παλαμήδης — mox lege πόθεν, πόθεν. *Bentl.* πόθεν bis scribendum in fine versus. *Reisk.*

779. (775. Br.) εἰ ταδὶ τἀγάλματα. Sic rescripsi ex Suida [ed. ms. *Porson.*]. Priores enim editiones corrupte habent εἶτα διά τ' ἀγάλματα. *Kust.* εἰ ταδὶ τἀγάλματα. Ita recte Kusterus rescripsit ex Suida pro εἶτα διά τ' ἀγάλματα. Editio Farrei habet εἰ τάδε τ' ἀγάλματα, bene: nisi quod ταδὶ esse debebat propter metrum. Ceterum impietatem hominis notat comicus, dum eum facit statuis deorum abuti. Sic Diagoras Melius, qui atheus dicebatur, quum non invenisset ligna, quibus lenticulam coqueret, statuam Herculis imposuit foco. Scholiastes ad Nubes v. 828. Διαγόρας γέγονέ τις βλάσφημος εἰς τὸ θεῖον, Μήλιος. καί ποτε, φασὶν, ἐν πανδοκείῳ εὑρεθείς, καὶ μὴ εὑρὼν ξύλα, ἀλλ' ἄγαλμα Ἡρακλέους, ἄγε, φησὶ, τρισκαιδέκατον ἡμῖν ἐπιτέλει ἆθλον, καὶ ἔψησον τὸν φακόν. ubi illud εὑρεθείς non nimis placet. *Bergl.*

Cod. ut vett. editt. τί δ' ἂν εἶτα διά τ' ἀγάλματ' — Genuinam lectionem perite restituit Kusterus e Suida in Παλαμήδης. *Brunck.*

782 — 790. Totum hoc systema sic in partes dividitur:

προωδός. ὦ χεῖρες ἐμαί·
στροφή. ἐγχειρεῖν χρὴν ἔργῳ [πορίμῳ·
ἄγε δὴ πινάκων ἔστιν δέλτοι,
δέξασθε σμίλης ὄλκούς·
μεσῳδός. κήρυκας ἐμῶν μόχθων· οἴμοι·
τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν.
ἀντιστροφή. χωρεῖ, χωρεῖ ποίαν αὔλακα;
βάσκετ', ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς,
κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή.

Quamobrem errasse Seidlerum puto nostrum, qui in libro de versibus dochmiacis p. 81. primum huius systematis versum, quo proodus continetur, versibus annumerarit his, in quibus continuato numero vocum concursio in arsin cadit. *Reisig.* I. p. 268. In ed. Porti Porsonus:

ὦ χεῖρες ἐμαὶ * *
ἐγχειρεῖν χρὴν ἔργῳ πορίμῳ.

Dobree in Addendis p. 147.

783. (777. Br.) ἐγχειρεῖν χρὴ ἔργῳ πορίμῳ. Scribe, ut vitetur hiatus, χρῆν, quod tantumdem valet ac χρή. Supra 724. χρῆν est etiam temporis praesentis. *Brunck.* in Supplem. χρὴ Suid. in πορίμῳ: lege χρῆν. *Bentl.* πορίμῳ] Suid. ed. ms. *Porson.*

784. Loci huius meminit Pollux X. 58. *Kust.*

785. Citat Suid. in σμίλη. *Bentl.*

788. (782. Br.) ποίαν αὔλακα. Sic bene cod. et sex primariae editt. In recentioribus nescio unde ὁποίαν. *Brunck.*

790. (784. Br.) κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή. Vulgo κείνᾳ. ταῦτα ταχέως χρή. Scilicet non viderunt versum esse anapaesticum, ut superiores. Oportebat saltem κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή. Sed Dorismus ab hoc loco alienus est. E pravis Graecis prava Latina dedit Kusterus: *festinate per omnes vias illuc: haec enim fieri cito oportet. Brunck.* κείνᾳ, ταύτᾳ *Reisk.* Gry. ταύτα. *Bentl.* L. κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή. Vide Euripid. Hec. 165. *Porson.*

795. εἰ κακὸν ἐσμὲν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς; Quia toties vox κακὸν repetitur, puto alludi ad Euripidem in Hip-

polyto, ubi Hippolytus acerbe invehitur in sexum muliebrem, easque non semel κακόν vocat, ut v. 616. ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; et v. 624. νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν. τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα. προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ. ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους κακὸν, γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι καλὸν καλῶς. *Bergl.* τί γαμεῖθ' ὑμεῖς corrigit Dobree ad Plutum 586. p. 75.

796. ἐγκύψασαν. ἐγκύπτειν hic idem est, quod paulo post v. 804. παρακύπτειν ἐκ θυρίδος, i. e. *ex fenestra capite leviter exserto prospicere. Kust.* Sententia poscit ἐκκύψασαν. Similiter 803. *Hotib.* ἐκκ. etiam Reisk.

798. (792. Br.) κἂν ἐξέλθοι. Sic cod. Vulgo ἐξέλθῃ. Perperam in cod. θύρασιν. *Brunck.* ἐξέλθῃ — εὕρητ' recte Porson. apud Kidd. ad Dawes. Misc. p. 625. — Gry. θύρασιν. *Bentl.*

799. Frob. μαίνεθ'. Gry. μαίνεθ' ἄν: lege μαίνεσθ'. *Bentl.*

801. (795. Br.) παίσασαι. Male vulgo παίζουσαι, contra manifestum sensum et temporum rationem. Non dormiunt *ludentes*, sed *postquam luserunt. Brunck.*

803. κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν etc. In Pace v. 980. καὶ μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες· καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι τῆς αὐλείας παρακύπτουσιν· κἂν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς, ἀναχωροῦσιν, κἄτ', ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσιν. *Bergl.*

805. παρακύψασαν habet etiam Iuntina et aliae veteres. — „F. παρακύψαν τὸ κακὸν ἰδεῖν." *Porson.* Melioribus numeris poterat αὖθις τὸ κακὸν παρακύψαν ἰδεῖν.

809. Frob. ἕκαστος. Gry. ἑκάστου: al. ἕκαστον. *Bentl.*

810. Ναυσιμάχης μὲν ἥττων. Palmerius ad hunc locum sequentia notavit: „In his verbis et iis quae

sequuntur est quaedam griphi species, quae per hominum nomina res significat et negotia nuper transacta, de quo ludi genere Athenaeus libr. III. cap. 20. et libr. X. cap. 22. Sub specie igitur ludentis in his vocibus tangit res civitatis, et hoc quidem loco innuit Charminum victum fuisse naumachia ab Antiocho Lacone ad Simam insulam sex triremibus amissis, anno XX. belli Peloponnesiaci, hieme. Paucis igitur mensibus ante huius dramatis didascaliam, quod validissime firmat nostram de eius tempore sententiam. Vide Thucyd. libr. VIII. Unde sequitur inter eam pugnam navalem hieme anni vigesimi factam et mortem Charmini, quae sequente aestate evenit, hoc drama prodiisse, vivente adhuc Charmino. Non enim licebat *τοὺς τεθνηκότας κωμῳδεῖν*, et ioci in mortuos crudeles et minime lacti et inutiles, quippe qui non emendant eos, in quos iaciuntur, et lege prohibiti, ut notat scholiastes ad Pacem, ad vocem *βυρσοπώλης* [v. 647.]. Hic unicus locus sufficit ad probandam nostram de tempore huius dramatis sententiam. At doctus Petitus contendit, actam hanc fabulam anno 4. Olymp. 92. tribus annis serius: sed infirmissimis fundamentis nisus suam tuetur opinionem. Quae de nece Socratis ait, nihil ad rem et incerta sunt et, ut solet, mutat auctorum verba, ut ad suum sensum eorum verba detorqueat. Quod autem ait de fabula dicta *Palamedes* ab Euripide producta in theatrum mentionem fecisse, verum est: sed eius fabulae didascalia incertissima, et quae mutat Petitus, ut eam notet, non admittenda. Cetera quoque omnia tam evanida et infirma sunt, ut in iis elevandis immorari operam forêt perdere." Haec Palmerius ingeniose. *Kust.* Lege *χείρων*. *Bentl.* Scaliger *Χαρῖνος*.

811. *Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς.* Sic et Cleo postponitur huic Salabacchae (utrumque enim dicitur et Salabaccho et Salabaccha) in Equitibus v. 761. ubi ipse Cleo dicit: *εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχαν.* Hoc autem ait, non quia praeclara quaedam femina fuerit Salabaccha (erat enim meretrix); sed ut opprobrium magis exaggeretur: s

enim deteriores sunt vili scorto, sane deterrimi sunt. Cleophontis autem mentio fit in Ranis v. 684. *Bergl.*

812. *Ἀριστομάχης.* Haec iam non est femina, sed ponitur pro *ἀρίστη μάχη* quasi nomen proprium feminae. Intelligitur autem clarissima illa pugna Marathonia, qua Athenienses numerosissimum exercitum Persarum a Dario missum profligarunt. *Bergl.*

813. (807. Br.) *Στρατονίκην.* Hic etiam alluditur ad etymologiam vocis, quae est a *στρατὸς exercitus* et *νίκη victoria*, ut sub nomine proprio feminae intelligatur *victoria* ab *exercitu* hostili reportata, sive *victoria*, quam *exercitus* Atheniensium obtinuit. *Bergl.* *ἡμῶν οὐδείς.* Typothetae culpa in novissima Batava excusum *ἡμῶν*. *Brunck.*

814. Suid. *βουλεία. Porson.* *ἀλλ' Εὐβούλης.* Audiendus est iterum ad hunc locum Palmerius: „Nihil subodorati sunt doctissimi commentatores de sensu horum versuum, in quibus manifeste exagitat *τοὺς βουλευτὰς*, senatores anterioris anni, qui ignave sibi passi sunt eripi dignitatem a quadringentis viris et ob consilii et vigoris inopiam magistratu cesserunt, *παραδόντες ἑτέροις τὴν βουλείαν*· (nam *βουλεύειν* est *ἡ τοῦ βουλεύειν ἀρχή*) quod factum est anno belli Peloponnesiaci vigesimo. Nam licet eam narrationem Thucydides inseruerit inter alia acta anni vigesimi primi, tamen ait distincte ea prius evenisse. Sic enim ille in anni XXI. initio: *ὑπὸ τοῦτον γὰρ χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο.* Ergo secundum Thucydidem facta fuit ea mutatio anno XX. et ideo Aristophanes optime *πέρυσιν* dixit, et ex hoc loco optime firmatur rursus nostra de tempore huius didascaliae sententia." Haec Palmerius. Vide etiam summi iudicii virum Henricum Valesium in notis Maussaci ad Harpocrationem p. 141. *Kust.*

815. (809. Br.) *τὴν βουλείαν.* [*βουλίαν* Antiatt. in Bekkeri Anecd. I. p. 84, 31.] Id est *dignitatem senatoriam*, vel *munus senatorium*. Nam *βουλεύειν* (unde *βουλεία*) est *senatorem esse*. Etymologus: *βουλεία, ὁ χρόνος τοῦ βουλεύειν.* Vide etiam Harpocrationem. *παραδοῦναι* vero proprie dicitur de eo, qui magistratu

decedit, eumque successori tradit, ut ex Antiphonte observat Henr. Valesius loco laudato. *Kust.*

οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις. Levissima mutatione pro *φήσεις* rescribo *φήσει*, ut sensus melius procedat. *Kust. οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις.* Verum est, quod ait Kusterus, melius processurum sensum, si legatur *φήσει:* et hoc reponi debuit. *Brunck.*

817. *οὐδ' ἂν κλέψασα γυνή.* Constructionis *ἀκολουθία* haec est: *οὐδ' ἂν κλέψασα γυνὴ κατὰ πεντήκοντα τάλαντα τῶν δημοσίων, ζεύγει εἰς πόλιν ἔλθοι.* Vide versionem nostram. Notet hic autem lector elegantem usum praepositionis *κατὰ*, quae hic reddi potest per *non minus quam.* Simili fere sensu apud Lucianum in Toxari p. 42. ed. Amstelod. *τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ. dona enim ei reddebantur, non pro pomorum aut sertorum pretio.* Ceterum Bourdinus et Bisetus hic legunt *φεύγει* pro *ζεύγει:* quod unde hauserint ignoro. Nam omnes quas vidi editiones habent *ζεύγει*, quae vox significat *bigas*, quibus nempe opulentiores per urbem vehi solebant. Sensus igitur est, quosdam viros publico furto tantas sibi comparasse divitias, ut opulentiorum more bigis per urbem inveherentur. *Kust.*

φεύγει. Ita ed. Farrei. Aliae *ζεύγει. Bergl.* κατὰ πεντήκοντα. In Vespis v. 667. *κἄθ' οὗτοι μὲν ὠροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα. Bergl.* Frob. *ζεύγη.* Gry. *ζεύγει.* al. *φεύγη.* Scal. *ζεύγη. Bentl.*

818. (812. Br.) *ὑφέληται.* Sic optime cod. Vulgo *ἀφέληται.* Signatum hic est verbum *ὑφελέσθαι, suffurari. Brunck.*

819. (813. Br.) *κλέψασ' αὐθήμερον.* Male vulgo sine elisione *κλέψασα. Brunck.* Lege *ἀνταπέδωκεν. Bentl.*

820. L. *ἀλλ' ἡμεῖς αὖ. But we on the contrary,* nisi mavis versu sequente *ἀποδείξαιμεν*, quod verum videtur. *Porson.*

821. (815. Br.) *ἀποδείξαιμεν.* Vulgo *ἀποδείξομεν* claudicante metro et soloeca phrasi. *ἡμεῖς πολλοὺς ἀποδείξαιμεν ἄν. Brunck.* Lege vel *ἀποδείξωμεν* vel — *ξαιμεν. Bentl.*

822. *γάστριδας.* Nescio an melius extrito δ reponatur *γάστριας.* *Hemsterhus.* ad Thomam M. p. 181.

828. *τἀντίον.* Male Bourdinus interpretatur per *τοὐναντίον.* Nam *ἀντίον* hic notat instrumentum quoddam textorium sive *liciatorium*, ut vertinus. Vide Pollucem. *Kuster.*

830. (824. Br.) *ἀνδράσι* et v. seq. *ἀπόλωλεν* flagitat anapaestici metri lex, quod non animadverterunt editores. *ἀνδράσι* est in cod. cuius hic non requiritur consensus. Vulgo *ἀνδράσιν* et *ἀπόλωλε.* *Brunck.*

834. (828. Br.) *ἐν ταῖς στρατιαῖς.* Cod. *στρατειαῖς.* Vide ad Lys. 592. *Brunck.*

835. *ἔῤῥιπται τὸ σκιάδειον.* Lepide intelligit *clypeum. Kust.* Intelligit *τὴν ἀσπίδα*, ut dicat multos esse *ῥιψάσπιδας. Bergl.*

838. (832. Br.) *χρῆν γὰρ* — Vulgo *χρή.* Illud ad sensum et ex indole linguae melius est. Sic infra 842. *Brunck.*

840. (834. Br.) *τηνίοισι.* Lege *στηνίοισι.* Vid. Suid. in *Στήνια* et ibi Kuster. *Bentl.* *Στηνίοισι.* Vetustiores editiones habent *Τηνίοισι*, quod quum corruptum viderent Genevenses, eius loco *Θησείοισι* ex emendatione Biseti nimis audacter in textu editionis suae reposuerunt. Hinc Meursius in Thesco cap. ult. fidem editionis illius nimis secure secutus lectores monet, Aristophanem in Thesmophoriazusis festi Theseorum mentionem fecisse: quod tamen secus est. Nam *Στηνίοισι* hic olim scriptum fuit, quam vocem nunc primum comico nostro restituimus, freti auctoritate veterum grammaticorum, qui loci huius meminerunt, vel saltem eo respexerunt. Suidas: *Στήνια καὶ Σκίρα, ἑορταὶ γυναικῶν.* Quis dubitet quin hunc locum Aristophanis ob oculos habuerit? Nam *Στήνια* et *Σκίρα* coniungit uti et comicus noster. Hesychius: *Στήνια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ διασκώπτουσι καὶ λοιδοροῦσι.* Photius in Lexico MS. [p. 597.]: *Στήνια ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἡ ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος. ἐλοιδοροῦντο δὲ ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις.* Locus est egregius, qui unice explicat, quale fuerit festum Steniorum, de quo nec Meursius in Graecia fer. nec alius

quisquam recentiorum, quod sciam, ullam mentionem fecit. *Kust.* *Στηνίοισι.* Cod. ut vett. editt. *τηνίοισι.* Genuinam lectionem erudite restituit Kusterus. Vide Hesychii interpretem ad glossam *Στήνια.* *Brunck.*

841. (835. Br.) *αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν,* pro *ἃς ἡμεῖς ἤγομεν.* Attica constructio est notissima, quam semel animadvertisse satis erit. Hic ex metri lege aliter scribi non potuit. Sed ubi casum verbi non respuit versus, illum saepe pro casu nominis posuerunt librarii; ut Pl. 1128.

οἵμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον.

Vesp. 907. *τῆς μὲν γναφῆς ἠκούσαθ', ἧς ἐγραψάμην.* Utrobique vulgo legitur *ἣν.* In Sophoclis Electra 656.

ὅπως λυτηρίους
εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω.

Cod. unus habet *ἃ νῦν ἔχω. Brunck.*

842. (836. Br.) *εἰ — τέκοι,* ut supra 852. ex linguae indole scribi debuit. Soloece vulgo *ἢν — τέκοι.* Eadem menda inquinatus est v. 842. ubi pro *ἢ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι,* in recentioribus editt. legitur *ἢ χρῆν, κ' ἢν δανείσειέν τινι:* quo nihil magis soloecum. Praeterea *κ' ἢν* a nescio quo interpolatum fuit. Cod. *χρήματ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι.* Iuntina: *χρήματα τ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι.* Venetae, *χρήματα τῇ χρῆν ἢν δανείσειέ τινι.* Vides lectionem librorum omnium mendosam esse, in nullo tamen vetere esse *κ' ἢν. Brunck.* Lege *εἰ δὲ δειλὸν,* ut supra 838. *Porson.*

844. (838. Br.) *σκάφιον ἀποκεκαρμένην.* Supra in Avib. v. 807. ubi vide scholiasten veterem. *Kust.* Mnasalces in epigrammate apud Athenaeum p. 165. *ἆδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι ἡδονῇ, αἰσχίστως κειραμένη πλοκάμους. ecce ego misera virtus iuxta hanc sedeo voluptatem, turpissime tonsis crinibus. Bergl.*

σκάφιον ἀποκεκαρμένην. Hic *σκάφιον* genus tonsurae notat. Hesych. *σκάφιον — εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαι φασὶ τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον.* Ad hunc comici locum respexit Eustathius ad Iliad. p. 907. l. 41. At in Av. v. 806.

σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

σκάφιον non iam *tonsuram* notat, sed ipsum *caput*, ut e Salmasii observatione ad illum locum ostendetur. *Brunck.*

845. τῷ γὰρ εἰκός. Ut in Acharn. v. 703. *Bergl.*

846. τὴν Ὑπερβόλου — μητέρ'. Hanc saepe traductam esse a comicis, noster comicus testatur in Nubibus v. 551. οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος, τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα. *Bergl.*

847. κόμας καθεῖσαν. Doctissima Anna Fabri, sexus sui decus immortale, ad Callimachi hymn. in Cerer. v. 5. notat, mulieres olim capillos non summisisse: sed cui opinioni, quod pace eius dicere mihi liceat, locus hic Aristophanis haud obscure adversatur. Verba enim hic fiunt de matre Hyperboli. Nimirum feminae et virgines olim in pompis sacris capillos solvere et summittere solebant: cuius moris apud veteres scriptores non deest mentio. Apud Heliodor. libr. III. p. 121. Thessalae virgines, quae pompae Delphicae intererant, τὴν κόμην ἄνεσθαι (i. e. *passos* vel *solutos habentes capillos*) dicuntur. Athen. lib. IV. c. VII. p. 198. in descriptione pompae Bacchicae a Ptolemaeo Philadelpho institutae: *Μιμαλλόνες καὶ Βασσάραι, καὶ Λυδαὶ, κατακεχυμέναι τὰς τρίχας.* Quae egregie faciunt ad vexatum illum locum Callimachi hymn. in Cerer. v. 5. μηδ' ἃ κατεχεύατο χαῖταν. Nimirum loquitur ibi poeta de feminis vel puellis, quae comis solutis et summissis pompam Cereris comitari solebant. Nam viros doctos, qui locum illum aliter interpretantur, falli puto. *Kust.*

848. Frob. χρήματά τ' ἦν χρῆν. Gry. χρήματ' ἦν: lege χρήματ' ἦ χρῆν ἦν δανείσειεν. *Bentl.* [qui antea adscripserat: „Fo. οὐ χρῆν ἦ, et mox κεἰ τόκον.“] Lege χρήματ', ἦν χρῆν. κἦν δανείσειέν ed. Kuster. Lege εἰ δανείσειέν, ut supra 838. *Porson.*

849. καὶ τόκον πράττηται. Homerus Batrachom. v. 184. καὶ πράσσει με τόκους. *Bergl.*

852. (846. Br.) ἄλλος γεγένημαι προσδοκῶν. Locus est corruptus. Quis enim unquam vel legit vel audivit, aliquem *exspectando strabum* factum fuisse?

Nemo hoc, credo, dixerit. Quare spero gratiam mihi habituros esse elegantiorum literarum studiosos, si loco huic foedam, qua nunc inquinatus est, maculam detersero, eique pristinam et veram lectionem restituero. In Excerptis Scaligeri reperio ἄλλος, non ἰλλός: quod licet nesciam unde sumptum sit, (omnes enim quas vidi editiones habent ἰλλός) propius tamen accedit ad veram lectionem, quae est αὖος γεγένημαι προσδοκῶν: i. e. *exspectandi taedio pene enectus sum.* αὖος nimirum proprie quidem significat *aridus*; sed metaphorice ad plura alia transfertur: de qua re tamen altum est apud lexicographos silentium. Lucianus in Dialog. meretric. XIV. hominem bonis exhaustum, et qui omnia sua in meretrices effuderat, eleganter αὖον vocat: quasi dicas *exsuccum.* Ait enim: ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὗρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγώ. Idem in Toxari p. 45. ed. Amstel. εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν ἄλλον τινὰ ἐθήρα. Itidem de adolescente illic verba fiunt, quem meretrix solita fraude bonis omnibus emunxerat et ad paupertatem redegerat. αὖος item dicitur de illis, qui subito stupore vel metu pene exanimantur et exsangues fiunt: ut apud Suidam v. αὖος: αὖος ὑπὸ τοῦ φόβου. Elegantissimus Heliodorus Aethiop. lib. I. p. 22. ἐγὼ δὲ ὥςπερ τυφῶνι βληθείς, αὖος, ἀπόπληκτος ἑστήκειν etc. *ego vero, tanquam typhone percussus, exsanguis et attonitus stabam.* Idem lib. V. cap. 2. ὁ δὲ Κνήμων αὖος ἐγεγόνει πρὸς τὴν ἀκοὴν τῆς Θίσβης. *Cnemon vero pene exanimari coepit, audito nomine Thisbes.* Idem lib. X. cap. 13. αὖος et ἀχανὴς coniungit: quorum posterius dicitur de eo, cui metus vel stupor vocem intercludit. Simili igitur sensu vox αὖος in loco hoc Aristophanis a nobis emendato notabit eum, *qui exspectandi taedio pene enectus est.* Nam de iis, qui diu aliquem exspectaverant, vocem illam adhibuisse Graecos, clare testatur scholiastes comici nostri ad Ranas v. 196. ubi ait: οἱ πολὺν χρόνον περιμείναντές τινας εἰώθασι λέγειν, αὖος γέγονα περιμένων. Hic locus quam pulchre emendationem nostram confirmet, nemo non videt. Poterit ergo in posterum ῥῆσις haec Aristophanica αὖος γέγονα προσδοκῶν in numerum proverbiorum Graecorum referri.

Ceterum ab αὖος vel, ut aliquando scribitur, αὗος, cum spiritu denso, est ἀφαυαίνεσθαι i. e. proprie arefieri; at metaphorice enecari, exanimari: quia nimirum mortui aridi sunt et exsucci; at contra viventes ὑγροί. Comicus noster Eccles. v. 146. δίψει ἀφανανθήσομαι, siti enecabor. Idem in Ran. v. 1121. ἀφανάνθην γελῶν, risu pene exstinctus sum. Quod deo addidi, ne lectori insolens videatur, quod phrasin illam αὖος γεγένημαι προσδοκῶν interpretatus sim exspectandi taedio pene enectus sum. Kust. Frob. ἴλλος. Gry. ἴλλος. Si ἴλλος legis, tum sic oportet ἴλλος γεγένημαι περιβλέπων· ὁ δ' οὐδαμοῦ; Kuster. legit αὖος. Ut editum Suid. in ἴλλος. Bentl. Ἀλλὸς] ἰλλὸς pleraeque editt. αὖος Kuster. quod erudite illustrat, sed vulgatum defendit Hemsterhusius ad Hesych. II. p. 81. ex Luciano Lexiphan. p. 524. Varrone apud Non. p. 27. ἰλλὸς] Suid. ed. ms. in v. *Porson.*

ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν. Sic libri omnes recte. Erudite nugatur Kusterus, falsam q) coniecturam exemplis illustrans, quae nihil huc faciunt, αὖος γεγένημαι προσδοκῶν. Mnesilocho deflexis oculis indesinenter spectanti versus eam partem, qua se visurum sperabat accedentem Euripidem, contigit id quod natura fert, quodque nemo non expertus est, si diu oculorum aciem aliquo intenderit, ut dolerent ei oculi, eosque movere non posset, ita ut, vel invito eo, semper versus eandem partem conversi manerent, licet eo non amplius spectaret, quod eorum est, qui ἰλλοὶ, *trabi*, dicuntur. *Quis unquam*, ait Kusterus, *vel legit vel audivit aliquem exspectando strabum factum fuisse?* Non, *exspectando*, sed *spectando*, an is quem exspectaret veniret, strabus factus est. Unum alterο intelligitur, qui tropus, ni fallor, συνεκδοχὴ appellatur. Si quis aliquid *exspectat*, eo *spectat*, unde illud venire possit. Eadem prorsus loquendi forma utitur Plautus Men. V. 3. 6.

Lumbi sedendo; oculi *exspectando* dolent.

Sic enim in Plauti codd. et optimis editt. legitur: serperam in recentioribus *spectando*. Quod autem

q) Idem videbatur Piersono ad Moer. p. 205.

in Excerptis Scaligeri reperitur ἄλλος, ab αὖος multo remotius, quam ab ἰλλὸς, id nauci non esse manifestum est. Sed qua brevitate et obscuritate concinnata sunt ista Excerpta, nescimus unde hanc lectionem protulerit eorum redactor, an e scripto libro, an e coniectura. Si aliquo in codice scriptura illa reperta fuerit, error inde ortus est, quod olim initiales literas non scribebant librarii: vacuum relinquebant spatium, quo calligraphi manu litera auro variisque coloribus pingenda erat. Si forte librarius in vetus exemplar incidit, ubi hoc loco maiuscula litera omissa fuerat, quum λλος reperiret, quid imperito homini prius in mentem venire debuit quam notissimum vocabulum *Αλλος?* et hoc fundamento nititur Kusteri emendatio. Confer Hemsterhusium ad Hesychii glossam ἰλλώπτειν. — ὁ δ' οὐδέπω. Subauditur ἥκει, προσέρχεται, φαίνεται, vel simile quid. Nihil in familiari et comico sermone tritius. Hoc tamen etiam in iisdem excerptis sollicitatum video, proposita lectione προσδοκῶν Εὐριπίδην: qua admissa, nihil erit quo referantur sequentia, τί δῆτ' ἂν εἴη τούμποδών; *Brunck.*

Frob. ὃ οὐδέπω. Scal. Εὐριπίδην: alii ὃς δ' οὐδέπω: lege ὁ δ' οὐδέπω, et sic Suid. et Gry. *Bentl.*

854. τὸν Παλαμήδην. Respicit ad πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους supra v. 776. *Bergl.*

856. τὴν καινὴν Ἑλένην. Dicit se imitaturum Helenam, de qua nuper Euripides scripserat tragoediam; in qua Menelaus Helenam ex Aegypto repetit. Nam ibi eam fuisse detentam ait Euripides in illa fabula, ut et Herodotus. Itaque Mnesilochus utitur etiam verbis Euripideis; si forte Euripides tanquam Menelaus veniat et abducat Helenam, ut in sequentibus ostendetur. *Bergl.*

857. Lege πάντως δ': vid. 1021. [1018.] *Bentl.*

858. (852. Br.) Lege τί δ' — dele ἤ. Gry. omittit τι. *Bentl.* τί αὖ σὺ κυρκανᾷς. Metri gratia scribendum est κυκανᾷς absque ρ: a κυκάω, cuius syllaba prima brevis est, ut ex multis locis comici nostri constat. Utrumque autem dicitur, et κυκανᾶν et κυρ-

κανᾶν. Etymologus: κυκυνᾶ (leg. κυκανᾶ) ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω. ἐὰν δὲ κυρκυνῶ (leg. κυρκανῶ), πλεονασμῷ τοῦ ρ. *Kust.* Gry. κοικανᾶς. Suid. in κοικύλλεις habet καὶ τί, ubi Kusterus κυκανᾶς. Nota κοικύλλειν est περιβλέπειν: ergo lege ἴλλος. *Bentl.* κυρκανᾶς] sic Suid. ed. ms. v. κοικ. *Porson.*

κυκανᾶς. Sic ad metri legem scribendum esse, viderunt interpretes. Qui supra v. 429. in textu reposuerat κυρκανᾶς, hic eadem ex causa Berglerus κυκανᾶς reponere debebat, quod fecisset utique, si ipse comicum edidisset. Utrumque dicitur κυκανᾶν et κυρκανᾶν. Etymol. M. κυκανᾶ, ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω· ἐὰν δὲ κυρκανᾶ, πλεονασμῷ τοῦ ρ. — Hesych. κοικύλλειν, περιβλέπειν. Cetera apud eum vide. *Brunck.*

κοικύλλεις. Suidas: κοικύλλεις· περιβλέπεις ἢ κακοτεχνεῖς. deinde citat hunc locum. Mallem tamen scriptum esse ποικίλλεις. Sophocles in Trachiniis v. 1119. aut 1137. οὐδὲν ξυνίημ' ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι. ubi scholia: σοφίζῃ καὶ καλλωπίζεις τῷ λόγῳ. *Bergl.* ἢ delend. et κοσκύλλεις leg. *Reisk.*

859. (855. Br.) πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ'. In Av. 1468. [quem locum Berglerus attulit]

πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν.

Similem minandi formulam observavi in Apollonio III. 375. Alius eiusd. poetae locus comico nostro admoveri poterat. Est ubi Iason ad Argum ait L. III. 487.

μελέη γε μὲν ἡμῖν ὄρωρεν
ἐλπωρὴ, ὅτε νόστον ἐπετραπόμεσθα γυναιξίν.

quod simile est Calonicae sententiae Lys. 151.

ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου γὰρ εἵρετο.

Brunck.

861. (855. Br.) Νείλου μὲν αἵδε καλλιπ. Est initium Helenae Euripidis: ex qua fabula et plures hic apud Aristophanem versus leguntur. Notandum autem est, posteriorem hanc fabulae huius partem ab Aristophane tantum conscriptam esse, ut Euripidem et aliquot ex eius dramatibus populo deridenda propinaret, nihil pensi habens, utrum ea, quae affert, scenae et argumento reliquae fabulae convenirent. Nondum enim tum temporis comoediae tam severae positae erant

leges, quales postea; sed comici illi veteres saepe ridiculum praeferebant decoro: ut operam ludant, qui Aristophanis comoedias ad hodiernas leges comicas exigere velint. Sed de hoc alias forte latius. *Kust.*

Est initium dramatis Euripidei, ubi v. 2. legitur *ψεκάδος*. Vulgati comici libri habent *ψακάδος*, quod perinde est; et sic etiam in cod. scriptum. Sed primae syllabae superscripta ab eadem manu litera *ε*. Tertium versum ridiculi causa immutavit comicus: apud tragicum legitur:

λευκῆς τακείσης χιόνος ἀρδεύει γύας.

Brunck.

865. *λευκῆς νοτίζει.* Versus hic apud Euripidem in dicta fabula sic continuatur:

λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

Hinc apparet, apud Euripidem *τὸ λευκῆς* referri ad sequens *χιόνος*: quum eadem vox hic apud Aristophanem ad praecedens *Αἰγύπτου* necessario referenda sit, quod sensum ridiculum parit. Nam Aegyptus nigro erat solo: unde dicebatur *μελάμβωλος γῆ*, teste Stephano Byzantio v. *Αἴγυπτος*, Suida v. *μελάμβωλος* et aliis. *Kuster.*

μελανοσυρμαῖον λεών. Citat et explicat Suidas v. *μελανοσυρμαῖον*: cuius verba iam adduxit Bisetus ad hunc locum. *συρμαία* autem erat potio quaedam medicata, alvi purgandae vim habens: qua de re non repetam quae prolixe notavit Marsil. Cagnat. Var. Observ. libr. II. c. 18. Colligi autem potest ex loco hoc Aristophanis, Aegyptios frequenter *syrmaea* uti solitos fuisse: quod de iisdem etiam testatur Herodotus libr. II. cap. 77. *Kust.* Eo respicit etiam in Pace v. 1255. *πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν. Bergl.* Frob. *μελανοσμαῖον.* Suid. *μελανοσυρμαῖον* (*λέοντα*). ita Gry. *Bentl.*

864. *νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον.* Hecatem *φωσφόρον* vocat et Euripides in Helena v. 575. *ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ. o Hecate lucifera, spectra nobis offer laeta.* Vide ad Lysistratam v. 444. *Bergl.*

865. (859. Br.) *ἐμοὶ δὲ γῆ μὲν πατρίς.* In Helena

ur. v. 16. ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος Σπάρτη, ατὴρ δὲ Τυνδάρεως. *Bergl.* Versus ex Euripidis He- na 16. *Brunck.*

866. Gry. σύ τ'. *Bentl.*

867. (861. Br.) ἐστι; Φρυνώνδας. Editt. omnes τιν contra metri legem. Recte cod. ἐστι. *Brunck.* L. τι; De infamia Phrynondae vide Taylor. ad Aeschi- em c. Ctesiphont. p. 652. 655. *Porson.*

868. (862. Br.) Ἑλένη δ' ἐκλήθην. Ex Euripide v. . — γίγνει. Male vulgo γίγνῃ. *Brunck.*

869. γυναικίσεως δίκην δοῦναι Suid. in γυναίκισις. entl. γυν. δίκην δοῦναι Suid. Ald. ms. [et Med.]. orson.

870. (864. Br.) Est versus 52. Eurip. Helen. Huic milis est locus eiusdem fabulae v. 615. 616.

πάντες τ' Ἀχαιοὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις
ἀκταῖσιν, Ἥρας μηχαναῖς ἐθνήσκετε.

uster.

872. (866. Br.) Eur. Hel. v. 49.

κἀγὼ μὲν ἐνθάδ' εἶμι. ὁ δ' ἄθλιος πόσις
στράτευμ' ἀθροίσας, τὰς ἐμὰς ἀν' ἁρπαγὰς
θηρᾷ.

ergl. Versus est ex Helenae prologo 49. Male in mici editt. excusum ὅδ' ἄθλιος, pro ὁ δ' ἄθλιος. runck.

873. (867. Br.) Μενέλεως, Attice. Vulgo Μενέ- ος. *Brunck.*

874. (868. Br.) Citat Suidas v. τί οὖν ἔτι. *Kust.* elena apud Euripidem bis ait v. 56. et 301.

τί δῆτ' ἔτι ζῶ; —

runck. Lege et distingue *MN.* τί οὖν ἔτι ζῶ; *ΓΥ.* ν κορέκων πονηρία. *MN.* ἀλλ'. Scal. τῇ pro τῶν. Ver- es Euripidis sic habetur τί δῆτ' ἔτι ζῶ. *Bentl.* τί οὖν ι ζῶ τῶν κοράκων πονηρία] ζῇ Suid. ms. τί οὖν, cetera hic. *Porson.* Ed. Med. τί οὖν ἔτι ζητῶν κ. πονηρίαν. obree.

875. ὥσπερ. *Reisk.* αἰκάλλει. Comicus in Equit. 211. τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με. *Bergl.* Suid. αἰκάλλει. orson.

876. (870. Br.) Versus huius meminit Corinthu de dial. Attica [p. 14.]. *Kust.* Versus huius memini scholiastes Euripidis ad Hecubam v. 225. [T. IV. p. 51 ed. Matth.] sed ibi pro ἐλπίδος legitur ἡμέρας. *Bergl* Citat Suidas v. ψεῦσον quasi ex Sophocle, notante Tou pio in Suid. III. p. 329. ἐπιούσης ἡμέρας Schol. ad Eu rip. Hecub. 225. in quibusdam edd. Θαγενίδης Suid. in μὴ νόμισον. Θουγενίδης in τριαχθῆναι· ubi τρεῖς πεσεῖ et στοχάσαντα μιμηθῆναι ~ Τάδιον. δίαυλον. δόλιχον. οὕ τω θ. ε. δ. *Porson.* Priore loco Θαγενίδης, alter Θουγένης edd. Med. Kust. Θουγενίδης ms. et Photiu apud Kuster. Vide Porson. ad Hec. 1166. Phoen. 1651 *Dobree.*

μὴ ψεῦσον, Veteribus grammaticis tanquam no vum et inusitatum hoc enotatum. Vetandi particul μὴ cum aoristis subiunctivis construi solet. Vide Koe nium ad Corinthum p. 6. [15.] ubi simile adducitu exemplum e Lysistrata, μὴ φίλησον, quod in illa fabu la non reperietur in posterum. Vide quae notavimu ad v. 1036. *Brunck.* Vid. Porson. ad Euripidem p. 90

877. (871. Br.) Verba sunt Teucri in Euripidi dramate v. 68. Versus qui sequuntur duos non me mini apud Euripidem legisse. *Brunck.*

878. (872. Br.) ὅςτις ξένους δέξαιτο. Mallem ὃς ἂν ξένους δέξαιτο. In Euripidis dramate legitur v. 443.

τίς ἂν πυλωρὸς ἐκ δόμων μόλοι,
ὅςτις διαγγείλειε τἄμ' εἴσω κακά;

Sed ibi positum ἂν cum priore verbo, alteri etiam servit. Huius loci diversa ratio est. *Brunck.* Frob. ξένος: fo. ξένους: ut Gry. *Bentl.*

880. (874. Br.) Lege ΓΥ. ποίου Πρ. ὁ τρισκακοδαίμων. *Bentl.* Traducta etiam haec ex Euripidis Helena v. 467.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ. τίς δ' ἥδε χώρα; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι;
ΓΡΑΥΣ. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ'· Αἴγυπτος δὲ γῆ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ. Αἴγυπτος; ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.

Brunck. Attulerat haec Berglerus.

881. (875. Br.) Audito Protei nomine, veteris historiae mulier imperita credit de quodam Atheniense illos loqui, cui nomen fuerat Proteas. Similis est fa-

:etiae, quod apud Molierium nostrum (*La Comtesse l'Escarbagnas, Sc. XVI.*) ridicula muliercula audito Martialis poetae Latini nomine, ait: *Quoi? Martial 'ait-il des vers? je pensois qu'il ne fit que des gands.* 'roteae Epiclis filii, Atheniensium classis praefecti ieminit Thucydides. *Brunck.*

882. *Πρωτέας.* Fuit hic Proteas dux Atheniensis atis clarus: de quo vide Thucydidem lib. I. *Kuster.* Mutat nomen Protei Aegyptii in Proteam Atheniem, qui fuit dux bellicus: mentio eius apud Thucydidem lib. I. et II. Erat autem et Proteus Aegyptius nortuus. Eurip. Hel. v. 61. *Bergl.*

884. *Αἴγυπτον.* Eurip. Helen. v. 468. Vide ibi t sequentes versus, quos Aristophanes hic imitatus st. *Kust.* *οἵ πέπλωκ' ἄρα* Eurip. Hel. 469. citat vero uid. v. *οἵ,* ut hic exstat. *πεπλώκαμεν*] sic et Suid. ed. is. v. *οἵ.* ubi mox *με ἄγει. Porson.*

885. (879. Br.) Hic versus toto pede mutilus ulgo legitur: *πείθει τι τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ;* Satis robabiliter sic supplevit Scaliger:

πείθει τι τῷ κακῷ κακῶς ἀπολουμένῳ;

Non minus probabile est et usitatum, quod dedi:

πείθει τι, ὦ μέλε, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ;

istque hic versus altero numerosior. *Brunck.* Gry. *τούτῳ*: lege *τί τῷδε. Bentl.* *κακῷ κακῶς* Scaliger, robante Kustero, quod verum videtur. Vide auctor. pud Suid. v. *ἀνοιδήσας. Porson.* *τῷδε τῷ κ. ἀ.* Porsonus in ed. Porti, et sic Bentleius, afferens *τούτῳ τῷ* x edit. Brubach. 1544. *ὦ μέλε τῷ* Brunckius, quomodo habere Ravennatem affirmat Invernizius. *Dobree* n Addendis p. 147.

886. (880. Br.) Lege *τουτοΐ.* Gry. *τουτογί. Bentl.* *σμοφόριον τουτογί.* Sic bene Iuntina et exinde quaior editt. vett. In Frobeniana *τουτονὶ*, ut mendose criptum in cod. ex facili permutatione literarum *ν* : *γ.* Recentiores *τουτοΐ.* Nullis inspectis vett. libris, *ουτογὶ* suadebat Koenius ad Corinthum p. 56 [134.] *Brunck.*

887. (881. Br.) *ἐξώπιος.* Est vox Euripidi familiaris. Vide scholiasten tragici illius ad Medeam v.

624. *Kust.* Euripides in Supplicibus v. 1038. *ζητῶ τ' ἐμὴν παῖδ', ἣ δόμων ἐξώπιος βέβηκε — et quaeren meam filiam quae extra domum egressa est.* In Me dea v. 624. *χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος. tardans extr domum:* ubi videri possunt scholia, uti et Kusteru indicavit. Et alibi apud Euripidem occurrit vox *ἐξώ πιος*, uti et *προνώπιος* et *προνωπής*. In Helena autem ubi Menelaus de Proteo quaerit, aliter Euripides v 472. *Bergl.* Apud Euripidem 473. aliis verbis iden quaerit Menelaus:

ἔστ' οὖν ἐν οἴκοις, ὅντιν' ὀνομάζεις, ἄναξ;

Et mox, postquam audiit Proteum fato functum esse filiumque regni heredem reliquisse, de hoc rursu quaerit:

ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκτὸς, ἢ 'ν δόμοις;

Hunc versum fecisse videtur comicus, ut Euripiden taxaret ob frequentem usum nominis *ἐξώπιος*. *Brunck*

889. *ὅστις γ' ἀκούσας. Reisk. γ'* omittunt edd. ant Brunckium. Restituerunt etiam Scaliger et Bentleius

890. *ἔπειτα.* Notandum est *ἔπειτα* hic significar *tamen:* quo sensu eadem vox occurrit etiam supra i Avibus v. 29. et *εἶτα* Plut. v. 911. Ran. v. 207. et alibi *Kuster.*

892. (886. Br.) Anus apud Euripidem v. 474. *τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ μνῆμα. Brunck.* V. 64. *Πρωτέως μνῆμ προσπιτνῶ τόδ' ἱκέτις, ἵν' ἀνδρὶ ταμὰ διασώσῃ λέχη.* addi Berglerus.

894. *ὅστις γε τολμᾷς σῆμα τὸν βωμὸν καλεῖν.* Euripides in Iphigenia Aul. v. 1445. *βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα τῆς Διὸς κόρης.* Est autem idem *μνῆμα* et *σῆμα*, ut patet vel ex nota antecedente et textu. *Bergl.*

895. (889. Br.) *τί δαὶ σὺ* aut *τί δὲ δὴ σύ. Reisk.* Lege *δὴ* vel *δαί. Bentl. τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις.* Perperam vulgo titubante versu, *τί δὲ σὺ θάσσεις;* vide notata ad Lys. 372. Orvillius ad Charit. p. 147. [289. ed. L.] *τί δαὶ σὺ θάσσεις,* vel *τί δὲ σὺ θοάζεις* legendum censet. *Brunck.*

897. (891. Br.) Helena in prologo apud Euripidem v. 62.

παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος
θηρᾷ γαμεῖν με.

Brunck. Erat autem filius ille Protei Theoclymenus, ut ex illa constat, v. 9. *Bergl.*

901. (895. Br.) παῦσαι σὺ τοὐμὸν — *Reisk.* τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα. Mallem τοὐμὸν ὄνομα. Nam σῶμα βάλλειν ψόγῳ haud facile quisquam dixerit. *Kust.* τοὐμὸν σῶμα, id est με. Periphrasin Euripidi usitatam irridet. Alcest. 647.

οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ.

Loquitur ibi Admetus de se ipso ad patrem. Vide ibi notam Barnesii. *Bergl.*] Conf. Heracl. 91. 529. *Brunck.* τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ. Male interpretes: meum corpus. Periphrasis quippe haec est personae. vid. Valckenar. laudatus ad Ach. 1199. *Hotib.*

βάλλουσα ψόγῳ. Sic βάλλειν κακοῖς. In Aiace Sophoclis v. 1255. aut 1264. ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που. *sed semper in nos vel iaculabimini convitia, vel insidiose nos pungetis. Bergl.* Hic versus, qui aut Euripidis est, aut ad eius imitationem factus, satis contra Tyrwhittum, opinor, defendit Eurip. Electr. 1207. μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ, quam et mihi videntur duo sequentes versus planissime confirmare. *Person.*

902. (896. Br.) ἡ κακορρόθουσά σε. Vox tragica, ut sunt aliae omnes quibus utitur comicus in hac parodia, tragicorum, Euripidisque maxime, stylum salse perstringens. Verbum κακορρόθειν legitur in Aeschyli fr. Th. 578. ex nostra emendatione:

καὶ τὸν σὸν αὖθις ὁμόσπορον κακορρόθων.

Brunck.

903. αὕτη Θεονόη Πρωτέως. Protei filiam Theonoen memorat et Euripides Hel. v. 13. *Bergl.*

904. (898. Br.) εἰμὶ Κρεούλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν. Emendate sic liquido scriptum est in cod. Ridicula est lectio Iuntinae editionis:

εἰ μὴ Κρεούλλα γ' ἀντὶ θεοῦ γὰρ γηττόθεν.

quam servant vel totam, vel partim aliae vett. editt. E tribus mendis duas sustulit Zanettus excudendo εἰμὶ et γαργηττόθεν. Tertia ἀντὶ θεοῦ Berglero considerazione digna visa est, eique *nimis ineptam* suggessit

notam. *Brunck.* Omni mendae suspicione vacat hic versus, qui tertius, ni fallor, est in universis comicis nostri reliquiis senarius, ubi vocalis brevis ante tenuem et liquidam producatur. Aliter metro aptari non poterat nomen proprium *Κριτύλλα*. *Brunck.* in Supplem. Scripsit necessario Atticus:

μὰ τὼ θεώ,
ἀλλ' εἰμὶ Κριτύλλα γ' —.

Reisig. I. p. 106. Eodem modo haec correxerunt Porsonus ad Equites 184. apud Dobreum p. 86. et Elmslei ad Acharn. p. 40. Elmsleius praeterea aliam coniecturam proponit, *εἰ μὴ Κριτυλλά γ'*. Et *εἰ μὴ* legitur etiam in Frobenii editione, ubi Bentleius *εἰμὶ* correxit

Ἀντιθέου. Editio Farrei *ἀντὶ θεοῦ*. non nimis incepte; respectu vocis *Θεονόη*, quae est a *θεὸς*, ut dicat sum dea nec a *θεὸς* est mihi nomen. Sic in Acharn. v. 46. quum Amphitheus dixisset se esse *Ἀμφίθεον*, alter inquit, *οὐκ ἄνθρωπος*; sed magis placet *Ἀντιθέου Γαργηττόθεν* autem a pago Attico, unde et Epicurus Gargettius. *Bergl.*

906. (900. Br.) Antigone in Eurip. Phoenissis Creonti ait v. 1687. [quem locum Berglerus attulit]

ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;

Brunck.

907. (901. Br.) *προδοῦσα.* Eurip. Helen. v. 54. *καὶ δοκῶ προδοῦσ' ἐμὸν πόσιν συνάψαι πόλεμον. Bergl.*

Μενέλαον. Ex Atticismo et metro magis conveniens est *Μενέλεων. Kust. Μενέλεων.* Sic ex metri necessitate hoc loco legendum [quod etiam Bentleius vidit]: vulgo *Μενέλαον*, syllaba in versu redundante. In cod. *προδοῦσα Μενέλαον ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν.* Quo quidem modo constant numeri: sed desideratur articulus, quem abesse non patitur linguae ratio. *Brunck.*

908. 910. Vid. Schaefer. ad Sophoclem T. II. p. 345.

910. (904. Br.) *ἀφασία τίς τοί μ' ἔχει.* Apud Euripidem Herc. Fur. 515. Megara praeter spem maritum Herculem videns, Amphitryoni ait:

ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ', ἢ τί φῶ;

cui respondet senex:

οὐκ οἶδα, θυγάτερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.

In Helena autem Menelaus uxori suae, quam nondum agnovit, ait, v. 556.

ὡς δέμας δείξασα σὸν,
ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προσιθεῖς.

Bergl. Confer quae notavit in Epist. Cr. II. p. 61. elegantissimus Ruhnkenius ad Apollonii versum:

ὡς ηὔδα. Κύπριν δ' ἐνεοστασίη λάβε μύθων.

Brunck.

911. (905. Br.) Hic versus [monente etiam Kusterо] ex Euripideo in Helena 565. paululum immutatus.

τίς εἶ; τίν' ὄψιν σὴν, γύναι, προσδέρκομαι;

Quatuor sequentes ex Euripidis dramate nulla mutatione desumti. In primo utriusque poetae exemplaria habent αὐτὸς, cuius loco ad scribendi normam reponimus ὠὐτός. Vide Valckenarium ad Phoen. p. 340. *Brunck.*

913. Hunc versum felicissima sagacitate Euripidi Helen. 569. restituit Marklandus ad Eurip. Suppl. 189. *Porson.*

915. Ἑλένῃ σ' ὁμοίαν. Ridicule senem veste muliebri indutum similem putat feminae omnium formosissimae. *Bergl.* Lege μάλιστ' εἶδον ex Eurip. Hel. 571. *Porson.* Edd. ante Brunckium ἴδον.

916. (910. Br.) ἐγὼ δὲ Μενελάῳ. Sic versum hunc ex Euripide emendavi, qui in prioribus editionibus pessime sic legitur: ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων. Exstat autem apud Euripidem Helen. v. 570. *Kust.* Ceterum ad illud ἀφύων, quod in aliis est editionibus, annotavit Bourdinus vocem ὀφρύων· forte quia ita legendum putaret. Quodsi ergo versus ille ita scribatur: ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ὀφρύων, sensus est non ineptus talis: *ego vero te Menelao* (similem video) *quantum ex superciliis tuis coniicio:* sive, *quod ad supercilia attinet.* Non autem semper retinet comicus omnia Euripidis verba. *Bergl.* Nimis praecipiter mutavit versum Kusterus. Servatis omnibus debuerat tantum ὀφρύων reponi pro ἀφύων. *Reisk.* Frob. μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων. Andreas *Divus* [si

recte vocem illam legere queo. *Editor* not. Bentl. legebat *ὀφρύων*. Euripides. *Μενελέῳ γέ σ' · οὐδ' ἔχω τι φῶ. Bentl.*

In Helena v. 572. legitur:

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ' · οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Ultimam versus partem ridiculi causa mutavit comicus, servata quadam soni similitudine, *τι φω, ιφυων* Euripidi natalium sordes, et matrem *λαχανοπωλητρίαι* identidem obiiciens. In cod. ut in vett. editt. legitur

ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων.

Manifestae corruptelae, quae tamen unicam afficit literam, medelam ex Euripide arcessivit Kusterus, clausulam tragici versus comico hemistichio adsuens. Insulsum est, quod coniecit Berglerus, *ὅσα γ' ἐκ τῶι ὀφρύων.* Genuinam lectionem, apud Suidam latentem in *ἰφύη*, sagaciter detexit, et ingeniose adseruit Piersonus ad Moerin p. 7. qui omnino adeundus:

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.

Oleris agrestis species est *ἴφυον*, cuius meminit iterum comicus in Phoen. fragm. I. quo ex loco de syllabarum quantitate constat. In sup. versu recte apud tragicum legitur *εἶδον*, non, ut in comici editt. *ἴδον*. Vide notam ad Lys. 759. *Brunck.*

Μενελάῳ γέ σ' · οὐδ' ἔχω τί φῶ Kuster. ex Eurip. Hel. 572. Citat Suidas v. *ἰφύη*, *ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων.* Vix credibile est tantum degenerare potuisse versiculum, si integrum Euripideum repetere voluisset comicus. Sin autem statuamus eum, quum ea recitasset, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ', παρὰ προσδοκίαν* addidisse *ἐκ τῶν ἰφύων, Ego vero te Menelao similem duco, isti scilicet Menelao qui ex ἰφύων venit,* exprobrabit Euripidi generis obscuritatem; id quod et alibi non semel facit. *ἴφυον* est oleris genus, cuius meminit Aristophanes in Phoenissis apud Athen. III. p. 90. [Vide Pierson. ad Moerin p. 7. *Dobree.*] Suid. ed. ms. v. *ἰφύη. Porson.*

917. (911. Br.) Hic versus et sequens ex Helena desumti sunt. Cod. et Iuntina perperam *χάρας* habent pro *χέρας*, quod reposuit Zanettus. *Brunck.*

918. *ὦ χρόνιος ἐλθών.* Exstat integer in Helena

Euripidis, ut dixi. In Electra autem eiusdem v. 1156. *πόσιν χρόνιον ἱκόμενον ἐς οἴκους.* In Phoenissis v. 369. *πολύδακρυς δ' ἀφικόμην χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα.* *Bergl.*

ἐς χέρας. Sic recte Euripides. At priores editiones male *ἐς χάρας.* *Kust.* *ἐς χέρας.* Ita editio Farrei, ut etiam est in Euripide; at aliae editiones, ut Kusterus monet, *ἐς χάρας*, male. Ceterum *ἐς χεῖρας ἐλθεῖν* hoc sensu comicus dixit etiam Pace v. 517. *ἦν ἅπαξ ἐς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς.* ubi vide notam. *Bergl.*

919. (913. Br.) Vox *πόσι* in impressis omissa, codicis fide nititur, e quo etiam versum abhinc secundum edidi, qui integer senarius est. *Brunck.*

922. (916. Br.) *κλαύσετ' ἄρα, ὅστις.* Sic v. 248. *οἰμώξετ' ἄρ', εἴ τις* — Nulla causa est, cur cum Dawesio p. 272. scribatur *κλαύσεται, νὴ τὼ θεώ.* Diphthongos quandoque elisisse poetas Atticos, idque iure suo, nemo est hodie qui non agnoscat. Non omnia exempla, quae apud comicum occurrunt, observavit eruditus Britannus. Infra

1012. *ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν. πάντως δ' ἐμοὶ* —
1178. *ὀρχησομένη γὰρ ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς.*

Lys. 927. *ἀλλ' οὐ δέομ' οὐδὲν ἔγωγε.* — *Νὴ Δί' ἀλλ' ἐγώ.* Nub. 523. *πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἢ παρέσχε μοι* —
1140. *οὕτως ἀπολήψεσθ', ἀλλὰ λοιδοροῦσί με.*

Suntque alia multa, quae proferre inutile est: sufficerit legisse, quae in istum Dawesii canonem observavit Th. Burgess. In Lys. v. 758. vitari potuisset elisio, scribendo cum Valckenario ad Herodot. p. 658.

ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἔτ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει.

Brunck.

928. (922. Br.) *αἰγυπτιάζειν* hic est vox anceps. Tam enim significare potest *de Aegypto quaedam garrire, vel loqui;* quam *Aegyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari.* Eo enim nomine gens illa olim male audiebat; unde proverbium:

δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Kust. Versus in nota citatus est Aeschyli, sub cuius nomine legitur emendate in notis ad Nub. 1128.

δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Brunck. in Supplem. Vide ad Nubes v. 1128. *Bergl.*

930. (924. Br.) *ὑπαποκινητέον.* In Avibus v. 1012. *ὑπὸ κίνει τῆς ὁδοῦ. Bergl.* *ὑπαποκινητέον.* Idem compositum reposui Av. 1011.

κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.
Brunck.

932. (926. Br.) Malim, *οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ'. Elmslei.* ad Acharn. p. 61.

ἤνπερ ἐμπνέω. Ad verbum, *si modo vixero.* Nam *ἤνπερ* per se significare non potest *quoad.* Scribere potuit comicus *ἕς τ' ἂν ἐμπνέω. Brunck.*

933. (927. Br.) *ἢν μὴ προλείπωσ'.* Cum Scaligero rescribo *προλίπωσ'* metri gratia. Nam syllaba prima in *μυρίαι* longa est: quam oporteret esse brevem, si Aristophanes scripsisset *προλείπωσι. Kuster.*

ἢν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαι με μηχαναί. Sic bene Kusterus in notis post Scaligerum. Vulgo *προλείπωσ'*, redundante syllaba, quia in *μυρίαι* prima necessario producitur, ut supra 475. 555. Lys. 555. Ran. 65. Pace 521. et sic ubicunque occurrit vel simplex vel compositum. *Brunck.*

934. (928. Br.) *αὕτη μὲν ἡ μήρ.* Est proverbium elegans, de quo vide paroemiographos. *Kust.* Proverbium, ad quod alludit in Vespis v. 175. ubi vide notam. *Bergl.* Suid. *αὕτη. Porson.*

αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Proverbium translatum a piscatoribus qui saepe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Vesp. 175. *ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτη γ'. — Brunck.* Perquam inepte versus hic mulieri tribuitur. Versum 924. secum loquens effatur Euripides. Eius verba excipit Mnesilochus solus: *Abibis tu quidem, at ego quid faciam infelix?* Eum gener bono animo esse iubet, pollicitus se ei non defuturum, quamdiu suppetent doli, quorum struendi callidissimus est artifex. Sermonem hunc mulier non exaudit, quae postquam procedentem in scenam Prytanin conspexit, ad eum se converterat. Mnesilochus vero, ut par est, Euripidi respondet: *Istud quidem bene promittis; at vide ut doctiorem comminiscaris dolum; namque hic funiculus, quem modo demisisti, nihil eduxit.* Haec

mulier dicere non potest, quae personatum Menelaum, quicum collocuta est, ignorat qui sit, nec liquido perspexit istius hominis consilium. Probabile est in codice, quem habuit B. Iunta, perinde ac in August. interloquendi vices personarum nominibus distinctas non fuisse, sed lineola: unde factum, ut magno cum actionis scenicae detrimento, et contra decorum, mulieri adscriptus fuerit hic versus, quem plane liquet in Mnesilochi partes transscribendum esse. *Brunck.* in Supplem.

935. (929. Br.) ὃν ἔλεγ' ἡμῖν. Sic cod. [et Bentleius]. Vulgo immodulate ὃν ἔλεγεν ἡμῖν. *Brunck.*

940. νὴ Δί' ὡς νῦν etc. *Ita profecto;* (custodi eum) *nam modo quidam velorum sartor eum mihi pene eripuerat.* Nempe Euripides, qui se dicebat *navi* advectum supra v. 904. et 898. Propterea etiam dicit eum ἱστιορράφον per contemtum; quasi ipse sibi fecerit vela, quibus navigaverit: alluditur autem ad vocem μηχανορράφος· quia per fraudem volebat abducere. *Bergl.*

941. (935. Br.) ὀλίγον. Mallem ὀλίγου. [Eodem modo Reiskius.] Vide ad Vespas v. 825. *Bergl.* ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἱστιορράφος. Sic bene cod. Perperam vulgo ὀλίγον, quod recte emendavit Dawesius p. 330. Confer notam ad Lys. 51. Nub. 722. ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι. Male autem vertit Kusterus, *sutor ille fraudum*, tanquam si certum aliquem et notum designaret hominem. Mulier Euripidem non noverat; ignorabat, quis esset ille homo, qui sub persona Menelai Mnesilochum abducere tentaverat: nec amplius Euripides erat in scena: eum itaque nullo modo designare poterat. In eodem errore versatur Dawesius, rescribi volens οἱστιορράφος. Eo sensu ex Atticismi indole scriptum oportuisset geminato articulo ὁ ἀνὴρ ὁ ἱστιορράφος. Sed subauditur hic indefinitum τις, cuius non infrequens ellipsis, et verti debuit, ut feci, *veterator nescio quis. Brunck.* ὀλίγου Suid. ms. v. ἱστιορ. *Porson.* — ον Med. *Dobree.*

ἱστιορράφος. Locum hunc exponit Suidas v. ἱστιορράφος, cuius verba iam attulerunt Bourdinus et Bisetus ad hunc locum. *Kust.*

945. (939. Br.) *τί σοι χαριοῦμαι;* [Sic Bentleius.] Sic ex Atticae dialecti usu scribendum. Vulgo *χαρίσομαι.* Vide Piersonum ad Moerin p. 106. *Brunck.* Scribe *τί σοι χαρίσωμαι* cum Hermanno ad Nubes v. 88. et Porsono ad Euripidem p. 302.

947. (941. Br.) *ἵνα μὴ κροκωτοῖς.* Lego *ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς·* i. e. *ne crocotis et mitris indutus. Kuster. ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς.* Sic recte cod. ut Kusterus in notis emendandum censuit. Vulgo omissa praepositione *ἵνα μὴ κροκωτοῖς.* Similis erat menda in Euripidis Oreste v. 800. *Brunck.*

948. *τοῖς κόραξιν ἑστιῶν.* Suidas ex hoc loco observat, *τὸ ἑστιᾶν* apud Graecos aliquando cum dativo construi: quod notandum, quia rarum. *Kust. τοῖς κόραξιν* pertinet ad *γέλωτα παρέξω.* In *ἑστιῶν* subint. *αὐτούς. Reisk.*

949. (943. Br.) *ἔδοξε.* Perperam vulgo cum metri labe *ἔδοξεν. Brunck.* Correxit etiam Reiskius.

950. (944. Br.) *τοῖς παροῦσι.* Sic quidem libri: sed mendose. Legendum *τοῖς παριοῦσι,* quod in versione expressi. In Ran. 748. recte Kusterus reponit *ἀπίῃς* pro *ἀπῇς.* Confer Vesp. 625. Proclivis error in permutatione horum verborum, cuius contrarium exemplum observavi ad Apollonium II. 195. *Brunck.*

951. Lege *ἰατταταιάξ:* vid. Eq. 1. mox *ἐστ':* sed Suid. utrumque agnoscit in *ἐποποῖ. Bentl.*

953. (947. Br.) *παίσωμεν.* Priores editiones male *πέσωμεν.* Est autem *παίσωμεν* a *παίζω,* cuius futurum non solum est *παίξω,* sed etiam *παίσω:* ut ex derivatis *συμπαιστὴς, συμπαίστωρ, συμπαίστρια,* etc. patet. *παίζειν* autem, praeter vulgarem significationem, interdum etiam notat *saltare,* vel *choreis se oblectare,* ut hic et passim alibi apud Aristophanem. Videndum tamen annon *τὸ παίσωμεν* etiam deduci possit a *παίειν ferire,* quod hic dictum sit pro *choreas agitare,* vel *tripudiare,* quia nimirum, qui hoc faciunt, *terram pedibus ferire solent:* qua de re vide quae notavimus supra ad Aves v. 661. ubi itidem habetur *παίσωμεν. Kust. παίσωμεν.* Ita recte editio Farrei et Bisetus:

et ita etiam emendavit Kusterus, quum in aliis editionibus, quas ipse vidit, legeretur *πέσωμεν*. *Bergl.*

Prout vulgo in quatuor lineas hic et sequens versus divisi sunt, non temere quis opinabitur editores fugisse, anapaesticos eos esse tetrametros, quorum ad legem in priore scriptum oportuit *ταῖσι γυν* — non, ut vulgo, *ταῖς*. [Versus recte distinxerunt et scripserunt Bentleius et Porsonus.] *παίσωμεν* a Zanetto recte emendatum fuit, quum in Iuntina esset *πέσωμεν*, quae codicis etiam scriptura est. *Brunck.*

954. *ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱερ. ὥραις ἀνέχωμεν.* Locum hunc Suidas v. *ἀνέχομαι*, ex veteribus procul dubio scholiis, sic explicat: *καὶ ἀνέχωμεν, ἀντὶ τοῦ αὐξάνωμεν. καὶ Ἀριστοφάνης· ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαινῶν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν. ὅταν τὰ μυστήρια, φησὶν, αὔξωμεν τῶν θεῶν Δήμητρος καὶ Περσεφόνης. ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν. τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς· τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀνέχομεν.* Nimirum *ἀνέχειν ὄργια* significat *orgia* vel *sacra celebrare:* quod scholiastes per voces *αὔξειν* et *ἐπαίρειν* indicare voluit. *Kust.* *θεαῖς* Suid. ms. v. *ἀνέχομαι. Porson.* *θεαινῶν* edd. Med. Kust. *Dobree.*

955. *Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει.* Pauson erat nomen pauperis, teste scholiasta supra ad Plut. v. 602. Inde proverbium: *Παύσωνος πτωχότερος:* quod habes in collectaneis Suidae. Lepide ergo comicus hic dicit, Pausonem Thesmophoria ieiunio colere: non ex religione scilicet, sed quod nihil haberet, quod ederet. Tertium autem Thesmophoriorum diem ieiunio olim Athenis a mulieribus coli solitum fuisse, iam satis demonstravit diligentissimus Meursius in Graecia feriata et illustriss. Spanhemius ad Callimach. p. 671. Vide nos etiam supra ad v. 86. huius fabulae. *Kust.* Non ex religione quadam ieiunio celebrat Thesmophoria; sed quia non habet, quod comedat. Vide ad Plutum v. 602. Mulieres autem vi religionis ieiunabant. Vide infra v. 995. et supra ad v. 86. Similiter in Avibus v. 1518. de diis fame laborantibus: *ἀλλ' ὥσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν. Bergl.* *Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει.* Tolle glossema *καὶ νηστεύει*, quod facetiam extinguit loci. *Hotib.*

957. (951. Br.) *ξυνεπευχόμενος.* Sic optime cod.

[et Bentleius]. Vulgo ξυνευχόμενος. Vide notam ad Lys. 408. *Brunck.*

958. (952. Br.) μέλλειν. Verti quasi legerètur μέλειν per unum λ. De industria autem obscuritatem hic affectat comicus, imitans scilicet stilum, quo Euripides in choris uti solet. *Kust.* μέλλειν. Editio Farrei [et Gry. *Bentl.*] μέλειν, quam lectionem expressit Kusterus in versione, ut ipse monet. *Bergl.* μέλλειν est *in futurum contingere. Reisk.*

τοιαῦτα μέλειν. Perperam Iuntina μέλλειν contra metrum et sensum. Illud bene restitutum in Venetis Zanetti cura: sed ut supra πέσωμεν, hic μέλλειν revocarunt posteriores editores. *Brunck.*

959. — 1006. Haec strophica esse, nemo facile inficias ibit, praesertim cum leviter tantum sint corrupta. Deleto verborum κυκλοῦν ὅμμα, quae vera lectio, interpretamento ἐπισκοπεῖν πανταχῆ, itidemque expunctis similibus nonnullis, de quibus monere insuper habebo, correctaque verborum paucissimorum scriptura depravata, sic legendum est:

Ὅρμα! Χώρει στρ. ά. *antispast.*
Κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον! troch. dim. catal.
Χειρὶ χεῖρα σύναπτε! ῥυ- glycon.
θμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα! βαῖνε καρπαλίμοιν ποδοῖν! troch. tetram.

Κυκλοῦν ὅμμα ἀντιστρ. ά.
Χρὴ χοροῦ κατάστασιν.
Ἅμα δὲ καὶ γένος Ὀλυμπίων
Μέλπε — — — τρόπῳ!
Εἰ δέ τις στρ. β'. *basis troch.*
Πρ. — — ἐρεῖν ἔ- troch. dim.
μ' ἐν — — — φρονεῖ. troch. tetram.
Ἀλλὰ χρὴ, ἀντιστρ. β'.
Ὥσπερ ἔργον ἀντὶ κείνων,

(h. e. ut opus est istorum causa, quae facta sunt circa Mnesilochum; ita mox ὥσπερ εἰκός. Vulgata ὥ. ἔ. αὖ τι καινὸν, quae vertuntur Velut rem rursus novam, inepta sunt).

Πρῶτον — — — βάσιν.
Πρόβαινε ποσὶ, τ. Ε. στρ. γ'. *iamb. dim.*
Μ. κ. τ. τ. similis.

Ἄ. ἄ. ἀ. *anacreont.*

Χαῖρ', ὦ Ἑκάεργ', ὅπαζε δὲ νίκην! *compositus ex anapaesto et amphibracho.*

Ἥραν — — — στρ. ϐ'.
— — — — } *anacreont.*

Ἡ πᾶσι — — καὶ *iamb. senar.*

Κλῆδας γ. φυλ. *anacreont.*

Ἑρμῆν — — — χορείαις. ἀντιστρ. γ'.

Ἔξαιρε — — — ἀντιστρ. ϐ'.

— — — — —

Παίσωμεν — — — νόμος.

Νηστεύσομεν δὲ π.

(fert versus vulgatum *νηστεύωμεν*, exosculatur elegantius *νηστεύσομεν* eodem sensu).

Ἀλλ' — — — στρ. έ. *iamb. senar.*

— — — — —

Ἡγοῦ δέ γ' ὦδ' αὐτὸς σὺ, *anacreont.*

Κισσοφόρε Βάκχε δέσποτ'! ἐν κώμοις δ' ἐγὼ ἀντιστρ. ἔ.

(sic legendum: inconcinne vulgo: *κ. Βάκχειε, δ., ἐγὼ δὲ κώμοις*).

Σὲ φ. μ.

Β. κ. Σ. π.

(diversae formae anacreonteos sibi respondere, monuimus ad Vesp. 278. Ceterum inter strophae huius versum ultimum et antepenultimum vulgo haec leguntur: *Εὔϊον, ὦ Διόνυσε*, ex interpretatione quidem *τοῦ Βρόμιε*, petitaque ex sequentibus voce *Εὔϊον* ad versum scilicet farciendum).

Χοροῖς τερπόμενος, κατά γ' ὄρεα, Νυμφᾶν στρ. ς'. *dochm. hypercat.*

Ἐρατοῖσιν εἰν ὕμνοισιν, *anacreont.*

(vulgo inconcinne: *κατ' ὄρεα, Ν. ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις*).

Εὔϊον — — — ἀναχορεύων. ἀντιστρ. ς'.

Ἄ. δέ σοι κτ.

Κιθαιρώνιος Ἡχώ, ἐπῳδός. } *pherecrateï seu potius*
Μελάμφυλλά τ' ὄρη καὶ } *anacreontici.*

Νάπαι πετρώδεις βρέμονται, *compositus ex iambo et trochaeo.*

(vulgo ex glossa *ϑάσκια* inculcatur post *ὄρη*).

Κύκλῳ — — —
Εὐπ. — — — } *anacreont.*

Hotib.

960. et sqq.
κοῦφα ποσοὶν, ἄγ', ἐς κύκλον
βαῖνε καρπαλίμοις, ποδῶν
χέρας σύναπτε στρ.
χερσὶ καὶ ῥυθμὸν χορείας
ὕπαγε πᾶς· ὅρμα χαρᾷ·
ἐπισκοπεῖν δὲ, ἀντιστρ.
πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα,
χρὴ χόρου [sic] κατάστασιν.
965. et sqq. σύστημα ά. } Haec tria bene disposuit
968. et sqq. — — β'. } Bentleius coniunctis in
972. et sqq. — — γ'. } unum 960. 961.
975. et sqq. στρ. ubi lege Ἐκάεργ'
985. et sqq. ἀντιστρ. ubi lego νηστεύομεν cum Bentl.
991. et sqq.
ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνά-
στρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ,
τόρευέ πᾶσαν ὠδήν·
ἡγοῦ σὺ γ' αὐτὸς, ὦ 'να
κισσοφορε [sic] 5
βάκχειε
δέσποτ', ἐγὼ δὲ κώμοις
σε φιλοχόροισι μέλψω
Εὔϊον, ὦ Βρόμιε
καὶ Σεμέλας παῖ χόρ- 10
οις [sic] τερπόμενος κατ' ὄρη
Νυμφᾶν ἐρατοισιν [sic] ἐν ὕμν-
οισιν Εὔϊον Εὐὰν
εὐὰν ὦ 'να χορεύων.
ἀμφὶ σοὶ δὲ κτυπεῖ 15
τοῦ Κιθαιρῶνος Ἠχ-
ὼ, μελάμφυλλ' ὄρη
δάσκιά τε καὶ νάπαι
πετρώδεις
βρέμονται, 20
κύκλῳ δὲ περί σε κίσσος [sic]
εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.

V. 4. Vulgo ἡγοῦ δέ γ' ὦδ' αὐτός. At ὦδ' intelligere hic nequeo. Dedi ὦ 'να i. e. ὦ ἄναξ. cf. Euripid. Bacch. 579. ὦ Διόνυσ' ἄνα. (a me emendatum ad Tro. Append. p. 150. C.) V. 9. Διόνυσε gl. expuli. V. 14. Ex ἀναχορεύων erui ὦ 'να χορεύων. V. 15. Vulgo κτυ-

πεῖται Κιθαρώνιος Ἠχώ. At quis sit illa Κιθαρώνιος Echo, ignoro. Scio quidem montem Cithaerona prope Thebas, Baccho sacrum; ideoque reposui Κτυπεῖ τοῦ Κιθαιρῶνος. Olim volui κιθαρώνομος, sed perperam; etenim montis mentio est aptissima. Horatius — *Redderet plausus tibi Vaticani Montis imago.* G. *Burges* in classical Iournal XXVIII. p. 237.

προωδός. ὅρμα, χώρει κοῦφα ποσίν·
ἀ. ἄγ' ἐς κύκλον, χειρὶ ξύναπτε χεῖρα,
ἀ. ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα, βαῖνε
β'. καρπαλίμοιν ποδοῖν, ἐπισκοπεῖν δὲ
πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατά-
στασιν.
γ'. ἅμα δὲ καὶ
γένος Ὀλυμπίων θεῶν
μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.
γ'. εἰ δέ τις
προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς
φρονεῖ.
β'. ἀλλὰ χρὴ ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

Deinceps sequitur stropha δ'. inde a v. 975. — 982. et antistropha δ'. a versu 983. — 990., pauculis et leviculis quidem rebus corrigendis, ποσὶν in ποσὶ, v. 975. Ἐκάεργε in Ἑκάεργ', nam v. 988. amplector cum Kustero emendationem Biseti, χάριν χορείας, ut vetustae scripturae χαίρειν χορείας Iuntini libri, et MSS. Ravennatis Augustanique proximam. Nihil plane auctoritatis est his tribuendum, quae in Veneto primum Zanetti reperta et in Farreanum exemplar perducta, χερσὶν χορείαν, custodiverunt Berglerus et Brunckius. Ceterum in stropha ἀ. libris editum est σύναπτε pro ξύναπτε. et antistropha β'. εὐφυῆ pro εὐφυᾶ. In hanc Atticorum formam Brunckius etsi advertit animum, tamen expers fuit caussae idoneae, cur reiiceret. Iam pervenimus ad alterum systema:

προωδός. ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδί,
τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν.
ἀ. ἡγοῦ δέ γ' ὦδ' αὐτὸς

ἀ. κισσοφόρε Βάκχειε
β'. δέσποτ' ἐγὼ δέ σε κώμοις
φιλοχόροισι μέλπω
γ'. Εὔϊον, ὦ Διόνυσε,
Βρόμιε, καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμ-
φᾶν ἐρατεινοῖς ἐν ὕμνοις.
β'. Εὔϊον, Εὔϊον, εὐοῖ,
εὐοί, ἀναχορεύων.
γ'. ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται
Κιθαιρώνιος Ἠχώ,
μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ
νάπαι πετρώδεις βρέμονται·
δ'. κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς
δ'. εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.

Duplicis systematis figura haec est:

προῳδός. ἀ. ἀ. β'. γ'. γ'. β'. δ'. δ'.

προῳδός. ἀ. ἀ. β'. γ'. β'. γ'. δ'. δ'.

In Proodo emendationem Bentleii ad Horatii A. P. v. 441. p. 701. propositam sine ulla dubitatione complexus sum. Vulgatum *τόρευε* asservavit Suidas V. *τορεύει*, Vol. III. p. 488.

Post *αὐτός* quod est in stropha *ἀ*. expunximus *σύ*. Respuit enim metrum, et est nonnunquam a librariis vel Grammaticis nomini *αὐτός* aspersum, ut in Nubibus, v. 868., *αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν* —.

In stropha *β'*. *σὲ* in libris ante *φιλοχόροισι* collocatum in suum locum transposui, inclinato tono, ante *κώμοις*.

In stropha *γ'*. *ἐρατοῖς* mutavi in *ἐρατεινοῖς*.

In antistropha *β'*. redintegravi evantium exclamationem *εὐοί* ante *ἀναχορεύων*.

In antistropha *γ'*. nomen *Κιθαιρώνιος* in plerisque exemplaribus usque a Iuntino macula est affectum, quam in uno Veneto Zanetti elutam reperio. nam in relicuis omnibus, quae mihi praesto sunt, est *Κιθαρώνιος*, unius privatione litterulae absonum et absurdum.

Nihil tamen vera scriptura Bisetum praeteriit, neque Hotibium, p. 127. Virgilius Aeneide, libro IV. vv. 302. 303.

— audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

Reisig. in Syntagm. crit. p. 56. — 38.

V. 959. — 1006. ist das mittlere Stück, V. 975. — 990. ausgemacht antistrophisch, der Anfang und das Ende des Gesanges aber nur zum Theil. Allerdings hat Hr. R., was hier antistrophisch ist, ziemlich richtig bemerkt, nemlich im Anfange die Strophen γ, γ, V. 965. — 971. und am Ende die Strophen β, γ, β, γ, V. 994. — 1004. bey welchen wir jedoch nicht einsehen, warum β, γ, zu zwey Strophen gemacht worden, da das natürlichere war, beyde zusammen für eine zu nehmen, wenn nemlich Hrn. Reisigs Ansicht richtig ist. Allein wir sind der Meinung, dass sich mit diesem Gesange nicht so leicht fertig werden lässt, als Herr R. glaubte: vielmehr konnte derselbe bey einer sorgfältigern und minder befangenen Ansicht zu sehr guten und weiter führenden Betrachtungen Anlass geben. Denn wenn wir nicht sehr irren, besteht das Ganze aus einer Proode, dreyen Monostrophicis, deren jedes drey Strophen hat, und zweyen Antistrophicis, zu denen aber das Gesetz ihrer Anordnung ausserhalb derselben zu suchen ist. Die von Herrn R. sehr verkannte und offenbar unrichtig abgetheilte Proode ist V. 959. — 964. Von 965. — 974. sind offenbar drey einander gleiche Strophen, indem die letzte derselben nur durch eine einzige Sylbe, welche zu viel ist, aber in Worten, die auch der Sinn verdächtig macht, sich von den beyden vorhergehenden unterscheidet. Vers 975. — 977. sind eine Strophe, welcher V. 983. — 985. respondirt. V. 978. — 980. 986. — 988. und, wenn wir nicht irren, V. 993 — 995. sind wiederum drey gleiche Strophen; eben so V. 981. f. 989. 991. fg. Endlich glauben wir in V. 996. — 1000. und 1001. — 1006. noch zwey einander respondirende Strophen zu finden, in denen Hr. R. die Choriamben dadurch in Einstimmung gebracht hat, dass er ἐρατεινοῖς für ἐρα-

τοῖς schrieb, eine trotz ihrer Leichtigkeit so wenig für sich habende Aenderung, dass wir weit weniger Bedenken tragen würden, in Strophe und Antistrophe eine Lücke anzunehmen. *Hermann.* in diariis Lipsiens. a. 1818. fol. 121. p. 964. 965.

Si ante omnia sensus, deinde numerorum quae veri simillima ratio est, considerari debet, proodus pertinet usque ad κατάστασιν v. 964., et, praeter primum versum, ex trochaicis atque iambicis numeris constat.

προῳδός.

ὅρμα, χώρει
κοῦφα ποσὶν, ἄγ' ἐς κύκλον,
χερὶ σύναπτε χέρα, ῥυθμὸν χορείας
ὕπαγε πᾶσα· βαῖνε καρπαλίμοιν ποδοῖν.
ἐπισκοπεῖν δὲ πανταχῆ
κυκλοῦσαν ὅμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν.

μονοστροφικά.

Α.

ἅμα δὲ καὶ
γένος Ὀλυμπίων θεῶν
μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.

Α.

εἰ δέ τις
προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.

Α.

ἀλλὰ χρὴ
ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν,
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

Β.

πρόβαινε ποσὶ τὸν Εὐλύραν
μέλπουσα καὶ τὴν τοξοφόρον
Ἄρτεμιν, ἄνασσαν ἁγνήν.

Γ.

χαῖρ', ὦ Ἑκάεργε,
ὄπαζε δὲ νίκην.
Ἥραν τε τὴν Τελείαν
μέλψωμεν, ὥσπερ εἰκὸς,

Δ.

ἣ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει τε καὶ
κλῆδας γάμου φυλάττει.

B.

Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι,
καὶ Πᾶνα, καὶ Νύμφας φίλας,
ἐπιγελάσαι προθύμως

Γ.

ταῖς ἡμετέραισι
χαρέντα χορείαις.
ἔξαιρε δὴ προθύμως
διπλῆν χάριν χορείας.

Δ.

παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷά περ νόμος·
νηστεύωμεν δὲ πάντως.

μεσῳδός.

Δ.

ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ,
τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν.

Γ.

ἡγοῦ δέ γ' ὅδ' αὐτὸς
σὺ, κισσοφόρ', ὦ ναξ
Βάκχει· ἐγὼ δὲ κώμοις
σὲ φιλοχόροισι μέλψω.

Ε.

τροφή. *εὐοῖ, ὦ Διόνυσε*
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος, κατ' ὄρεα Νυμ-
φῶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,
ὦ Εὔι' Εὔι' εὐοῖ
ὦ Εὔι' ἀναχορεύων.

Ε.

ἀντιστροφή. *ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται*
Κιθαιρώνιος Ἠχώ,
μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ
νάπαι πετρώδεις βρέμονται·
κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς
εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.

V. 15. Non intelligo hunc versum. Editiones veterrimae *αὐτὶ καινόν*. Scribendum videtur *οἷςπερ ἔργον, αὐτίκα*. — V. 35. Quam mesodum feci, re vera non tam mesodus est, quam repetitio partium *Δ. Γ.*, quae in praecedentibus strophis sunt. Totum carmen continet verba saltationi accommodata, quae

eiusmodi videtur fuisse, ut certi quidam gyri medii inter strophas γ' et δ' repeterentur, ideoque etiam metra eadem haberent. — V. 37. 38. Vulgata scriptura, *ἠγοῦ δέ γ' αὖθ' αὐτὸς σὺ, κισσοφόρε Βάκχιε δέσποτ'*, omni numero destituta est. *δέσποτα* interpretatio videtur verbi *ὦ ναξ*. Vid. Hesych. — V. 46. Vulgatum *Εὔιον* ne ad sensum quidem recte se habere videtur, siquidem *ἀναχορεύων* de Baccho, non de choro dicendum fuit. Vereor autem ne et in strophа et in antistropha vox exciderit, quae ad usitatas choriambicorum formas requiritur, in strophа *παννυχίοις*, in antistropha *μεγάλως* ante *βρέμονται*. *Hermannus.*

Die Rhythmiker mögen zusehen, wie sie die beiden lezten Stanzen [975. — 990. 991. — 1006.] zu rhythmisch gleichen Strophen anordnen: denn unverkennbar soll dies hier ein antistrophischer Reigen sein, ganz nach demselben Schema, wie es bei der Tragödie nachgewiesen worden, doch noch ohne Epodos; die erste Stanze [955. — 974.] aber gehört dem rechten Koryphaien allein, als Vorgesang, und wer weiss, ob nicht eben so in der dritten Stanze [991. — 1006.] die erste Phrasis [V. 991. 992.] und die lezte in der zweiten [V. 987. — 990.] dem linken Koryphaien gehörte. Das Tanzen im Kreise, der Wechsel der Richtung in diesem Kreise, der erst der Antistrophe geboten wird, sind unzweideutige Bezeichnungen, aus welchen von selbst folgt, dass der eine Kreis vom rechten Flügel, und dann der andere in entgegengesezter Richtung vom linken vollzogen wurde; und es ist also unstreitig jener dithyrambische Reigen getanzt, zwar nicht emmeleïsch, sondern im Kordax, wie unter anderen auch jenes nicht emmeleïsche Klatschen mit den Händen andeutet. Was aber das *χειρὶ σύναπτε χέρα* betrifft, so mag wenn man will es meinetwegen nicht bloss ein veränderter Ausdruck für das Hände-Klatschen selbst sein, sondern wirklich bezeichnen sollen, dass die Choreuten sich die Hände gaben: immer könnte dies nur von den Gliedern iedes Flügels für sich geschehen, also nur einen Zug, keinen geschlossenen Kreis bilden, und nicht fortdauernd sein, da sie daneben auch in

die Hände klatschen sollten. *Genelli* über das Theater zu Athen S. 246.

960. *κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον.* Describitur hic chorea, quae fiebat in orbem et consertis manibus: qua de re vide quae notavimus ad Plut. v. 761. *Kust.*

961. *χειρὶ σύναπτε χεῖρα.* Vid. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 525.

964. — 974. Bentleius disposuit in tria systemata, utroque de tristicho constante. *Editor* not. Bentl.

